




TITELMAN
SUPER
D. IOB



A

11-363



71-2
2984



No. 3

6736

3-2-016

~~Biblioteca Secretaria~~
~~Sala~~
~~Estante~~
~~Tabla~~
~~Número 581~~

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 11
Número: 363

de la copie de luy de granada

Paraphrastica Elu-
cidatio in librum D. Iob,
prioræ æditione multò castigatior, adie-
ctis annotationibus in loca difficiliora,
Authore F. Francisco Titelmãno Hassel-
lensi, Ord. Fratrum minorum.

*Accessit recens index copiosus, cū aliis quibusdam,
quæ diligens lector animaduertet.*

Prodox

R-8577



PARISIIS,

Apud Audoënum Paruum, via ad D. Iacobum,
sub Lilio aureo.

1550



i 11833270

Index in Librum D. Job.
prior editione multo castigatior adie-
cit annotationibus in locis difficultioribus.
Auctore F. Francisco Theodoro Haller.
Lugdun. Ord. Praedicatorum minorum.

Index in Librum D. Job.
prior editione multo castigatior adie-
cit annotationibus in locis difficultioribus.
Auctore F. Francisco Theodoro Haller.
Lugdun. Ord. Praedicatorum minorum.

11-8-11

11-8-11



PARIS 1712

Apud Andream Fournier, in B. Jacobinae
sub 1500 numer.

1712

Candido lectori, Typographus.

IN tibi prodiit ex nostra officina recens (bene-
uole lector) Paraphrastica elucidatio, viri vt
optimi, sic doctissimi F. Francisci Titelmanni,
in librum Iob, quam nostris typis ob id maxi-
mè excudi curauimus, ne vel hac in re tibi videremur de-
fuisse, qui quantum in nobis fuit, prodesse studuimus. Ne-
que enim excellentius, neque præstantius quicquam face-
re me posse sum arbitratus, quàm si pro studiosorum vsu,
imò totius Reipub. vtilitate ac dignitate, nullum (quod
aiunt) nõ mouerem lapidem. Tuæ erit humanitatis, ea qua
tibi fronte Elucidatio hæc (quæ à nobis summa cura ac
vigilantia est expolita) emittitur, accipere. Vt autem ple-
nius tibi nostram probarem diligentiam, nihilque esset
quod ipse posses desiderare, Indicem ex notatu dignissimis
sententiis, ac veluti floribus per totum opus sparsis, excer-
psimus ac contexuimus. Cæterùm, qualem in aliis operi-
bus author se præstiterit, te fugere non reor, hoc affirma-
re possum, postrema hæc, non modò diligentia maiori,
sed exactiori iudicio & expendisse & conscripsisse. Inter
cætera autem eius elegantissima scripta, hanc posthumam
Elucidationem, in scriniis velut filiam vtroque parente or-
bam, in situ ac squalore iacentem (patris obitum lugere
dixisses) amici ipsius doctissimi receperunt, tantò laude ma-
iore digniores Tucca, Varo, ipso denique Cæsare, quos mi-
ris extollunt laudibus, ob seruatam scilicet Aeneida, quan-
tò sacræ literæ prophanis sunt excellentiores, ac tantos la-

bores tantâsque vigilias perire magno Reipub. incommo-
do non sunt passi, sed qua sunt erga literas literatôsque hu-
manitate, curarunt vt ex vno Archetypo situ squalenti,
multa exemplariorû millia characteribus pulcherrimis ex-
cussa, emergerent, ac in publicum darentur. Adhæc in rem
tuam fore duxi (lector) si paucis significarem (quò alacrior
sis ad ea comparanda quæ iam tibi damus) eundem autho-
rem simili industria Salomonis Cantica Commentariis il-
lustrasse doctissimis, quæ breui in manus dabo, si te indu-
striam probare nostram (illorum amicorum dico, quorum
opera hic liber ad nos peruenit, & meam, qui in gratiam
tuorum studiorum, meum æs adeò benignè profudi)
intellexero. Intelligam autem si vultu sereno hanc
in Iob Elucidationem acceperis. Accepisse

existimabo si emeris (pretio quidem

vili prostat) & diligenter lege-

ris, relegerisque. Interim

valebis, dum cætera

tibi parantur.

18
Abo
Abse
Abse
me
se
Acie
Acci
d
Acrit
Ad
me
Adf
Adm
sap
Adul
Agric
tus.
Alien

Index Alphabeticus, si nō

omnium, saltem eorum quæ præcipua
& notatu digniora iudicauimus in
hac Elucidatione paraphraستي-
ca in librum Iob: sic ta-
men, vt a, primam
faciem, b, alte-
ram signet.



Vaporibus pauciori
bus & rariorib⁹, ge-
nerat ros. fo. 196. b
Ab austro vêtus ca-
lidus & humidus.

189. b
Abominabilis quis dicatur. 94. a
Abscondere patres quid. 94. b
Absolutissimum; exemplum omni-
modæ perfectionis Christus in
se monstrauit. 36. b
Acie oculorum valet aquila. 202. b
Accipiter vento meridionali gau-
det. ibidem
Acrisia spiritualis, quæ. 46. a
Ad Dei præceptum sol quotidie
mouetur. 60. a
Ad formicam ire quid. 75. b
Admirari homo nequit dignitatē
sapientiæ. 153. b
Adulterij incommoda. 163. a
Agriculturæ rudi Iob erat inten-
tus. 7. a
Alienatio æterna quando veniet.

162. a
Alienus ab inuidia fuit Iob. 165. a
Aliquando Deus punit impiorum
malitiam. non in ipsis. 131. a
Aliud cum deo, aliud cum homine
contendere. 64. b
Amici Iob futurā vitā nō negarūt,
cōtra quorundā sententiam. 82. a
An celte, an certè legendum. 116. a
An Iob mala optauerit amicis.
100. a
Angelos assistere corā domino di-
cit scriptura, nobiscū balbutiēti-
b⁹ balbutiēs, seseq; captui nostro
iufirmitatīq; accommodans. 11. a
Angelis sanctis gratiæ agenda. 16. a
Angelorū bonorū officium. 172. b
Angelorum orationes an hominē
liberare possint. 173. a
An periculosa Iob falsa persuasio.
134. b
Antiqui scribebant in arborū cor-
ticibus aut tabulis cæratīs. 112. a
Angeli mali maiestatem contre-
ā iij miscunt.

I N D E X.

- miscunt. 61.b
 Angeli per se non in iustitia per-
 stant 90.a
 Ante tempus moriuntur impii. 48.a
 Anthioch^{us} impietate illustris. 109.a
 Animam in manibus portari q^{ui}d. 82.a
 Anima corpori iuncta, statim infi-
 citur macula originali 87.a
 Anxietas que est in morte, rex ter-
 rorum dicitur. 109.b
 Aquarum constructio ac in vnum
 locum colligatio ad finem vsque
 permanebit. 148.a
 Aquila superuolat alias aues. 202.a
 Ardor p^{ro} v^{er}o calido & siccate. 93.a
 Arguitur Iob quod misericors noⁿ
 fuerit. 136.a
 Arctic^{us} pol^{us} an septentrionalis. 197.
 Aristoteles eiusque secte Peripa-
 tetici additi ἀπαθεία p^{ro} damna-
 runt, ita tamen vt sapiens affecti-
 bus minimè vinceretur. 16.b
 Arboribus spes reuiuiscendi, non
 hominibus. 84.b
 Aruina quid. 96.a
 Asini syluestres liberi. 199.a
 Auarorum consuetudo. 121.b
 Auaritiam a se depellit Iob. 162.b
 Auari pauperes inuisere nolunt. 51.a
 Aurora orando Deo commodif-
 sima. 56.a
 Aurum probatur igne. 140.b
 Aures duplices. 175.a
 Aurum & omnia que in mari sunt,
 cete subter se sternit. 210.
- B.
- B**ehemoth, bestia bestiarum. 205.a
 Belli nomine omnia mala in-
 telliguntur. 128.a
 Benedicere verbum, per antiphra-
 sim ponitur pro maledicere. 10.a
 Benedic Deo & morere, variè ex-
 ponitur. 26b
 Bene sibi conscius Iob, grauiorem
 plagam queritur. 48.b
 Benedicere per antiphrasim. 26.b
 Bibere iniquitatem quid. 94.a
 Bono seculo, corpus sepulchro de-
 bentur. 105.b
 Bona oia dupla recipit Iob. 213.b
 Bona conscientia est quasi iuge co-
 uiuium. 185.a
 Bona q^{ue} dicat dies, q^{ue} ite mala. 37.b
 Boni angeli ex se noⁿ sunt in bono
 stabiles. 43.a
 Bonæ cōscientiæ testimoniū. 133.b
 Bonorum externorum maximum
 vxor. 163.a
 Bonos & malos angelos diuino
 subesse imperio, significat ipsius
 satan præsentia. 11.a
 Bonus de bono bona, malus de the-
 sauro malo mala proferunt. 89.a
- C
- C**ain persuasio erronea. 96.a
 Carnibus saturari quid. 115.b
 Castū se fuisse profiteretur Iob. 162.a
 Ceremoniadi quomodo solē clar-
 lucentē, aut lunam adorant. 165.
 Cerebrū sedes sensu interiorū. 103.a
 Cete fugiunt omnes pisces. 21.
 Cetus Beluarum maritarum m-
 ximus 205.
 Certo ordine & ratione, omni-
 Deus dispensat 49.
 Christus quo nouissimus. 118.
 Clementiam suam Iob erga sub-
 tos commemorat. 163.
 celū p^{ro} celestib^{us}, terra p^{ro} ipiis. 129.
 Cherubin & seraphin, ob vicini-
 to

INDEX.

- rem filij dei dici possunt. 193.b
 Cœli videntur ex ære fusi. 190.b
 Claritate nominis, & nobilitate generis, erat Iob spectandus. 1.b
 Cœlam atteri quid. 87.b
 Conventus & harmonia cœli ab exordio. 198.a
 Collū erectū superbiā, depressum verò humilitatē significat. 95.b
 Coluber tortuosus quid. 148.b
 Cogitationi multarū rerum, obest vitæ breuitas. 56.b
 Conatus & operationes malas malorū spiritū, ignorare dicitur de^o in eo quod non approbat. 11.a
 Consilia cogitationēsq; superbiorum dissipat Deus. 45.b
 Constellationes quæ ad polū Antarcticum sunt, nostro nunquam patent aspectui. 60.b
 Consuetudo peccandi, non extinguit malæ sibi ardorem. 107.a
 Consurget aduersus impium totus orbis. 122.b
 Congaudet in bonis amicus amico. 174.b
 Cum miseris & amicis mutuis agendum. 52.a
 Cum homo ponitur à Deo, subesse causam existimet, quamvis sibi ignotam. 69.b
 Cōiuiua mentē humanā à sublimitatibus diuinisq; officiis auocāt. 9.
 Contra Deum habere disputationem quid, 135.a
 Contemptus Dei & crudelitatis indicia. 96.a
 Cordium cognitor deus non personarum acceptor. 36.a
 Cordiū intima scrutatur de^o. 178.b
 Corpori coniuncta anima luctum & tristitiam acquirit. 86.b
 Corpore & anima homo instabilis. 83.b
 Corporis hominū eadem materiam vilitas, animæ verò eadē in omnibus dignitas. 170.b
 Cur Iob nō accepit liberos nūero duplicato, vt cetera omnia. 214.b
 Cur gaudet accipiter vento meridionali. 202.b
 Currere ad deū & aduersus deum quid. 95.b
 Cupit Iob mortē sibi accelerari. 49.

D

- D**amnati cruciabūtur igne & sulphure. 125.a
 De Arabib⁹ & Sabæis plura. 15.a.b
 De bonis fortuna. 18.a
 De vlceribus & plagis Iob. 25.a
 De maledictione diei suæ. 33.a
 De morbo Iob tā exteriore quam interiore. 101.a
 De generalibus facili loqui. 97.a
 Dæmonum officium quod. 172.b
 De ceto eiūsq; laudibus. 207.a.b
 Dei amor erga homines. 182.a
 Dei est mutare reges. 179.a
 Dei benignitas ī patiēter ferētes afflictiones, exēplo Iob mōstrat. 214.
 Deus subsannabit īpios quid. 137.b
 Deus omnipotēs & omniscius. ibi.
 Deus nil commodi ex nostra refert iustitia. 135.a
 Deum testem inuocat Iob. 149.b
 Deo p nobis null⁹ cōtra nos. 179.a
 Deus ipse per se mūdū regit. 176.b
 Deus nisi nobis defuerimus ipse nobis non deerit. 174.b
 Deus infinitatē imittēs loq̄. 172.a

INDEX.

- Deus solus author & largitor sapientia. 154.b
- Deus formatum hominem erudit. 155.b
- Deum non confidere vel credere angelis quid. 94.a
- Deus veritatis patronus. 99.b
- Deum non æquo iudicio aliquid facere quomodo sit intelligendum. 114.a
- Deus mortis & vitæ dominus. 49.b
- Deum clarè per intellectum non cognoscimus. 60.b
- Diabolo prohibetur ne dementet Iob. 25.a
- Diabolus malignus, vna cum bonis angelis, astitit dei presentia. 2.b
- Diabolus rex terribilis. 109.b
- Diluuium vniuersale & particulare. 73.a
- Diei quæ non subsistebat, non fuisse otiosam querimoniam à maledictione. 34.a
- Disputantium modus. 94.a
- Dogma catholicum resurrectionis futuræ astruitur. 116.b
- Duplici ratione Deus in amicos Iob irascitur. 212.b
- E
- E**bullientè à vulneribus saniem, Iob in simo sedens testatur. 22.a
- Efficacia ad misericordiam impetrandam duo. 87.b
- Egregia similitudo impatiencie laudandæ. 34.b
- Electis omnia cooperantur in bonum. 144.a
- Elephas vt homo, sexto die creatus. 205.a
- Elephas homini subditur. 207.a
- Elephas quomodo capiatur. ibidè
- Elephantis conditiones nostrales. 20.b
- Elephantia morbo Iob percussum putant. 25.a
- Eliu repetit summam eorum quæ Iob protulerat, 170.b
- Erronea persuasio Cain. 96.a
- Ex animo ad deum conuersis, amotis malis bona liberaliter conceduntur. 57.a
- Ex abundantia cordis os loquitur. 89.a
- Excelsus querimoniarum in sanctis, non ad imitationem sed admirationem propositi sunt. 36.a
- Exemplum patientiæ absolutis hoc libro nobis proponit spiritus sanctus. 35.a
- Exemplar patientiæ Iob. 216.a
- Ex corpore Antiochi viuètis vermes scaturiebant cum grauissimo fetore. 109.b
- Ex sua natura deus irpeccabilis. 186.a
- Exigit dominus in suis duo precipue videlicet simplicitate & prudentiam. 61.b
- Ex impœnitentia pessimi fructus expectandi, 138.a
- Ex impiis, plerique Deum audacter contemnunt. 130.b
- Ex consuetudine peccandi, carnificina conscientia. 107.b
- Existenti rei maledicere perniciosum, non subsistenti otiosum. 31.b
- Exprimere dolorem verbis gestibusque, est naturale solamen afflictis. 63.b
- Ex seruis Iob, seruati sunt qui nesciant cladem, vel dæmon seruati assumpsit habitum. 31.b
- Extensionis manus acceptiones diuersæ. 91.b
- Eurus ventus est orientalis. 91.b
- Euge iteriectio variè accipitur. 100.b
- Euome

I N D E X.

- Euomere diuitias quid. 125.a
- F
- F**acies est doloris index. 97.b
- Familiaritas cōtēptū p̄it. 165.b
- Fauor & numerū acceptio, iudicibus prohibita sunt maximē. 185.b
- Falsitatis inimicus Deus. 77.b
- Fallere aut falli nequit Dei iudicium. 99.b
- Feram apprehēsam, quibus modis tractet crudelis venator. 98.b
- Fieri nequit vt aliquē Deus odio habeat ratiōe qua potēs est. 183.a
- Figmēto mēdacij nō indiget deus, vt ipse defendatur. 77.a
- Figuralē seu figuratiuū vocat hunc librum Hieronymus. 38.a
- Filiam Iacob Dinam nomine fuisse vxorem Iob. 26.b
- Filiabus Iob etiā, vt earū fratribus est distributa hāereditas. 215.a
- Filij filiarūq; Iob mira concordia & amore inter se cōueniebant. 1.b
- Filij Iob patri sacrificaturo pro eis præsentes aderant. 9.a
- Filij Iob conuiuia: per circulū celebrabant. 2.a
- Filius & seruus, non sibi conscij, liberē & sine metu, assunt patri & domino. 138.b
- Filij impiorū sepe pereūt inhonestē ac publico iudicio dānati. 44.b
- Filiorū noīe quid intelligatur. 114.b
- Filios Iob est verisimile fuisse vxoratos. 9.a
- Filios septem & tres filias, de eadē vxore rursū suscepit Iob. 214.b
- Finitū ad infinitū nulla p̄portio. 62.a
- Flumina mellis & butiri q̄d. 126.a
- Flumē, fluuius, torrens in scripturis quā varīē accipiuntur. 124.b
- Fœlix quem Deus corripit. 46.b
- Fœlixior diurna quā nocturna natiuitas. 38.b
- Fœlicitatis & immortalitatis desiderū, hōi naturaliter inest. 88.a
- Fœtido odore vultures delectantur. 152.b
- Fortiorem se exhibuit Iob in sterquilino, quā Adam in voluptatis paradiso. 22.a
- Fortis est prae omnibus veritas. 12.a
- Formidabilis extremi iudicij dies. 85.b
- Formica præbet exemplum prouidentiae. 201.a
- Fortitudo elephantis. 205.b
- Fratrum amor rarus. 8.a
- Frustrā, dictio explicatur. 23.b
- Futurorum contingentium nō habet dæmon, sed solus Deus prænotionem. 13.a
- G
- G**alli phantastica imaginatio, in horarum noctis distinctione. 197.b
- Gemina offensio geminum vult sacrificium. 113.a
- Gemitibus inenarrabilibus ac doloribus, sancti deo placuerūt. 35.b
- Generosi equi dotes. 201.a
- Gloriæ dei malignus diabolus semper ac pro virib⁹ aduersatur. 11.b
- Gomorrhœorū & Sodomorum ciuitas, erat in amœnissima regione. 73.b
- Graviorem Iob postulat plagā fieri, vt tandem cogatur spiritum emittere. 49.b
- Grauisimum malū postremo loco

INDEX.

co seruauit satan ad augendum
Iob dolorem. 4.b
Grauius fuisset Iob à deo reproba-
ri, q̄ tormētis oibus affligi. 134.a
Gurgustium instrumentum pisca-
torum. 208.a

H

Hebraei vocant homines gene-
rali nomine Adam. 5.b
Hebdomadæ finita, filij Iob patris
præcepto parentes, conuenie-
bant ad sacrificium. 9.a
Heli sacerdotis patientia. 19.a
Herodoti historia, de Nitocride
Babylonis regina, ad taxandum
Darij avaritiam. 40.a
Homo corporis afflictiva meruit,
ac q̄ delectabilia sunt seq̄tur. 30.b
Homo homini dæmon. 181.b
Homo diuinâ gerit imaginē. 194.b
Homines alij onagris similes. 142.b
Homo aliquatenus potest Deum
agnoscere. 186.b
Hominum liberatio duplex. 208.b
Homini omnia inferiora facta. 152.a
Homo quatenus inutilis. 94.a
Hominis scopus vita beata. 45.a
Honestæ & licita, quomodo patres
filiis permittere debeant. 8.a
Hospitalis erat Iob. 185.b
Humanus intellectus capere non
potest admiranda dei opera. 45.b
Humanæ vitæ periodus duplex. 87.a
Humiliter se deprecantes, deus ab
angustia externisque doloribus
liberat. 45.b
Humiliter & abiectè cum Iob se-
derunt plures dies taciti tres eius
amici. 23.a
Humilitatem deus omnibus seruâ-

dam præcepit. 138.æ
Huz terra quam Iob inhabitauit,
nomē habuit à Huz filio Nachor
fratre Abraham. 5.b
Hyeremias i vtero sanctificat⁹. 31.b
Hydrops sitit bibens. 107.a
Hypocritis nunquā Deus manum
porriget auxiliatricem. 85.b
Hypocritam odit deus, qui est sim-
plicissima simplicitas & nuda ve-
ritas. 184.b
Hypocritas p̄ impio ponitur. 123.b
Hypocritæ & superbi lapsus. 120.a
Hypocrita Deo non fidit. 150.a

I

Iacob & Iob luct⁹ comparatur. 17.b
Ignis gehennæ vt inaccensus, sic
inextinguibilis. 128.b
Impatiētie nō debet Iob accusari q̄
dolorē it⁹ admiserit, sed à cōstātia
cōmēdari q̄ nō succubuerit. 17.a
Impij, morte stipēdio pcti pibūt. 50.
Impij nunquam securi sunt. 70.b
Impij ob dilationē supplicij, culpæ
impunitatē sibi persuadēt. 145.b
Impij gaudent p̄sp̄ritate omniāq̄;
illis pro voto succedunt. 130.a
Impiorum laus & gloria est admo-
dum breuis durationis. 119.b
Impiorum mors immatura. 96.b
Impiis omnia horrenda & tristi-
tiæ plena. 128.b
Impij secūdum corpus ad infernū
sepulchri secūdum animā infernū
gehennæ migrant. 130.b
Immisericordes in æterna damna-
tiōe dāna grauissima, sentiēt. 50.b
Impressionum mutationūque in
aëre genitarum, solus author &
causa efficiens Deus. 196.a

In ad-

I N D E X.

In aduersis Deum ob oculos ponendum.	19.b	Iusti subsannabunt impios.	137.b
Infernus est locus profundiss. & subterraneus.	104.a	L	
Incommoda impiorum.	107.a	Abor pro dolore frequenter ponitur.	127.b
Inferni ostium latissimum & angustissimum.	185.a	Laqueo sibi animam extorsit Achitophel.	76.b
In momento & ictu oculi, mortui oēs de sepulchris prodibūt.	85.a	Lachrymis facies intumescit.	101.b
Inhumanitatem deo non placere.	50.a	Latriæ cultus deo exhibendus.	165.a
Iniustis aduersa non eueniunt.	130.a	Laus D. Hieronymi, à clariori dogmatu catholicorum expressioe.	126.b
Iniquum est sermonem oportunitate suo tempore ac cum res postulat non proferre.	41.a	Laus filiarum Iob.	155.a
Instrumenta musica in conuiujs prauam excitant lasciuiam.	130.b	Laus senilis ætatis.	73.a
Interrogationes, initio orationis vehementes.	133.b	Laus Iob à puritate & simplicitate animi.	1.a
Intueri tripliciter dicitur.	124.a	Laudes sapientiæ.	153.b
Inter malos difficillimum tueri innocentiam.	6.a	Leuiathan quid.	38.a
In uxorem Iob nulla diabolo potestas.	25.b	Leunculi minoribus animalibus insidiantur.	198.a
Iob pro amicis orauit.	215.b	Liberantur homines duobus modis, à manibus aduersariorum.	208.a
Iob ut temporalibus ita & spiritualibus abundauit diuitiis.	1.a	Liberantur pij à multis seculi tribulationibus.	47.b
Iob interpretatur eiulans siue eiulador.	6.b	Liberam tradit deus potestatem diabolo, in omnia bona Iob, de templo eius corpore.	3.b
Iob in grauissimis casibus, contra Deum nullum impatientiæ verbum est proloquutus.	5.b	Lingua Nicanoris data auibus.	96.a
Iob in verba primus prorupit.	34.b	Locos communes adeunt, destituti argumentis.	146.a
Iob Deum hostem vocat.	101.a	Longanimitate sua Deus nos inuitat ad pœnitentiam.	145.b
Iob quare surrexerit.	36.b	Loquendi modus per præteritum pro futuro.	38.a
Iob amicis suam narrat miseriam.	110.a	Loquuti Iob, oēs attenti expectabant grauissimam eius sententiam.	157.b
Ionas typus sepulturæ triduanæ Christi fuit.	117.b	Lucifer solem præcedit.	97.a
Ira dei super omnes impios, & contradictores veritatis veniet.	118.b	Lucem execrantur impij.	144.a
Iumenta interrogare quid.	75.b	Ludum hunc terra ludit, ut quod hodie natum est cras exarescat.	58.a
		Lumen corporale exosum habent impij.	143.b
			Luna

I N D E X.

- Lunæ stellarumque lumen diuino collatum nil est. 146.b
 Lux solaris, est imago diuinæ lucis. 188.a
- M
- M**agno cum scenore Deus restituit, quod is probandi hominis causa abstulerat. 56.b
 Maiestas dei amplissima. 69.a
 Maiestas diuina, in quo excedat omnes creaturæ. 76.a
 Maior dolor minorem facit imperceptibilem. 4.b
 Mala conscientia, carnificina est. 92.a
 Maledicens diem natiuitatis Iob, nulli creaturæ, tantum abest ut creatori intulerit iniuriam. 33.a
 Maledicta portio impiorum. 144.b
 Malorum indoctorumque; malè administrantium incommoda multa. 94.b
 Mandata Dei, nerui & compedes homini sunt. 83.a
 Malum si subtraheret Deus, omnia penitus deficerent ac ruerent. 176.b
 Manus reddere dolorè quid. 124.b
 Matres duas omnes habemus. 19.a
 Matutinum tempus orationi est piissimum, officii quam accommodum. 9.a
 Mendacium quandoque pro errore ponitur. 81.a
 Mendacium adiuuare nequit veritatem. 77.a
 Mendax & mendacij pater diabolus. 101.a
 Meridionalis plaga mundi pars dextera. 140.b
 Milites genus hominum crudele. 67.b
 Misericordiam non consequuntur immisericordes. 128.a
 Misericordiã suã Iob predicat. 161.a
 Monoceros seu vnicornis animal indomabile. 200.a
 Moriatur ante tempus non timoratus. 92.b
 Mors omnibus certissima. 160.b
 Mors æterna ipsi sine morte. 121.a
 Mortem filiorum Iob, deus sua pietate ad eorum salutem constituit. 13.b
 Mortis neglectus, neglectum Dei inducit. 43.b
 Mortuorum resurrectionem approbat Iob. 87.b
 Mos disceptantium, 123.a
 Mos ex animo penitentium. 212.a
 Motio capitis in bonã partem. 100.b
 Multa de deo prodiderunt egregij scriptores, plurima scribenda superflua sunt. 186.b
 Multifariã Deus homines instruit. 172.b
- N
- N**atiuitatis diei Iob non maledixisse (ut arbitrantur nonnulli) præ impatientia. 31.a
 Naturales conditiones auicularum. 72.b
 Naturales inclinationes hominibus. 189.a
 Naturali industria horas distinguit gallus. 197.b
 Nequaquam homo subsisteret, nisi continuo à deo suslineretur. 67.a
 Nicanor superbus. 95.b
 Nicanoris membra abscissa & suspensa. 96.a
 Nil deo optimo incommodare possunt nec comodare nostra peccata. 181.a
- Nij

I N D E X.

- Nil præter nomē pessimum relin-
 quit impius. 107.b
 Nisi homo propria voluntate con-
 sentiat, nō potest impius eius a-
 nimum expugnare. 103.b
 Noctu impij fornicantur & furan-
 tur. 144.a
 Nobilis est veritas. 77.a
 Non est personarū acceptor deus
 177.b
 Nomina filiarum Iob. 214.b
 Nō minus est periculi præsum-
 ptuoso laudatori, quàm præsum-
 ptuoso inuestigatori. 191.b
 Non quoslibet exaudiet Deus.
 182.a
 Non solū qui mala faciunt, sed
 consentientes morte digni. 123.a
 Non timentis deum incommoda.
 91.a
 Nullus resistit voluntati diuinę, si-
 ne suo magno malo. 59.b

O

Oculi auarorum hīc clausi de-
 lectatione. 151.a
 Oculis Dei omnia nuda & aperta
 53.b
 Odor aquę quid significet. 87.b
 Odor ignis quid itē denotet. ibidē
 Omnium conditio post mortem
 æqua. 29.b
 Omnia in hominis vsū formata.
 153.a
 Omniscius deus à quo omnis sciē-
 tię initium. 147.b
 Opera impietatis quomodo im-
 pios sequuntur. 120.a
 Omnium terribilium mors terri-
 bilissimum. 109.b
 Opera impiorum Deum exactē co-
 gnoscere, quomodo intelligen-
 dum. 178.a
 Oportunitatem deus obseruat, vel
 præmiis, vel pœnis afficiendo.
 182.b
 Oppressus auxilium aliorum im-
 plorat. 114.a
 Optima est consolatio, bonum te-
 stimonium bonę conscientię.
 133.b
 Oratio Eliu ad Iob plena fastu.
 169.b
 Oratio Eliu aduersus Iob ad Deū.
 180.a
 Organum quodlibet sensuum, sua
 obiecta discernit. 73.a
 Origenis sententia de nunciis Iob
 14.a
 Origenes negauit aternitatē sup-
 plicij damnatorum. 126.b
 Oris aperiendi ac in sermonē pro-
 rumpendi, elegans distinctio. 37.a
 Os implere increpationibus quid.
 139.b
 Onager gaudet solitudine. 199.b

P

Patres honestam maturamque
 seruent grauitatem, liberis ta-
 men honesta & licita permittant
 8.a
 Palma viret multos annos conti-
 nuos. 157.a
 Pauperum defensor Deus. 183.b
 Paucis mensibus impletam Iob mi-
 seriam. 27.b
 Peccatoris & dulcia deglutiētis si-
 militudo. 120.b
 Pij & iusti ob simplicitatē contem-
 nuntur. 27.a
 Pij in hoc seculo dona gratiæ &
 spiri-

INDEX.

- spiritualia accipiunt. 125.a
 Philosophi umbram tantū sapien-
 tia sunt assequuti. 154.b
 Platonis pulcherrima sententia, de
 philosophis regnantibus & re-
 gibus philosophis. 94.b
 Pisces numero terrestria animalia
 vincunt. 72.b
 Permissu dei dæmones per infom-
 nia nocent hominibus. 53.b
 Permissu Dei, principes excæcat
 dæmon. 63.a
 Pellēm pro pelle, prouerbiū, quid
 denotet. 24.a
 Peripaticorum, affectus permitten-
 tium, si modò non excrescant su-
 prà quàm oportet, sententiā or-
 thodoxi recipiunt. 16.b
 Perfecta quid exigit misericordia.
 164.a
 Permittit deus, vt mendacia & er-
 rores loquantur ij, à quibus pe-
 tenda certitudo veritatis. 74.a
 Plaga Iob qualis fuerit. 82.a
 Perpetuos septem dies in silentio,
 cum amicis suis quomodo fede-
 rit Iob. 28.b
 Plumbea lamina quid. 116.a
 Pluuia, à vaporibus eleuatis in me-
 dia regione aëris, fit. 196.a
 Pluuia nullus potest prohibere.
 128.a
 Pœnam aggrauat cõtempus diu-
 turnior longanimitatis diuinæ.
 145.b
 Posteritas impij etiam dabit pœ-
 nas. 108.a
 Prauum, in administratione, nostri
 seculi hominibus committenda,
 iudicium. 94.b
 Præsens vita breuissima, neq; post
 eam ullus patet reeditus. 53.b
 Præclara de Iob. 156.a
 Prauorum consilia Deus dissipat.
 45.b
 Præsumptionē Eliu compefcit vox
 Dei. 192.a
 Primam ætatem iumentis similes
 transigimus. 83.a
 Pristinā auctoritatem recepit Iob.
 214.a
 Priuari fortitudine dignus est ea
 abutens. 164.b
 Prophetico spiritu, Iob & Hiere-
 mias, diem natiuitatis maledixe-
 runt. 33.a
 Proportio erit pœnæ ad culpam.
 127.a
 Pro singulis liberis Iob singula of-
 ferebat sacrificia. 9.b
 Prosopopeia Iob ad terram. 101.b
 Prosperitatis impiorum mirabilis
 immutatio. 131.a
- Q**
- Q Vadraginta & octo supra
 ducetos annos vixit Iob.
 215.a
 Quæ paulatim fiunt, aut inferūt
 vulnera, grauiorem adferunt do-
 lorem. 4.b
 Qualem cum habeat Deus nouit
 nemo. 62.b
 Quādiu afflixerit diabolus Iob ip-
 sum. 17.a
 Quantum sapiens Deus, tātum &
 potens. 76.a
 Quare Iob, tā pertinaciter sese op-
 posuerit. 134.b
 Quem Deus corripit, is filius legi-
 timus. 46.b

Qui pau-

I N D E X.

- Qui pauca sunt ætatis, iidem pauca sunt experientia & scientia. 56.b
- Qui amico negat misericordiam, is contra sanctum Dei timorem agit. 50.a
- Qui poenam sustinet non lætatur. 127.b
- Quid cauendum sit iudicibus. 185.b
- Quid sit Deum semel loqui. 171.b
- Quid sit in ventum loqui. 93.a
- Quomodo lugendi sint mortui. 17.a
- R
- R**adicem verbi querere aduersus aliquem, quid. 118.b
- Rationis usum auferre satan prohibitus. 24.b
- Rationalis anima in mano Dei. 72.b
- Ratione & veritate destituti statim ad rixas confugiunt. 52.a
- Rationalis spiritus nostro corpori infusus, sui presentiam sensibili signo demonstrat. 149.b
- Recedere quomodo variè accipitur. 87.a
- Reges fuisse tres amicos Iob. 94.b
- Rhetorica præfatione præmissa Eiliu instruit orationem. 167.b
- Rhetoricè loquentes à particulis solent ad vniuersalia sermonem transferre. 108.b
- Religiosa pietas, vel pia honestas, rem per se horrendam blando honestat vocabulo. 11.a
- Religiosus Iob voce domini territus, nihil ei audet respondere. 203.a
- Relictum se à suis queritur Iob. 161.b
- Relinquere videtur deus homines aliquando gratia probationis. 58.b.
- Reducet Dei potentia & sapientia, in omnibus constellationibus tam apparentibus quam non. 60.b
- Reges ad regnorum gubernacula prouidebit Deus. 178.a
- Respondere aliquando pro testificari. 93.b
- Retractari nequit Dei iudicium. 178.a
- Resurgent omnes in suis corporibus. 85.b
- Rex super filios superbia, diabolus. 63.a
- Reprobos & apostaticos spiritus, cum Deus aliquando exaudiat, maximè de orationibus sperandum. 13.a
- Robusti pugnatōres sibi similes querunt, ac inferiores imbecillioresque dedignantur. 54.b.
- Roduntur in terra cadauera, animabus in inferno afflictis. 145.a
- Rupicaprae sunt quæ & ibices. 198.b
- S
- S**abæi populi Arabum, regionis fertilitate clarissimi. 14.b
- Sanatus Iob ab vlcere, diuinitus. 215.b.
- Sapientia homines saluat. 153.a
- Seçtatores iustitiæ Deus custodit. 183.b.
- Seditionibus iuncta sunt pericula. 186.a
- Sedechia effossi fuerunt oculi. 76.b

I N D E X.

- Secundum mensuram delicti, erit
& plagarum modus. 121.b
- Semen immundum quid. 87.a
- Septentrionalis plaga, quia frigida
est & sicca, nubes dispergit. 191.b
- Septentrionalis plaga, mundi pars
sinistra. 140.a
- Septentrionalis ventus conglaciationi
aptus. 189.b
- Seueritas Iob. 157.b
- Sitis variè in scripturis vsurpatur.
109.a
- Simul incipimus & viuere & mori.
83.a
- Simplices & pij nõ semper cõtemnentur.
72.a
- Simplex sit necne quis, odio amore
dignus, scire non potest. 63.a
- Sine Deo nulli bene esse potest.
58.b
- Serui & liberi idem artifex, Deus,
163.b
- Solis ardoribus plurimùm affligitur
elephas. 206.b
- Sonus tonitruï non libenter auditur.
149.a
- Spiritu humiles in Deo sperare
possunt & debent. 46.a
- Seruthionis cõditiones naturales.
200.a
- Stultum est animo suo non posse
imperare. 44.a
- Stipendium peccati mors æterna.
137.b
- Substantia & numero idem resurgit
homo. 112.b
- Suam miseriam deplorat Iob. 159.a
- Superbiæ varia in scripturis acceptio.
124.a
- Supplicii nunquam consumendi
impij. 126.a
- T
- T**Abellis solebat inscribi sententia.
82.b
- Tangere in scripturis nonnunquã
pro perdere seu affligere ponitur.
11.b
- Telæ araneorum, auaritiæ que impij
egregia collatio. 57.b
- Tempestas & serenitas in manu
Dei sunt. 187.b
- Temporalis prosperitas vt non est
argumentum pietatis, sic neque
temporalis aduersitas, est argumentum
impietatis. 130.a
- Temporalis fœlicitati omnia tribunt
iudaizantes. 126.a
- Tempus huius vitæ collatum æternitati
futuræ, nil aliud est quàm
punctum aut momentum. 109.b
- Tempus vitæ simile temporis conductiij
mercenarij. 52.b
- Tenebrarum tempus obseruat impij.
144.a
- Terra fertilis, vel diuino iudicio,
vel causis naturalibus, redditur
infœcunda. 152.b
- Terra mater nostra. 19.a
- Terra huz vbi fuerit. 1.a
- Terribilis sonitus tonitruï. 188.b
- Tertio die aquas cõgregauit deus
148.a
- Testis mendax causam bonã reddit
suspectam. 77.b
- Timor Dei sic pius fouet vt iucos
humor. 57.a
- Thesauri recondebantur in sepulchris
magnatum. 39.b
- Testimonij spũs sancti de Iob. 20.b
- Totus

I N D E X.

- Totus hic liber versibus hexametris est conscriptus. 38.a
- Totus in se infinitus est deus. 69.b
- Topazius lapis est Æthiopū. 154.b
- Tyranni à seruando appellati sunt reget. 123.b
- Tyrannidem non potest diu exercere impius. 95.a
- V.
- V** Apores aquei in nubes, & à frigidò rursum in aquam densantur. 148.a
- Ventus plures habet conditiones. 93.a
- Venenata naturaliter homo abhorret. 49.a
- Verba quamlibet multa hominem non poterunt iustificare. 68.b
- Verbum absconditum quid denotet. 93.b
- Verbo, pereat, vtimur imprecantes. 38.b
- Vergilię quę & pleiades stellę curdicantur. 197.a
- Vesper seu hesperus iuxta solem occasurum oritur. 197.a
- Vestimenta scindere, mos erat lugentium. 5.a
- Vestimenta scindere, comam tondere, & in terram se prosternere, lugentium rationabiliter olim symbola fuere. 17.a
- Vestimenti & impij collatio. 194.b
- Viduuarum duplex miseria. 159.b
- Viduę patrocinio carent. 136.a
- Visibilia, creatoris nos admonent. 187.a
- Virtutis est in morte propinquerum moderatè dolere. 5.a
- Vita hominis militia est. 52.a
- Vitę tempus soli Deo præcognitum. 84.b
- Vixit Iob post afflictionem, supra centum quadraginta annos. 215.a
- Vmbra nil solidę habet substantię. 83.a
- Voluntatē Dei agnoscit Iob. 159.a
- Vox dei litem diremit. 192.a
- Voluntas dei est efficacissima. 141.a
- Vox iniuste oppressorū ad Deum clamat. 178.b
- Vulpes & vultures cōueniunt astu & voracitate. 95.a
- Vultur auis est acuti visus. 152.b
- Vxor, siue proba, siue improba, diligenda. 26.a
- Vxor Iob à dæmone seruata, & quare. ibidem
- Z.
- Z** Elans pro deo interpretatur Eliphaz. 40.b
- Zeno eiusque sectatores Stoici, omnibus affectibus liberum voluerunt sapientem. 16.b

INDICIS FINIS.



Elenchus capitum.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Vir erat in terra Huz. folio.1.
 2 Factum est autem. 21.a
 3 Post hæc autem. 88.b
 4 Respõdens autẽ Eliphaz. 40.b
 5 Voca ergo si est, &c. 44.a
 6 Respondens autem Iob. 48.a
 7 Militia est vita hominis. 52.a
 8 Respondens autẽ Baldath. 55.b
 9 Et respondens Iob ait. 59.a
 10 Tædet animã meam vitæ meæ.
 65.a
 11 Respondens autẽ Sophar. 68.a
 12 Respondens autem Iob. 71.b
 13 Ecce omnia hæc. 76.b
 14 Homo natus de muliere. 83.a
 15 Respondens autẽ Eliphaz. 88.b
 16 Respondens autem Iob. 97.a
 17 Spiritus meus attenuabitur.
 102.a
 18 Respõdens autẽ Baldath. 102.a
 19 Respondens autem Iob. 109.b
 20 Respondens autẽ Sophar. 119.a
 21 Respondens autem Iob. 129.a
 22 Respondens autẽ Eliphaz. 135.a
 23 Respondens autẽ Iob ait. 139.a
 24 Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. 142.a
 25 Respondens autem Baldath Suites, dixit. 146.a
 26 Respondens autem Iob, dixit:</p> | <p>Cuius adiutor es? 147.a
 27 Addidit quoq; Iob. 149.a
 28 Habet argentum venarum suarum, &c. 152.a
 29 Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam, &c. 155.a
 30 Nunc autẽ derident me. 158.a
 31 Pepigi scædus cum oculis. 162.a
 32 Omiserunt autẽ tres viri. 166.b
 33 Audi igitur Iob eloquia mea. 169.b
 34 Pronunciãns itaque Eliu etiam hæc. 175.a
 35 Igitur Eliu hæc rursum loquutus est. 181.b
 36 Addens quoque Eliu, hæc loquutus est. 182.b
 37 Super hoc expauit cor meum. 188.a
 38 Respondens autem dominus ad Iob. 192.a
 39 Nunquid nosti tẽpus par, &c. 198.a.
 40 Respondens autem dominus Iob &c. 203.b
 41 Non quasi crudelis suscitaboeum. 208.b
 42 Respondens autem Iob domino. 211.b</p> |
|---|---|

ELENCHI CAPITVM FINIS.

VENERANDO PATRI AC

DOMINO, CUM RARA LIBERALIVM
 artium ac vtriusque iuris eruditione, tum multo virtutū splen-
 dore ornato: Domino Arnaldo Streyers Diestemio: insignis mo-
 nasterij Tögherloënsis Abbati, Petrus Titelmānus salutis pre-
 catur plurimum, & multam fœlicitatem.



Vmanarū miserā rerū conditionē, eò hac tem-
 pestate deuenisse cōspicimus pater venerāde,
 vt nullū opus tā suapte sit natura excellēs, ni-
 hil tā cōpositū, aut culturū, nihil deniq; tam fan-
 ctū aut piū, quod aut nō cōmēdatione aliūde,

& veluti ab externo petita vt placeat, aut grauioris cuiuspiā
 authoritatis patrocini o, vt ab interitu vindicetur, indigeat.
 vsque adeo enim nūc iudicia omnia ab humano pendēt (ne-
 dicā corrūpantur) fauore, sicq; adulatione sunt omnia ple-
 na, vt ea vti vano quodā flatu extra se rapti, viri plerique iu-
 dicio etiā graui, iam nō ingenij viribus frcti rē ipsam discuti-
 unt, nec quid de se polliceatur, aut quid valeat cōsiderent,
 quo labore, quāue arte cōstet, sed aut solo authoris audito
 nomine, reiiciūt, dānantque: aut ex vulgi opinione, licet in-
 certa & instabili, & magis plerūque ex affectu quāam vero
 iudicio sparsa, suā quoque intrepidi censuram pronūciant.
 Iniquē sanē ij & præter æquū aut iustum aliorū labores tra-
 ducūt, dum alieno affectui ignaui subscribere & inseruire,
 quāam propria è pharetra post diligens examē iustā profer-
 re sententiā malūt. Quæ res non rarò in causā est, cur multa
 præclara ingenia, dum incertā hęc & instabilē vulgi fugiunt
 opinionē, dum tam iniquū, (etiā eorum qui sibi eruditionē
 nō vulgarem tribuunt) iudiciū formidāt, aut omnino se nō
 exerceant, vitāmque otiosam & inertem ducant: aut si quid
 fortē ingenij fœcunditate, vt otii fallerent, pepererint, quo
 sui ad posteros memoriā trāsmittere possint, orbi profutu-
 ri, sibi id sub silētio potius seruēt, seseque tātūm eo oblectēt
 quibus vnicē placet. Nec iniuria, quū tutius arbitrentur, se-
 se domi delitescere ingloriosos, suosque labores & ingenij
 exercitāmēta postquam iis oblectati fuerint, tanquā abortū
 quēdā supprimere: quāam ea cū inuidiæ, aut cachinni pericu-
 lo orbi communicare. Hęc mecū pensitans, ac crebro men-
 tis iactu voluens anxius, vt verum fatear, nō semel hæsitauī,
 c ij hal e

hæc Titelmanni piæ memoriæ in beatū Iob lucubrationes
 æderemne in publicū, an supprimerē. Tutius ne esset ac ex-
 pediēs magis, tinea blattisq; rodendū hūc Titelmāni labo-
 rē sub silentio tradere, an spe fructus futuri, in lucē ædere vi-
 rorū doctorū censuras subiturū. Dehortabatur nos hic ter-
 rebátq; ab æditione, q̄ beatū Iob amplissimū virtutū exem-
 plar, ita grauiſsimorū virorū, & summa in Dei Ecclesia au-
 thoritate fulgentiū, videbamus cōmentariis illustratū, vt Ti-
 telmanno, quicquā addēdi, vix vllus videri possit locus reli-
 ctus. Nam (vt cætera prætereā) post vna hæc tā eximie eru-
 ditionis, ac planè diuina beatissimi illius Gregorij pōtificis
 maximi cōmentaria, aliquid reliquū esse quod addi possit,
 quis credat? Quis demū viri tāto ingenio, tantāq; sanctimo-
 nia, ac summo erga scripturarū sacrarū intellectu, affectu, stu-
 diū, diligētiā, ac sagacitatē, fugere quicquā potuisse putarit,
 quod à mediocri ingenio collectū, diuū Iob lucidiorē red-
 dat? fieri profectō id potuisse haud facilè, statim iudicabit
 quisquis perpēderit secū quantū fama, atq; doctissimorū, ac
 iuxta pientissimorū virorū æstimatio eadē scripta toto or-
 be celebrauerint. Reliquit & hoc ipsum satis testatū ipsa re-
 gis Hispaniæ Cyndesindi eximia, & nunquā satis laudata di-
 ligētia: qui eapropter multorū episcoporū coactō cōcilio,
 nō prius querimonix suæ de amissis iisdē cōmentariis finē
 imposuit: quàm Tagionē Cēsar augustanū ex iis vnū, de cō-
 cordi omnium assensū, vt hac fungeretur legatiōe apud sum-
 mū pontificē, Romā ingenti sumptu & itineris molestia ex-
 pediuerit. Quod tā piū desiderium, qui tā ardens & sollici-
 tus, & regis, & præfulis erga scripta doctissima affectus: ne
 suo frustraretur effectu, diuino oraculo cōmonstrante me-
 ruit obtinere, quod tanto labore proſequebatur. Huc acces-
 sit quòd verebar opus hoc maiori interit^o periculo, aut sal-
 tē minori cū gratia proditurū post fatū? quippe quū author
 desit, q̄ & ratione sua scripta defendere, & errata si qua sint
 corrigere possit. Animū itaq; iis rationibus dubiū & sollici-
 tum, pulsant interim amici, & Titelmanni plus satis studiosi,
 partim precibus, partim rationibus pertinaci studio in alte-
 rā partē pertrahere conante. Aiunt enim diuinā scripturam
 agrū esse multò fœcundissimū, vineam electā, fontem inex-
 haustū, varios proinde admittere cultores, messoris quoq;
 & illos subsequētes spicarū collectores, neminē item vnquā

EPISTOLA.

ita diligēter collegisse, quin longè plura colligēda reliquerit. Ad hæc Apostolo teste, varia esse gratiarū dona, & suū cuique talentum, suū quoq; Titelmannum scēliciter satis, & non sine pietatis fructu exercuisse, ac ipsum diuinarum scripturarū agrum, post maiorum labores aliās ingressum, & coluisse non infœliciter: & ob id non minus esse de scriptis in beatum Iob sperandū, quàm in Psalteriū, Ecclesiasten, Euangelia, Epistolas, & id genus alia: In iis enim ante Titelmannū magna ingenia sudauerunt, quos ipse more Moabitis illius Ruth sequurus, spicas benigni patrisfamilias manus fugientes, aut liberaliter relectas collegit, ac in templo domini cū vidua illa Euangelica velut æra duo minuta obtulit. Importunis igitur his efflagitationibus, & cōtinuis iis molestiis dū nullum finē faciunt, illorum consilio vsus sum tandem & iudicio, quorū summæ eruditioni quoq; autoritas est cōiuncta, qui opus hoc non solūm approbant, sed vt publicetur, cohortantur & præcipiunt. Itaq; quū iam diutius recusare non liceat, stētq; sententia piæ mentes hoc Titelmanni desiderio diutius nolle torquere, aut fraudare, ne spiritualē iis inde fructū promanaturū inuidere videamur, tandem typis excudendū curauimus: in ea forma qua & paruo redimi, & familiariter circūferri cōmodè possit. Sperabamus enim futurum vt eò beati Iob patientiā, pium in Deum affectū, ceterasq; virtutes, studiosus imitētur, quò familiarius & inter manus, & ob oculos quotidie versetur. In hoc itaq; opere, si quid mereatur gratiæ pius labor, si quid honoris, aut laudis, si quis fructus futurus ex eius lectione, vt id quàm venerandæ paternitati tuæ mortaliū nemini, aut debeā magis, aut lubentius propensiorq; animo dedicem ac cōsecrem, insignis animi tui benignitas, & rara admodū, & effusa cū in omnes, tum vel maximè in vnū meum nepotem liberalitas effecit. Vtpote quæ annis superioribus constitutū in summa miseria & afflictione, ad tuam pietatē tanquam tutissimum ad asyllum confugientem, (tibi licet alienum) sic paterno exemplum affectu, sic eius magna studio es nisus lenire dolores, vt pater natura non potuerit magis. Ad hæc, sumptus omnes non tantūm ad necessitatem, sed quicunq; vel solaminis aliquid ægro animo adferre posse videbantur, animo ita munifico & hilari suppeditasti: vt omnes pudore victi, prius accipiēdo fatigaremur, quàm tua indefessa liberalitas

EPISTOLA.

largiēdo. Prætereo enim quātum displicuit, quāque. V. P. T. animo ferret nō æquo, sibi à nobis præ pudore tandē exercēde huius liberalitatis occasionē subtractā. Huic igitur tāta ac veræ paternæ pietati, nepoti meo exhibite, quū si omnem rerū actionem faciē, soluēdo esse nequeā: salutē voluisse aliqua ex parte respōdere pro nostra tenuitate hoc alieno musculo testamur. Præterea vel hoc nomine lubētius. T. P. V. cōsecro, q̄ huius beati Iob sic virtutū es imitator strenuus, sic rigidus earum cultor ac assiduus meditator, vt eius imaginē ad viuū exprimere videri possis. Rara profecto auis hoc nequissimo seculo, eoque virtus difficilior & magis ardua. Clamat Elias suo tēpore ad dominū se solū domini prophetā relictum, inter tot cētenarios prophetarū Baal. Licet profecto & nūc deplorare. Prælatorū raritatē, qui vitæ exēplo, & doctrinæ salutaris pabulo, gregē Christi precioso sanguine redemprū, pascāt, quod nō mediocriter ad laudis tuæ cumulū facit. Nēpe cū alius Baal, diuitiis, cupiditate deditus nimia deseruiat, alius verò ambitione & supercilio turgeat, nec desit qui vētrē p̄ deo habeat, alij aliis atq; aliis vitiis veluti imersi sordescāt (vt meritō scriptura dicat: beatus diues qui inuētus est sine macula, mirā piorū diuitū huius mūdi designans raritatē). Tu tamē vnus sic in iis omnibus affectibus moderaris, tu sic mediū obseruas, vt nemi ni minus quā tibi diues videri queas, hoc enim vitæ exēplo (licet lingua taceat) testaris, dispensatorē bonorū te agere tui domini, non dominū aut possessorem: quippe semper sollicitus vt familiæ cui diuino nutu es præfectus, in tempore tritici ministros mensurā. Quibus virtutibus, atque egregiis animi tui dotib⁹, prouocatus prouidus ille, ac planē ingenio diuino Pater Antonius Sgrooten ab Oostervvijk, te primò Aureliā studij gratia misit. Deīde te reducē in coadiutorē sociūque sollicitudinis assumpsit, ac vnanimi omnium applausū sibi successorē deputauit. Quod munus anno demum. 1530. venerādo Patre Antonio defuncto, non minor gratia omniū suscepisti, quā in vitayt illi curam adimeres piē prudenterque administrasti. Sanctissimi huius prophetę pia & diuina planē sollicitudo huius statim libri in initio commendatur, circa filiorum salutem, dum sacrificiis diuinam tollit offensam. Quod pij patris exemplū quā probè V. T. P. imitetur, neminē latere potest, quā qui te ignorat

Sic
app
vitā
ritō
go
mo
fis. I
tia,
cor
re in
part
tant
quā
aut
uia,
& te
nō p
pius
crite
perp
nex
nō p
à cap
re, ex
cōse
culo
reue
tuis
nihil
tū ef
erat
ad h
cere
ditio
stant
nec l
rarō
uelli
clarif
tum

EPISTOLA.

Sic enim ab initio diuino nutu ac omnium fratrum gratia & applausu ad huius praelaturae apicem assumptus, ipse studuisti vitam imprimis ducere inculpatam, ut aliorum curam gerere merito possis: sic optimis quibusque te in hac functione, serie longo temporum curriculo deducta, praecedentibus, tuos studuisti mores conformare, ut eorum etiam superare virtute videri possis. Illi suo quisque ordine, vitae sanctimonia, summa prudentia, vigili studio, ac pia sollicitudine, rem exigua (utpote paucorum laicorum fraterculorum religionem) ad summum perducere incrementum. Tu vero non minori negotio, iisdem artibus partam felicitatem conseruas, & auges. Idque hoc seculo, quo tantum frigidescit multorum charitas prohdolor, ut nesciam an vnumquam magis, ac quo nihil magis difficile, nihilque magis arduum, aut molestum, pio animo, quam religioni praesse. Haec tamen omnia, pro singulari tua, qua ornaris prudentia, sic moderaris, & tempori seruiens sic disponis, ac curas sollicitus, ut singula non possis exactius. Claruerunt praeclarum ingenij tui dotes ac pius in Deum affectus statim a suscepto regimine, non mediocriter, dum eam nauas operam, ut religionem bene constitutam, perpetua fratrum concordia, ac charitatis mutuae indissolubili nexu assidue prouehas. Id nimirum aduertens prudenter, fieri non posse, ut membra huiusmodi vinculo sibi mutuo colligata, a capite dissentiant. Hac ingenij dexteritate & diuino munere, exiguo temporis spatio, sic membra sibi coniuncta, unanimi consensu tibi capiti copulasti, sic eorum animos arctissimo vinculo tibi sociasti, ut pium patrem filiali affectu non possint non reuereri. Porro positus tandem voto, quo amari quam metui a tuis maluisti, perpeditens nihil in rebus humanis esse stabile, nihil perpetuum, nec duraturum, nisi eadem conseruetur qua partum est industria, ut diuinum tuum hoc collegium in optimo quo erat statu perseueraret, sedulo in futurum cauisti, ne quinquam ad hoc sacrum tuum collegium admissurus, aequum quicquam respiceres, ac obseruares, atque morum integritatem, & condignam eruditionem. Quod sanctum animi decretum, hactenus ea mentis constantia inuiolatum seruasti, ut ab eo, nec amicorum praecibus, nec hostium minis, nec ambitione, nec denique (quod tamen non raro constantes vincit animos) munere quantumuis largo, auelli ualueris: qua ex re non mediocri nomini tuo alioqui clarissimo, tribuitur gloria, a veris religionis & aliarum virtutum cultoribus. Quod eximium & perpetua laude dignum

EPISTOLA.

exemplū, vtinā sibi in spiritualibus præfecti, tanquā veri my-
 steriorum dispēsatores diligēter imitandū proponāt, ac alta
 mēte repostū sapius secū ruminēt: & nō poti⁹ dissipatores,
 sinistro oculo, cōsanguineo per ambitionem euehāt, nō vlli
 rei se penumero natos, quā vt fruges crucifixi iūtiliter cō-
 sumāt, & in sui grauissimā, ac perpetuā damnationē perdāt.
 Nō etiā quæstus gratia ad religionē ex natura mundā, susci-
 piāt, per simoniæ fenestrā aut aliūde ouile domini ingressu-
 ros. Et vtinā in vniuersum tecū caueant, quibus cura pascen-
 di gregis est cōmissa, ne quem in idoneū admittāt: sic enim
 breui futurū sperarē, vt Christus suā sponsam ecclesiā multis
 nūc rugis & maculis deformē respiciat, ab ea pestes (toto iā
 orbe desæuiētēs, sibiq; nunc principatū vendicātes) ablatu-
 rus. Sed paululū digressus, ad te reuertor vnicū virtutum co-
 lumē, qui nec iis omnibus, pro paterna tua sollicitudine cha-
 rissimis tuis filiis prouisum esse satis tibi persuades. Sed ne
 qua parte pij patris muneri deesse videaris, neue paruuli pa-
 nem petant & nō sit qui frāgat pius pater, ex Louaniēsi Aca-
 demia nō sine magno sumptu & delectu euocasti Magistrū
 Cornelii Hulstii, virū sanē cū diuinarū, humanarūque rerū
 peritia insignē, tum vitæ sanctimonia ac morum integritate
 non inferiorē: qui charissimos tuos filios iam piis tuis mo-
 nitis in deū erectos, cōtinua sacrarū literarū interpretatione
 exercebat, ac quotidiana legis domini meditatione occu-
 paret. Ostēdis profectō hac in re nō immemorē te paterni
 officij, cuius est filio panem frangere, nō eum solū qui cor-
 pus fouet, sed eū quoq; & quidē præcipuē, de quo saluator
 noster in euangelio inquit, nō in solo pane viuit, sed in om-
 ni verbo quod procedit de ore Dei. Qui panis tū demum
 suauiter frāgitur, & mentē pascit, cū sacræ scripturæ intel-
 lectus aperitur. Psalmographo dicente: declaratio sermonū
 tuorū illuminat, & intellectū dat paruulis. Sed & hæc agēs,
 ostēdis non vulgare tibi esse gregis Christi curā, vtpote cū
 magnis sumptibus lōgē antē & doctrina & morū integrita-
 te instrui curas, quos ecclesiis tuæ paterne sollicitudini com-
 missis, dignos pastores præficias, nō ignarus quā sis pro iis
 summo pastori exactā rationē redditurus. Quare & hæc pro-
 uinciā tā sanctā, prouidē sanē dedisti nō plebeio cuiuis, sed
 viro tali & rāto, vt siue eruditionē spectes, siue vitæ cādo-
 rem: nihil sit quod nō veluti speculū ob oculos versetur, ac
 referat

EPISTOLA.

referat quo & fratres & laici proficere possint. Quãobrem
 vt quanti facias eius virtutẽ & doctrinã, ipse vtraque orna-
 tus nõ mediocriter, ostẽderes, ipsãque laudata crescere vir-
 tus hũc etiã magno tuo sumptũ ad licetĩe insignia promo-
 ueri curasti: nec hic quidẽ munificẽtiã tuã status, donec tũ
 largis stipẽdiis, tũ beneficiis variis auctũ, sic eũ Reuerendã
 T. P. deuinxeris, vt amplissimis conditionibus prouocatus, à
 tanto studiorũ patrono auelli nequiverit. Ad hæc vt tu bo-
 norum studiorũ parens nullã patereris deesse oportunitatẽ
 bibliothecã tam librorũ varietate, quã edificij magnificẽ-
 tia adhibuisti insignẽ, vt cum Ptolemãi illa Philadelphĩ, to-
 to orbe celebratissima, meritõ possit conferri. Præterea ne
 forẽ tẽporis lapsu, aut studiũ flaccesceret, aut bibliothecã
 deficeret, vtriq; tua liberalitate sunt amplissimi prouentus
 anni decreti. Nõ hĩc nũc refero eũ, quẽ iis impẽdis fauorẽ,
 quos prædecessorũ pia vestigia sequutus, in Ecclesiã ædifi-
 cationẽ tam moribus, quã disciplinis optimis instituire pa-
 terna tua cura nõ cessas. Porrõ de pio ac plusquam paterno
 in Christi pauperes affectu, ac elemosynnis lõgẽ amplissi-
 mis, quorsum multa attinet dicere, quum etiã te inuito eas
 prædicet orbis: nã vt eas omittã, quas in abscondito parte cõ-
 lesti cõscio, ex euangelico cõsilio, pauperum manus auferũt
 præter vicinos omnes circũquaque habitantes, aut ex agris
 adiacẽtibus cõcurrẽtes, qui hebdomatim sæpius tua mani-
 ficẽtia liberaliter reficiũtur. Exterorũ quoq; vndiq; lõgẽ la-
 teque cõfluentiũ pauperũ tãta vis, & copia, tuã sentit largã
 manũ, vt verius legiones aut exercitus, quã pauperũ turbe
 dici queãt. Quos tamẽ omnes ea beneuolẽtia & liberalitate
 pietas tua suscipit, vt post miriades aliquot refectas idẽssa
 adhuc manus recipientẽ expectet. Nec prætereundũ hĩc est,
 qd hoc caritatis annonã tẽpore, quũ & pauperum numerus,
 & frumenti pretium in immentum exresceret, neque elee-
 mosynarum numero, neque quantitati quicquam decessẽ-
 rit, quod non mediocrem animi arguit cõstantiam. Mirarer
 equidem ingentẽ thesaurum tot pauperum refectiõni suffi-
 cere, nisi iis qui in deserto paucis panibus, & pisciculis, in-
 tam refecit multitudinem, promisisset, temporale quicquã
 propter se relinquẽtibus, centuplum. Audit. P. T. V. & qui-
 dem nõ animo aduerso beati illius Prophetã Iob sententiã,
 veluti sibi pia querimonia loquẽti: Si comedi buccellã meã
 solus

solus, & nō comedit pupillus ex ea, quam tam piē obseruas.
 Iam si ad tuū erga diuinum cultum, ac sacrosancta mysteria
 affectū contemplandū animū conuertamus, ac virtutū tua-
 rū merita per singula prosequi velimus, quū hīc sit abyssus
 cuius neq; initiū, neq; finē inuenire sit, vanā operam collo-
 cauerimus. Hic enim tanta est magnificētia, tanta munificen-
 tia, tāta deniq; excellentia, vt neminē non sui contēplatione
 in admirationē rapiat. Huius rei locuples testis est templū
 illud, quod domino tanta molle, ac pari industria & studio
 erexit, vt in eo humanū ingeniū nihil meritō queat deside-
 rare. Nā sic opus illud domino cōsecratū, studiosē & sculptu-
 ris & picturis summa arte & ingenij dotibus cōpositis exor-
 nasti, vt plus quā humanū quid pręstitisse videri queāt, artifi-
 ces ac veluti alter Bliseleel diuino spiritu afflati: sed quid in-
 terim de iis dicā, quæ sacrosanctū altaris sacrificium cōcer-
 nūt, ac reliquū cultū, quæ tāta animi liberalitate, tāta magni-
 ficētia, tua in Deū suppeditat pietas, vt oneri esse possint sa-
 crosancta mysteria peragētibus. Hęc omnia tāto pietatis stu-
 dio facis. V. Pater, tamq; animo liberali, ac magnifico, immē-
 sis sumptibus hūc domus domini procuras ornatū: vt cū re-
 gio illo Propheta, ac planē diuino, videaris vouisse, te nō in-
 troiturū tabernaculū domus tuæ, nec ascensurū in lectū stra-
 ti tui: donec inueneris locū domino, & tabernaculū Deo Ia-
 cob. Nihil hīc vereris obtrectatorū calūnias, qui Iudæ pro-
 ditoris vocē resumunt dicētes, vt quid perditio hæc? &c. Si-
 quidē & pauperes iuxta domini vocē semper habemus no-
 biscū, quos sic tua paterna curat pietas, vt illa tamen non o-
 mittat. Legisse profectō & alta mēte reposuisse te ostendis,
 V. P. Paulinū illud dictum: Sic nos exilimet homo vt mini-
 stros Christi, & dispēsatores mysteriorū dei, dū id totis inge-
 nij viribus, ac summa studes vigilātia, vt inter Dei dispēsato-
 res fidelis inueniaris. Nempe nō securus vnquā, nō ociosus
 aduētus dominici expectator, sed semper sollicitus qui de ta-
 lētis tibi cōmissis, aut ipse lucrū condignū in domini ærariū
 referas, aut aliis rationem reddituris ad quæstū committas.
 Quā autē P. V. te nō talentorū dominū, sed dispensatorē a-
 gnoscas, docet quotidianus ille tuus cōiuctus, loquitur ha-
 bitus, clamat familia tota, quæ omnia sic honesta moderaris
 mediocritate, quibus in omnibus eū adhibes modū, virtutē
 pulcherrimā: vt mediocri honestate salua, neq; demi quic-
 quam,

EPISTOLA.

quã, neq; desiderari queat. Qua in re perpulchrè cū erudissi-
mo illo eodémq; beatissimo Gregorio sentire videris quod
res est: nēpe tãto te humiliorè esse debere, ex munere ac ad-
feruendū Deo tuo pròptiorè, quãto te multiplici beneficio
deuinctiorè diuinæ munificentiae nosſi, magisq; obnoxii in
reddèda ratione. Versari istud nō rarò, ne dicã perpetuò ob-
mētis oculos, ac animū sollicitare, vno hoc cōclamatum satis
equidè putauero: quippe quòd cum ob singularè, (qua præ
aliis tui ordinis polles) prudentiã, & alias ingenij dotes, ad
principis aulã sæpe vocaris, & rarò & sic cōpares vt vultus,
habitus, comitatus, & nihil nō loquatur, monasticã tibi vitã,
quã aulicã esse longè gratiorè: Et religionis humilitatè te
aulicã illi pōpæ longè præferre. Qui & hoc argumēto esse
potest, quòd nusquã te hospitii excipit humilior (ne dicam
vilius) aut minus cōmodum, quã vbi mūdi gloria, aut au-
lica pompa, magnificentiã suadere videtur maximè. Mensã
autè quotidiana, sic frugalitati magnificentiam miscet, vt &
religionis, & dignitatis pariter ratio habeatur. Sed quid? q̃
& ipsam mensæ magnificentiã, quam priuatū, nobilium, atq;
principum virorū causatur aduētus, sic exhibes, vt nemini
quã tibi minus? sic enim in mediis epulis splendidioribus
magna animi cōstantia abstemius ipse versaris, vt ne ad latū
quidè vnguè à virtute decedere videaris. Transeo interim,
quo, quãmq; æquo animo, ac inuicta patiētia superioribus,
his annis, nunc à militibus rapinam, damna, minas, sis passus:
nunc verò à latronibus incendia, aliãq; incōmoda non pau-
ca, ne quid quod à virtutis cōsummationè pertinet deesset.
Tibi igitur venerandæ pater virtutibus his omnibus & aliis
non paucis splendidæ ornato, hunc prophetam sob Titel-
manni labore elucidatū, iure vtq; optimo nuncupo, tibi a-
lienum hunc laborè dedico & cōsecro, vt què virtutū ima-
gine ad viuū exprimis, eū quoq; sic defendas, vt piis lecto-
ribus commēdes. Nam sicut filius qui in adoptionè transit,
sanguinis genit̃sq; exuit iura, & alterius induit nomen: ita &
ego hos Titelmanni labores semel emissos, tuo post hac re-
linquo arbitrio: sitq; vt penes te vitæ necisq; potestas vo-
lo. Hasce igitur in adoptionè datas Titelmanni lucubrati-
ones paterno amplectere affectu, vnicum qui es & virtutum
& bonorum studiorum columnen nostrumque boni consu-
le hoc institutum. In hoc enim virtutes licet duas, non tibi
tamen

SOLUTIONES

tamen (cui id displicere nō mediocriter, scimus, eo quòd nō ignoremus pro virtutū meritis abūdè tibi gloriæ esse bonæ cōscientiæ testimoniū) sed orbi cōmemorauimus prolixius. Ut sicut beatus ille Propheta Iob homo gentilis, suo seculo veluti iustitiæ lumē in medio nationis prauæ splēduit, ita & tu vnus tot virtutū præclarū exēplar nō solū aliis tui ordinis imitādus proponaris; sed tanquā lucerna supra cādela-brū posita, omnes qui in domo domini sūnt, virtutū tuarum radiis densa vitiorum caligine discussa, illumines: atque ad Christi Iesu charitatē prouoces, qui venerandā tuā Paternitatem nobis diu seruet fœlicē, & virtute florentem. Datū Rothnaci, pridie Calendas Decembris, anno Christo nato.

1546.

SOLUTIONES QVORVNDAM DVBIORVM CIRCA LIBRVM IOB,

an vera fuerit historia, & cuius generis, aut quo tempore Iob ipse extiterit, quis etiā auctor fuerit libri, aut quo tempore scriptus, & qua potissimū intentione inter sacra volumina annotatus, qua commodè ante enarrationem libri præmittenda videbantur. Per Fratrem Franciscum Tiselmanum Hassellensem.



Dubitatum est à quibusdā, de libro Iob, num vera sit historia quæ in eo describitur, an parabola tantū ad instructionē morālē cōficta. Fuerūtque nōnulli potissimū Iudæi eius sententiæ, vt dicerēt totū hunc librū nō vllius rei gestæ historialē esse narrationē, sed parabolicā tantū similitudinem, in qua perfectū patiētiae exemplū monstraretur hominibus quem admodū & in Euāgelicis scriptis, multas legim⁹ parabolas quæ res aliquas perinde quasi verè gestas narrare vidētur, quæ in rei veritate nunquā ista gestæ fuerūt. Quæ quidē sentētia, quia & rationi & authoritati tam scripturæ quàm Ecclesiæ cōtradicit, meritò reiiciēda videtur. Rationi quidē aduersatur, quoniā in huius statim libri initio, vir ille qui in exēplū patiētiae inducitur, nomine proprio designatur simul & ex cognatione describitur, cū in terra Hus dicitur natus & Iob vocatus. Cæteris quoque realiter subsistentibus cōparatur cū dicitur: Erat vir ille magnus inter omnes orien-

orientales. Insuper & diuitiarū eius certus ac determinatus ponitur numerus, cū septem milla ouium, & quingenta iuga bouum & alia habuisse dicitur. Nō est autē cōsuetudo loquē tium per parabolas, eiusmodi particularia sic singulariter & particulariter assignare, quæ ad fidē rei gestæ faciendā ab historiographis diligēter solent adduci. Neq; in parabolis saluatoris, quas plurimas protulit inuenimus, nisi cōfusē & vagē proponi eos de quibus aliquid parabolicē narrat. Vt cū ait: Homo quidā erat diues qui habebat vilicū. Homo quidā fecit cenā magnā. Homo quidā plātauit vineā. Iudex quidā erat in ciuitate. Homo quidā paterfamiliās, & ita in aliis plurimis locis. Quæ cū per modū parabolārū proponūtur, nihil particulare quod ad personā attineat eius de quo fit enarratio exprimitur, neq; nomē, neq; gen⁹, neq; aliud huiusmodi. Cū verò res gestas scriptores narrāt, vel nomina determinata, vel cōditiones determinatas, determinatorū locū obtinētes solēt adiicere. Vt Lucas in sui Euangelij exordio de patre Ioannis loquēs ait: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ Sacerdos quidā nomine Zacharias de vice Abia, &c. Itē de beata virgine: Missus est angelus Gabriel à deo, in ciuitatem Galileæ cui nomē Nazareth, ad virginē despōsatā viro, &c. & nomē virginis Maria. Idē in aliis plus mille locis manifestē liquet. Vnde si Ecclesiastici patres, quod apud Lucā Dominus narrat de diuite epulone & mendico, ex eo tantū quod nomē determinatū mendico assignatur, nō tanquā parabolam solū, sed tanquā rem verē gestā interpretantur, proculdubio multo maiori ratione cōcluditur, nō parabolam esse descriptionē istā libri Iob, sed rei gestæ historialē narrationē ex eò q̄ nō tantū nomē, sed & patria & possessio & reliqua eius singulariter & (vt ita dicā) individualiter designatur. Nec ipse tantū Iob, sed & amici singuli singulis nominibus determinatis, genus quoq; suū particulariter designantibus nominantur, nempe Eliphaz Themanites, Sophar Naamathites, Baldath Suites, Eliu Buzites qui & filius Barachel appellatur. Autoritate quoq; demonstratur prædictæ opinionis falsitas, quoniā de Iob, vt de viro sancto & perfectō, qui in rerū natura verē substitit & quæ de eo scripta sunt verē pertulit, sacræ literæ loquūtur. Vnde in libro Tobie ita scribitur: Hanc autē tentationē, ideò permisit dominus euenire illi vt posteris daretur exemplū patientiæ eius sicut & sancti

Iob. Ac post pauca: Nā sicut beato Iob insultabant reges, ita isti parētes & cognati eius, & c. Ex qua comparatione manifestū est sanctū Iob verū hominē fuisse in rerū natura, sicut & Tobias sanctus fuit. Quæ enim esset entis cū nō ente comparatio? Apud Ezechielem quoq; dominus ait: Si fuerint in medio eius tres viri Noë, Daniel & Iob, ipsi liberabunt animas suas. Manifestum est Iob connumerari ipsis Noë atque Daniel. De quibus cū nullum sit dubiū quin in rerū natura fuerint, & quæ de eis narratur verè gesta fuerint, neq; de Iob dubitari meritò potest. Quæ enim esset illa nō entis cū entibus connume ratio? Beatus insuper Iacobus Apostolus, ipsum Iob tanquā reale exemplū proponit, dicens: Ecce beatificamus eos qui sustinuerūt. Sufferentiā Iob audistis, & finē Domini vidistis, quoniā misericors est Dominus & miserator. Accedit ad auctoritatem scripturæ, auctoritas Ecclesiæ, quæ viro sancto Iob cōsimilē, cū aliis viris sanctis & deo dignis, festū diē cōstituit, tēpla quoq; erigit, & aras vbi ad dei gloriā eius inuocetur pro miseris patrociniū extruit, ac vota fieri perinde ac cæteris diuis, cū Deo regnantibus decreuit, quæ nequaquā id fieri permetteret, si nō in rerū natura verè aliquando substitisset. Vidētur autē qui huius fuerunt sententiæ ex eo sibi accepisse occasionē erroris, q̄ liber iste magna ex parte quasi poëtico stilo sit cōscriptus, quemadmodū & beatus Hieronymus in prologo testatur, dicens: totū hunc librū etiā apud Hebræos ferri obliquum lubricum & quod Græci Rhetores vōcant eschematismenon (id est, figuratum, siue figuris plenū) dū qui aliud loquitur aliud agit: vt si velis anguillā, vel murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tantò citius elabatur. Addit quoq; ab eo loco, vbi dicitur, pereat dies, & c. vsq; ad eum locū, vbi scriptū est. Idcirco me reprehendo, hexametros esse versus dactylo spondeoq; currentes, interdū quoq; rythmū ferri dulcē & tinnulū numeris pedū solutis. Hic, inquā, scribēdi modus videtur nonnullis ansam præbuisse, iam reprobata sententiam amplectendi, vt in stilo Poëtico quasi figmentū Poëticiū crederēt. Verū non erat hoc argumentū sufficiens, ad eā opinionē cōcipiendā, quādoquidē & aliās scriptura sacra hunc modū obseruare inuenitur per carmina Poetarū more scribendi, id quod Hieronymus apertè testatur de Psalmis & lamentationibus Hieremiæ & vniuersis ferè scripturæ canticis

ticis
 febr
 lum
 in a
 calū
 stia
 sus
 tēp
 tia.
 nera
 Abr
 guel
 pite
 bitur
 Rah
 mera
 Israē
 Beor
 tem
 enim
 uius
 Ram
 Orig
 mus
 Sed
 Dei,
 esse
 I
 mine
 tia vi
 ptura
 quo
 nio c
 ante
 præce
 uiter
 Moy
 mentu
 terra
 biaz fe
 Arabi
 tics

ticiss, adducens ad hoc testimonia Iosephi, Philonis, & Eu-
 sebij Cæsariensis. Alia quoq; nõnulla argumenta istorũ ca-
 lumniatorũ, in sequentibus suo loco soluta inueniet lector
 in annotationibus quorundã capitũ: vnde patebit non nisi
 calũnias meras illorũ esse, quę prætendũt argumenta. Quæ-
 stio dehinc altera nascitur, si verè in rerũ natura fuerit san-
 ctus Iob, quõdnã sit ipsius genus à quo descendit, & circa quę
 tẽpora fuerit. Sunt autẽ hac de re diuersę antiquorũ senten-
 tiæ. Origenes & Chrysostomus affirmant ipsum ab Esau ge-
 neratione habere principiũ, & quintũ ab Abrahã esse, ita vt
 Abrahã genuerit Isaac: Isaac Esau: Esau deinde Raguelẽ, Ra-
 guel Zaram, Zara deniq; Iob genuit. Quã deductionẽ ex ca-
 pite trigesimosexto libri Genesis sibi acceperant, vbi descri-
 bitur Esau ex Basemath filia Ismaëlis filiũ genuisse nomine
 Rahuel, atq; is Zaram scribitur genuisse. Ac deinde in enu-
 meratione regũ, qui regnauerũt in terra Edom antequã filij
 Israël haberent regẽ, scribitur primũ regnasse Balach filium
 Beor, illi q; defuncto successisse Iobab filiũ Zaræ. Hunc au-
 tem Iobab putãt esse illum, qui in hoc libro Iob dicitur. Nõ
 enim est inconsuetũ idem nomen nunc prolixius, nunc bre-
 uius proferri, vt Abram & Abraham, Sara & Sarai, Aram &
 Ram. Secundũ hanc igitur cõputationẽ & existimationem,
 Origenes appellat Esau tritauum ipsius Iob, & Chrysosto-
 mus pronepotẽ ipsum appellat proiecti repudiatique Esau.
 Sed & inter Latinos beatus Augustinus in libris de ciuitate
 Dei, huic sententiæ apertẽ subscribit, dicens: ipsum de gente
 esse Idumæa. Idumæi autem ab Edom dicuntur, qui alio no-
 mine dicitur Esau. Neque beatus Gregorius ab hac senten-
 tia videtur abhorrere, qui sic de Iobab, cuius meminit scri-
 ptura Genesis, loquitur, quasi non dubitet illum esse Iob, de
 quo in hoc libro loquimur, ex illo nimirũ Genesis testimo-
 nio colligens, Iob sub tẽporibus iudicũ Israëlitarum & non
 ante legem fuisse, & illos arguens qui Moysen longẽ ante
 præcessisse eum putãrẽt, ez eõ quõd in Genesis historia bre-
 uiter perstringendo longẽ antẽ eius facta sit mentio, quã
 Moysi. Apertissimẽ quoque hanc sententiam testatur argu-
 mentum quod libro Iob adiungi solet, quod ita habet: In
 terra quidẽ habitasse Iob Vfridi in finibus Idumææ & Ara-
 biæ fertur, & erat ei antẽ nomen Iobab, & accepit vxorem
 Arabissam, & genuit filium, quẽ vocauit Ennon. Erat autem
 i. se

SOLUTIONES

ipse filius quidē Zarah de Esau filii fili⁹, de matre verò Bos-
 ra, ita vt sit quintus ab Abrahā. Quod argumentū tāte apud
 antiquos Græcos pariter atque Latinos fuit authoritatis, vt
 pars quædā huius libri Iob haberetur, quæadmodū vsq; ho-
 die in libris Græcis manifestè videmus sine discrimine vllò
 fini libri Iob adiectū. Id quod manifestè declaratur ex Ori-
 gene atq; Chrysostomo, qui ipsius testimoniū quasi scriptu-
 ræ sacrę citāt. Origenes quidē, ex eo tāquā ex scriptura Iob,
 probat librū ipsum ex Syro sermone versum esse in Hebræū
 & Græcū. Quod ostendit (inquit) ipsa scriptura Iob dicens: Hic
 interpretatus est ex Syrorum libro. Chrysostomus similiter
 partē istā allegat: Scriptura, inquit, quintū ab Abrahā dicit
 esse Iob. Nulla autē scriptura inuenitur, quæ id expressè di-
 cat, nisi argumentū istud scripturam reputet. Quod si quis
 tergiuerfetur, ad caput suprā allegatū Genesis verbum illud
 referre laborās, vnde quasi per cōsequentiā quædā illud po-
 test elici, supposito q̄ Iobab ille sit Iob, audiat Augustinum
 in libris de ciuitate dei, aduersus cuius verba nullus est ter-
 giuerfandi locus. Is enim de illo ad cōmédationē loquēs, sic
 ait: Sanctus & mirabilis vir Iob, nec indigena, nec p̄selytus, i.
 aduena populi Israël fuit, sed ex gente Idumæa genus ducēs
 ibi ortus, ibidē mortuus est, qui diuino sic laudatur eloquio,
 vt quod ad iustitiā pietatēmq; attinet, nullus ei homo suorū
 tēporū cōæquetur. Quæ tēpora eius quanquā nō inuenia-
 mus in chronicis, colligimus tamen ex libro eius quæ pro sui
 merito Israëlitiæ in authoritatē canonicā receperūt, tertia
 generatione posteriorē fuisse, quàm Israël. Hæc sunt Augustini
 verba, in quibus apertē affirmat ex ipso libro Iob colligi, q̄
 tertia generatione posterior fuerit Iob, quàm Israël. Nō po-
 terit autē ex vlla particula huius libri id vel tenuissimè ostē-
 di, nisi dicatur argumētum hoc esse pars libri. Ex ipso enim
 id sufficienter colligitur, quoniam si (vt illic dicitur) quintus
 ab Abraham fuit Iob, & quinta generatione posterior quàm
 Abrahā, consequēs est, vt tertiā tantū generatione posterior
 fuerit q̄ Israël, qui secunda generatione posterior est, quàm
 Abrahā. Ambrosius quoq; libro secundo de interpellatione
 ex hoc argumento tanquā ex passu scripturę asserit sanctum
 Iob, cum Christo resurrexisse à mortuis. Nam id in Græcis
 codicibus ad argumentum prædictum videmus adiectum.
 Ex his ergo manifestum est priores patres Græcos simul
 & Latinos,

& Latinos, argumentū illud tanquā libri partē & ipsam scripturæ huius substantialē portionē habuisse. Hierony. quoq; cōfiteatur argumentū illud post finē libri addi solitū in vulgatis exēplaribus, id quod & ego in vetusto quodā exēplari in bibliotheca Ecclesie Alostēsis apud Flandriā cōspexi. Sed quia in Hebræis ipsum nō repperit contēnendū putauit, vt paulò post ex verbis eius declarabitur, quomodo alias ille solet quē in Hebræis exēplarib⁹ nō inuenit reicere aut partipēdere, veluti in lib. Danielis, Susannę & Belis historias, & canticū triū puerorū, quæ tamē in pretio habita erāt ab antiquis & vsque hodie venerabiliter legūtur & decantantur in Ecclesiis. Hæc est igitur super genere sancti viri Iob præcipuorū doctorū, Græcorū atq; Latinoꝝ, Augustini & Gregorij, Origenis atque Chrysolto, admodū probabilis, & scripturæ libri Genesis bene cōcordās sentētia. Aduersus quam nihil ex scripturæ autoritate videtur posse adduci, quod vllā ingerat dubitationē. Nisi vnicū hoc forsità quēpiā moueat, quod aliis literis in principio scribatur Iobab in Genesis, & aliis in libro Iob, neque idē est numerus syllabarū, neq; terminatio finalis eadē. In Genesis enim nomē Iobab incipit à Iod litera. Iob autem incipit ab Aleph. Item Iobab, duplex Beth habet & syllabas duas, Iob vnum tātūm Beth & syllabam vnā. Verum huic obiectioni facillimē respondetur, subinde vnum idēmq; nomē diuersis modis in eadem lingua, scribi, quemadmodū nomē Guilielmus, aliqui per g incipiunt, alij per duplex v: & alij quidem per tres syllabas scribunt Guilielmus aut Vvilhelmus, alij per quatuor Guilielmus. Idē tamen prorsus est nomen quomocunq; scribatur, neq; satis constat quomodo rectius scribatur. Alij enī sic malunt scribere, alij aliter. Idem & de aliis plerisque constat. Præterea exemplū habemus in nomine Abraham: qui aliquando Abram, aliquando Abraham tribus syllabis & cum litera he scribitur & legitur. Ita Sarai & Sara. Quod si dicas in hac nominum varietate mysterium, quoniam ex domini iussione sic omnia illa mutata sunt, etiā aliās frequenter vbi nū est ratio mysterij contingit ista nominum in fine vel in principio variatio, per omissionē vel additionem alicuius literæ aut syllabæ: Vt Aram qui in Matthæo pater Aminadab scribitur, interdum Aram interdum Ram nominatur. Imò & ipsē Abraham iuxta sententiam Hebræorum inter-

SOLUTIONES

dum Ram nominatur, vt capite trigesimosecūdo libri Iob, vbi dicitur Eliu Buzites filius Barachel, de cognatione Rā, Interpretatur enim Hebræi (vt in cōmētariis ait Hieronymus) de cognatione Abrahā. Huic autē sententiæ aduersantur Hebræi, quos suo more Hieronymus sequitur. Hi enim nō ab Esau dicūt descēdisse Iob, sed à Nachor fratre Abraham. Legimus enim capite. 22. Genesis, Melchā sororē Sarai filiā Aram, genuisse filios ipsi Nachor fratri Abrahā Huz primogenitum, & Buz fratrem eius. Quē locū tractans beatus Hieronymus in libro de quæstionibus Hebraicis super Genesim, ita ait: Primogenitus Nachor fratris Abrahā, de Melcha vxore eius filia Aran, natus est Huz, de cuius stirpe Iob descēdit, sicut scriptū est in exordio voluminis eius. Fuit vir in terra Huz nomine Iob. Malè igitur quidam existimant Iob de genere esse Esau. Siquidem illud quod in fine libri ipsius habetur, eò q̄ de Syro sermone trāsatus est, & quartus sit ab Esau, & reliqua quæ ibi cōtinentur, in Hebræis voluminibus nō habentur. Secūdus natus est de Melcha Buz, quē septuaginta Bauz trāsferre voluerunt. Et ex huius genere est Balaā ille diuinus (vt Hebræi tradūt) quī in libro Iob dicitur Eliu, primū vir sanctus & propheta Dei, postea per inobediētiā & desideriu munerū dū Israël maledicere cupit, diuini vocabulo nuncupatur. Diciturq; in eodē libro: Et iratus Eliu filius Barachel Buzites, de huius videlicet Buzi radice descendēs. Hactenus verba Hieronymi. Eandē sententiā in commentariis super Iob replicat, in principio libri, & in enarratione capitis 32. vbi de Eliu Buzite prolixius loquitur ex doctissimorum in scripturis (vt ipse ait) sententiā, asserens ipsum eundem esse qui in libro Numerorum dictus est Balaam, & quomodo de cognatione Rā dicatur, id est, de cognatione Abraham, explicans quæ suo loco prolixius à nobis tractabuntur. Verūm hæc Hebræorum sententiā, si conferatur cum aliis quæ simul ab eis asseruntur, videndū est, ne seipsam destruat. Asserit enim Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus suprā citato, quemadmodum & in Commentariis super Iob quæ ipsius nomine habentur, legimus Eliphaz Themanitem illum qui primo loco inter amicos post verba Iob loquitur, ipsum esse primogenitū Esau ex vxore Ada filia Elom Erhei, & à regione Theman, in qua regnauerit dictum Themanitem. Quod si ve-

rum est, fateamur igitur necesse est, Balaã ipsum qui Eliu dicitur, supra modũ communẽ hominũ illius temporis longã nimirũ vitã vixisse. Oportet enim contẽporaneus fuerit ipsi Eliphaz primogenito Esau, atq; ab hoc tempore vixisse eũ vsque circiter finẽ vitę Moyse, quãdo vt in Numeris describitur, perijt gladio in vltione Madianitarũ, propter cõsiliũ malũ quod dederat contra filios Israhel ad deceptionẽ eorũ. A tẽpore autẽ Eliphaz primogeniti Esau vsque ad finẽ vitę Moyse, ampli⁹ quãm trecẽti anni fluxisse probatur ex textu sacre historię. Quod ita declaratur: Isaac sexagenatio nati sunt Esau & Iacob. Esau autem annorũ quadraginta accepit vxores. Ab hoc igitur anno, cõputemus primũ annum vitę Eliphaz cũ fuerit primogenitus Esau. Ab anno quadrage- *Gene. 26.* simo Esau siue Iacob, vsq; ad annum natiuitatis Ioseph sunt anni. 51. Anni autem vitę Ioseph sunt 110. Post mortẽ Ioseph vsq; ad natiuitatẽ Moyse sub seruitute Ægyptiaca fluxerũt anni sexagintaquatuor. Dehinc vsq; ad annũ ducatus Moyse, & educationis filiorũ Israhel octoginta. Post quos, annis quadraginta in deserto manet cũ populo. Simul iũcti hi omnes sunt anni. 335. Debisset ergo Eliu admodũ grãdis esse etatis antequã moreretur, supra communẽ modũ hominũ illius temporis. Nec releuat si dixeris, Eliu fuisse iuniorẽ tẽpore. Esto enĩ demas ipsi Eliu ab etate Eliphaz, triginta aut quadraginta annos quibus cõputetur iunior tẽpore, adhuc illi remanebũt anni circiter. 300. quæ sanẽ etas nõ vnus est hominis illius temporis, sed duorũ maximẽ senum sibiinuicem succedentiũ. Neque vel hoc illos iuuare potest, quod fortẽ senex admodũ fuerit Eliphaz, cũ istam haberet cũ Iob disputationẽ. Nam ex verbis disputantiũ colligitur nõ ipsos tunc senes extitisse, sed virilis potius etatis & in optimo vitę statu. Sic enim Eliphaz ad Iob loquitur ca. 15. Quid nosti quod ignoremus? Quid intelligis quod nesciam⁹? Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetustiores quã patres tui. Non se senem gloriatur aut amicos suos, sed inter ipsos esse gloriatur non minus senes quã in terra Iob, vnde ipsi discere potuerint sapiẽtiam. Ad quod etiam facit, etas longa quam Iob vixisse scribitur post flagella. Vix enim (vt in fine libri huius dicitur) post flagella hæc annis. 140. Si autẽ senex tunc fuisset cum flagellaretur, videretur hæc etas secundũ communem hominũ etatẽ nimia. Neque Eliu ipsos amicos Iob

tanquã senes agnoscit, sed tantũ vt se antiquiores venerabatur, dicens: Iunior sum tẽpore, vos autẽ antiquiores. Si autẽ Iob nõ fuit senex, cũ hæc disputatio haberetur, neq; Eliphaz. Amicitia enim solet ferẽ inter coæquales esse, qua de causa forsitan Eliu iunior nõ dicitur esse quartus amicorum Iob, tamen cũ aliis tribus videatur aduenisse. Præterea ex libro

Nume. 23. Numerorũ facillẽ cognoscimus, Balaam illũ magũ non fuisse tantæ ætatis, quantæ ipsum esse cõsequeretur iuxta hæc Hebræorũ sententiam, nempe annorũ plus minus trecetorum. Cũ enĩ mitteret ad eũ Balach rex Moabitarũ, vt veniret ad maledicendũ populo Israël, quod erat circa extremũ tẽpus vitę ipsius, erat adhuc tam valido corpore, vt posset ad petitionẽ regis magnũ iter in asina cõficere, veniẽdo, vt ipse ait, de mõtibus orientis, à loco, vbi habitabat super fluuiũ Amõ, vsq; ad domũ regis. Potuit quoq; fuste latera asinæ cui infidebat, grauib; ìctibus cedere, cum à facie angeli cederet.

Ibidem. Insuper & ad excelsa cum rege Balach ad prospiciendũ inde exercitũ Israël scãdere potuit, & sacrificium illic facere. Balach quoq; stante iuxta sacrificiũ ire & redire. imò & festino gressu velociter incedere, quæ omnia non videntur homini iam tercentenario conuenire. Nõ videntur igitur hæc Hebræorũ dicta sibi cõstare, nec verisimilitudinẽ sufficientẽ cõtinerẽ. Accedit, q̃ ante Eliphaz primogenitũ Esau nusquã legimus nomen Theman, vnde videri possit dictus ipse Eliphaz Themanites. Vnum tamen ex filiis eius primum legimus Theman fuisse appellatum, quemadmodum in Genesi scribitur: Fueruntq; Eliphaz filij Theman, Omar, Sepho, & Gathan, & Cenez. Erat autem Thamna concubina Eliphaz filij Esau, quæ peperit ei Amalech, Quem locũ tractans Hieronymus in libro de quæstionibus Hebraicis, sic ait: Quod autẽ dicitur Theman, & Kenes, & Amalech, & reliqua sciamus postea regionibus Idumæorũ ex his nomina imposta.

Gene. 36. Ex quo videtur contra ipsummet Hieronymũ inferri, quod Eliphaz Themanites dictus nõ fuerit primogenitus Esau, sed potius aliquis posterior ab illo Theman descendens, & ab eo Themanites cognominatus, præcipuũ nomẽ habens Eliphaz. Hæc nos idcirco latius prosequuti sumus & subtilius discussimus, ne statim sine iudicio reiciatur, ex sola Hebræorũ quorundã assertionẽ, quæ ab vnanimi antiquorũ patrum Græcorũ atq; Latinorum cõsensu, à plurimis seculis in æstimatione

matione habita fuerūt, tanquā probabilia & vera. Tametsi enim plerūque Hebræis de rebus suis narrātibus maior fides habeatur, nō tamē id solū verū esse putandū est quod Hebræorū ponit assertio, neque dānandū est quicquid ipsi reiciūt. Fieri enim potuit vt antiquorū patrū religiosā diligētia & aliūde nōnulla acceperit, nō minus probabilia, quā ea quæ ab Hebræis ipsis sunt habita. Maximē autem hac in re id fieri potuit, cū nō sit hic liber primitus in Hebræo sermone cōscriptus, sed sermone Syriaco quēadmodū antiqui patres testātur, nominatim Origenes, vt paulō post dicemus, & ipse in prologo satis attestatur Hieronymus. Et quis nouit, si fortē odio maligno infecti Iudæi genus Iacob, inuidētes nōmini Esau, & dolētes tā præclara sobole eum per omnia secula memorabilē fieri (vt fuit erga Idumæos peculiaris semper Israëlitarū inuidia) ita id suis genealogiis cōfixerint, vt dicerent Iob non ab ipso Esau duxisse genus, sed à Nachor fratre Abrahæ, ne in authoritatē canonicā videretur admīsus, & in exēplū eis propositus homo Idumæus ex ipsa gente exorsus, sed cognatus Abrahæ dilecti & semper venerabilis? Quemadmodū multa his similia & lōgē maiora confinxisse probantur Iudæi, in odiū Christi & Christianorū populorū, vt Christi gloriā offuscarent, quēadmodum Hieronymus ipse in libro De ortu virginis, testatur falsos fratres trāfigurātes in angelos lucis ad obscurandā genealogiā Saluatoris per se clarā, cōfinxisse extranea & incognita Pantheris & Barpantheris vocabula. Non quod nos impresentiarum tale aliquid factū asseramus. Absit enim à nobis vt in re tā incerta, maximē aduersus Hieronymi iudiciū quicquā definiēdo statuamus. Hoc tantū volumus, nō sic per omnia statim Hebræorū quālibet doctorū nudæ assertioni esse adharēndū, maximē vbi est aliorū antiquorū in cōtrarium vetus & diu probata sententia. Neque enim existimandū est, antiquos patres sentēcias illas in fidem & authoritatē temerē suscepisse, quas tāta religiositate posteris cōmēdarūt. Et hæc quidē de genere sancti Iob dicta sint satis. Ex iis autē quæ modō dicta sunt, ferē haberi potest solutio alterius dubij de tempore ipsius Iob. Secundū priorem enim sententiam Augustini, Gregorij, Origenis & Chrysostomi, videtur fuisse iisdē ferē temporibus, quibus filij Israël seruiērūt in Ægypto, aut paulō ante ea tempora. Quod faciliē deduci potest ex sacris li-

SOLUTIONES

teris comparando generationes Iacob quæ describuntur in Genesi cum generationibus ipsius Esau supra ex eadem numeratis. Iacob nanque genuit Iudam, Iudas genuit Pharez, Pharez genuit Efron. Hic Efron videtur tertia generatione posterior Iacob, & quinta generatione posterior ipso Abraham. Sic Iob siue Iobab tertius inuenitur ab Esau, & per eum quintus item ab Abraham. Esau namque genuit Rahuel, Rahuel genuit Zaram, Zara genuit Iobab. Ex hac autem cõparatione tametsi non omnino punctaliter possit cognosci tempus ipsius Iob, potest tamen fermè deprehendi ex parte aliqua, circa quæ tempora fuerit. Colligitur autem fuisse circa tempora Efron, vel aliquanto priorem, fortè tempore Pharez. Et quidem de tempore Efron id prima facie apparebit, secundum correspondentiam generationem ex opposito, quam proinde clarè ante oculos constituimus hoc ordine:

Iacob	Esau
Iudas	Rahuel
Phares	Zara
Efron	Iobab

Ex hac itaq; cõparatione generationum duarum adinuicem, prima facie videbitur Iob & Efron secundum tempora esse coniungendos. Verutamen exactius considerantes quæ in Genesi historia traduntur, rectius forsitan illum cum Pharez qui vnica generatione prior est secundum numerum coniungemus. Pro cuius prioris itellectu aduertit iuxta historiam libri Genesi Esau multo ante fratrem suum Iacob uxores accepisse & filios per easse, tamen æqualis ambo essent ætatis, nimirum gemelli vno partu editi. Esau namque quadragenarius uxores duas accepit, ex quarum altera genuit Eliphaz, ex altera Rahuel. Iacob vero annorum fuit circiter 84. cum uxores acciperet Liã & Rachelem. De Esau expressè illud loquitur historia Genesi. De Iacob autem ex supputatione annorum Ioseph ita probamus. Annorum 91. erat Iacob cum nasceretur Ioseph. Ante verò hunc annum primùm Ioseph non habuerat pater eius uxores, nisi circiter tempus annorum 8. Nam in Mesopotamia Syriæ apud Laban auunculum seruiebat Iacob cum gigneret Ioseph. Septem autem annis seruauit priusquam uxores acciperet, vniuersum quoque tempus seruitutis eius non nisi 20. annorum fuit, & puer ipse Ioseph vniuersum annorum fuit. 4. aut 5. quum rediret à Mesopotamia ad terram Chanaan cum omni substantia, quod ex eo satis aperte monstratur

Gene. 26.

Gene. 36.

fra
Esa
oro
ces
se. A
qu
bu
qui
ann
loc
tre
ma
vx
Iac
no
de
tes
pro
me
tat
ex
tép
vic
ip
qu
an
Tr
sp
tiu
gy
mi
sc
ip
ess
po
eu
er
di
ti
A

stratur quòd in historia Genesis dicitur, quum occurreret
 Esau fratri Iacob redeūti ad terrā suā, post omnes filios suo
 ordine procedētes ad adorandū Esau, omniū extremos ac-
 cessisse matrē Rachelē cū filio Ioseph & nouissimos adora-
 se. Ex his itaq; manifestè infertur, anno primo ætatis Ioseph,
 qui erat 91. Iacob, ipsum annis circiter octo in vxores ha-
 buisse Liā & Rachelē. Fuit itaq; annorū circiter 83, aut 84.
 quū vxores acciperet, post quas acceptas tertio aut quarto
 anno natus est Iudas, qui fuit ex Lia primū scēcūda quarto
 loco genitus nimirū post Ruben, Simeonē & Leui tres fra-
 tres suos ex eadē matre Lia. Collatis omnibus cōperimus
 manifestè ab anno Iacob quadragesimo, quo Esau accepit
 vxores & genuisse creditur liberos, vsq; ad annū 86. ipsius
 Iacob quo videtur genuisse Iudā, tēpus esse intermediū an-
 norum ferè quinquaginta siue quadragintaquinq;. Quo ita
 declarato facilè est intelligere, quare tēpus Iobab inquiren-
 tes dixerimus ipsum aut Efron cōiungendū secundū tēporis
 proportionē, aut verisimilius ipsi Pharez patri Efron, qui ta-
 mē vna generatione videtur posterior. Videlicet ob tēpus
 tātū intermediū inter generationē Rahuelis ex Esau, & Iudē
 ex Iacob. Siquidē anni quinquaginta aut quadragintaquinq;
 tēpus est vnus generationis, vt meritò hac consideratione,
 videatur Iob alioqui vna generationē posterior cōparādus
 ipsi Pharez, vt videtur vna generatione priori. Illud verò
 quod profundamēto hui⁹ deductionis fuit assumptū, Iacob
 annorū. 91. genuisse Ioseph, ita ex sacra historia declaratur.
 Triginta annorū erat Ioseph, ait scriptura, quū staret in cō-
 spectu Pharaonis, eductus de carcere accepto dominio to-
 tius Ægypti, & priusquā ad eū pater suus descēderet in Æ-
 gyptum, dominatus est septē annis fertilitatis, & duobus fa-
 mis. Quinq; enim anni restabant famis, quū in Ægyptū de-
 scēderet Iacob cum omni familia sua, quemadmodū Ioseph
 ipse fratribus loquitur dicēs: Bienniū est quod fames cœpit
 esse in terra & adhuc quinq; anni restant, quibus nec arari
 poterit nec meri. Erat igitur Ioseph annorū 39. cū veniret ad
 eū in Ægyptū Iacob. Ipse verò pater Iacob iam tūc annorū
 erat. 130. quēadmodū à Pharaone interrogatus: Quot sunt
 dies annorū vitæ tuæ? Ipse loquitur dicēs: Dies peregrina-
 tionis vitæ meæ centū triginta annorū sunt parui & mali.
 Ab his autē 130. annis, deme annos 39. quibus tūc vixerat

Gene. 41.

Gene. 45.

Gene. 47.

Genes. 46.

Ioseph, inuenies anno. 91. Iacob genitū esse Ioseph. Postea igitur quā probatū est, cū Phares filio Iudę cōnumerandū esse Iobab siue Iob, ex illius tēporibus huius quoq; tempus aestimandū venit. Certum est autē Pharez genitū fuisse ante descēsum patris in Ægyptū, inō videtur ante Esrō genuisse quā in Ægyptū descēderet. Is enim cap. 46. Genesis cōnumeratur inter filios filiorū Iacob, qui cū eo descenderūt in Ægyptū. Colligitur itaq; ex his omnibus, quantū videri potest, sanctū Iob fuisse ante decensum filiorū Israël in Ægyptū, & Moysē antiquiorē extitisse, ita tamē vt propter nimiam vitę morā, vel simul cū Moysē vixerit, vel paulō antē Moysen mortē obierit. Præter enim tēpus quod transegit Iob in vita ante probationē, cuius meminit hæc historia, scribitur post flagella vixisse annis 140. Moyses autem natus est post descensum filiorū Israël in Ægyptū, anno 135. Ab anno enim 39. Ioseph quo Iacob in Ægyptū descendit vsq; ad vltimū annū vitæ eius, qui fuit 110. anni numerātur 71. Ab anno autē vltimo Ioseph, qui cōputatur primus seruitutis Ægyptiacæ, vsq; ad natū Moysen anni cōputantur 64. qui prædictis cōiuncti faciunt simul annos 135. Esto igitur Iob fuerit probatus, vel paulō antē descensum filiorū Israël in Ægyptum, vel in initio dū illic agerēt, inuenietur extremū tēpus vitæ Iob conuenire cum principio vitæ Moysi. Illud satis cōstare videtur, ea quæ hic scripta sunt in libro Iob, per annos satis multos ante Moysi natiuitatē gesta fuisse. His autē quæ nos modò ex cūriosa perscrutatione sacre historię sollicitē deduximus, bene cōsona est Origenis sententia, quā ipse se faterur in antiquis scriptis inuenisse: Moysen videlicet in Ægypto constitutū ad consolationē afflicti populi Israëlitici, historiam istam pridē in Arabia, vbi Iob habitabat sermone Syro conscriptā, in sermonē Hebræū translulisse pleniūsq; quā ante fuerat eandē spiritu diuino descripsisse. Consentit & beati Gregorij sententia ex parte aliqua, quatenus videlicet illos arguit qui ex eo quod in sacra historia Genesis, Iobab legitur Balach in regno successisse, multò antequā fiat mētio de Moysē, hūc beatū Iob lōgē ante tēpora Moysi extitisse crediderint, morē ignorātes sacri eloquij, quia in superioribus suis partibus solet breuiter longē post sequutura perstringere, quū studet ad alia subtilius discutiēda properare. Meritò enim illos arguit qui tali argumēto malè opinan-

pinantur longè ante tempora Moyſi Iob extitiſſe, quò iam
 probatù ſit vel ſimulcum Moyſe ſecundum aliquà vitæ par
 tē ipſum vixiſſe vel multò ante ipſum, mortè obiiſſe. Cæte
 rum, in eo quod ſubiungit idè Gregorius, nò ſatis exactè vi
 detur veræ ſupputationi cõſonare. Sic enim ſubiūgit. Vnde
 & illic (nèpe in ſacra Geſeſi) Iobab priuſquã reges in Iſraël
 exiſterèt, fuiſſe memoratur. Ex quo deinde ſic inferit. Ne
 quaquã ergo extitiſſe ante legē cognoscitur qui Iſraëlitico
 rù iudicum tẽpore fuiſſe ſignatur. Quæ ſanè illatio, nò recta
 ex prædictis facilè apparebit. Quod in ſacra hiſtoria dicit
 Iobab in EDOM regnaſſe antequã reges eſſent in Iſraël, vtiq;
 verum eſt & indubitatum, Quod autè in hoc verbo ſignari
 indicat Gregorius, dum ait: Iſraëliticorum iudicum tẽpore
 fuiſſe Iobab ſignatur, non æqualè id veritatis apparentiã ha
 bet. Qui enim dicit Iobab regnaſſe ante reges in Iſraël, non
 ſtatim dicit Iobab ſub iudicibus Iſraëliticis regnaſſe, quẽ ad
 modum is qui dicit Ludam aut Pharez natù eſſe antequã re
 gnaſſet reges in Iſraël, non aſſerit natù eſſe ſub tẽpore Iſraë
 liticorù iudicum. Eſt enim tẽpus aliud prius & iudicum &
 regum tẽporibus. Quod fundamentù dum corruerit, illa
 tioni quoque ſua virtus ſubtrahitur, quæ colligit, Iobab ne
 quaquã ante legē extitiſſe. Cum enim (vt antè monſtratum
 eſt) vix extremù vitæ Iobab pertingere videatur ad primù
 initiù vitæ Moyſi, vtiq; ante legē per annos multos Iob ſan
 ctus præfuiſſe colligitur, quò ab anno natiuitatis Moyſi vſq;
 ad legē datam anni interceſſerint. 80. Nimirù 80. annorum
 erat Moyſes quò filios Iſraël ex Ægypto eduxit, & legē dei
 in monte Syna accepit. A legē autè data vſq; ad Iofue anni
 fluxere. 40. Vnde ab initio vitæ Moyſi vſq; ad tẽpus duca
 tus Moyſi anni ſupputantur. 120. Omnino itaq; videtur Iob
 ab & ante legē extitiſſe, & nullo modo ſub Iſraëliticis iudi
 cibus vixiſſe. Niſi fortè tẽpus Iſraëliticorù iudicũ appelle
 mus tẽpus vniuerſum ante reges etiam ſub patriarchis, qui
 ſuò populum iudicabant quò non eſſent reges, quemadmo
 dũ de Iuda filio Iacob legimus, ipſum data ſentètia præce
 piſſe vt thamar nurus ſua cõburetur in pœnã adulterij, aut
 fornicationis. Verù hãc nò fuiſſe Gregorij ſentètiã ſatis in
 dicat quod præmittitur. Nequaquã ergo ante legē extitiſſe
 cognoscitur, poſt quod deinde ſequitur, qui Iſraëliticorum
 iudicum tẽpore fuiſſe ſignatur. Quarto loco de huius libri
 auctore

S O L V T I O N E S

auctore paucis dicemus. Quæ quæstio tamen si forsitan nõ
 admodum necessaria videatur quã præcipuus libri author
 esse cognoscatur spiritus sanctus, quo inspirante scripta est
 omnis canonica scriptura, neq; admodum curæ esse debet
 (iuxta Gregorij sententiã) vbi scriptor cognoscitur, calamũ
 quo scriptũ est inquirere: quod tamen in aliis libris diligen-
 ter quæri solet, hic quoq; non prorsus inutiliter quærendũ
 videtur. Tamen enim præcipuus honor scripturæ sacræ, ad
 spiritũ sanctũ authorẽ primũ sit referendus, sunt nihilominus
 suo loco etiam illi digno prosequẽdi honore, per quos ipse
 spiritus suas scripturas nobis dignatus est tradere. Et licet
 præcipuam autoritatẽ ab ipso spiritu habeat sacra pagina,
 non nihil tamen & calami scribẽtis addit probata sanctitas.
 Quemadmodum videlicet Euangelistarum & Apostolorũ
 scripta, pluris facimus scriptis aliorũ veteris testamẽti, quod
 per illos calamos, nempe Apostolos & Euãgelistas, plenius
 & perfectius spiritũ sanctum omnia egisse credamus quã
 per antiquos sub vmbra adhuc degentes. Fuerunt autem,
 quemadmodum beatus Gregorius annotauit, diuersæ quo-
 rundã sententiã, quibusdã existimantibus Moysen scripto-
 rem fuisse huius historiæ: quos ipse quidem apertẽ non re-
 probat, nisi quatenus credũt Moysen gesta ipsius Iob quasi
 longẽ ante positi descripsisse, quũ (vt suprã ostendimus) nõ
 ita diu ante tẽpora Moysi Iob vixerit. Narrat autẽ & alios
 fuisse, qui vnũ quemlibet ex Prophetis dixerunt libri huius
 fuisse scriptorẽ, qui diuina inspiratione ad tanta describen-
 da mysteria fuerit subleuatus, quibus alioqui par esse non
 poterat. Ipse verò ex sua sententia verius arbitrandum exi-
 stimat, quod idẽ beatus Iob, qui certamina spiritualis pugne
 sustinuit, etiam consummata suæ victoriæ gesta narrauit.
 Obiectionemq; soluit quæ in cõtrariũ moueri posset, ex eo
 quod in libro hoc de ipso Iob in tertia persona sermo fiat,
 dicendo Iob ista pertulit. Dixit Iob: quũ is sit mos sacri elo-
 quij, vt ipsi qui scribunt sic de se in illa quasi de aliis loquan-
 tur, id quod exemplis pluribus prolixẽ declarat. Origenes
 quoq; super hac re ambiguẽ itẽ loquitur, dicens ea quæ hoc
 libro continẽtur primũ quidẽ sermone Syro scripta esse,
 vel ab ipso Iob, vel ab amicis eius, iuxta quod ipse Iob dispu-
 tando ait. Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei, &
 ponantur in libro imperpetuũ? Sic enim iuxta 70. interpre-
 tes ille

tes ille legit. Translata autē ea dicit & interpretata à magnō illo viro Moysē, ex sermone Syro in Hebraicā linguā atq; filiis Israhēl tradita. Quod probat ex scriptura illa quæ apud Græcos ponitur in fine libri Iob, cuius præcipua pars etiam hodie in Latinis codicibus ante librū Iob ponitur, quā ut suprā diximus Hieronymus, eo q̄ in Hebræis non inuenit refecuit, ex quo tēpore quasi argumentū præmitti cœpit, ne profus reiiceretur. Hanc partē ipse ut scripturam libri Iob adducēs, ait, quæ prædicta sunt de trāslatione libri probari ex ipsa scriptura Iob dicēte: Hic interpretatus est ex Syrorū libro. A quo, inquit ille, interpretatus? Deinde sibi ipse respōdet; Manifestū est quòd à Moysē in Hebræo. Itē verò à 70. ex Hebræo in Græcum translatus est. Subiungit deinde in confirmationē. In Ægypto scilicet olim Moyses illū ex Syro in Hebræū transtulit. Itē in Ægypto etiā 70. sub Ptolemæo ex Hebræo in Græcum illum transtulerunt, & inde ex Ægypto per vniuersas gētes, beati Iob scriptura diuulgata est. Primū quidē in Arabia Syriacè scripta, vbi & Iob habitabat, post hoc verò & in Hebræis & in Græcis, & in omnibus gētibus interpretata. Erat nimirū pridem Syriacè ex parte scripta, non ita diligenter neq; vigilanter, quemadmodū postea à Moysē. Solæ enim responsiones atq; replicationes in primordio scriptæ sunt. Quod autē vulgariū nemo hunc librū ita exactè potuit describere, probat ex magnitudine secretorū quæ in hoc libro, traduntur. Quis, inquit, illorū poterat nosse quomodo venerint angeli ut statēt ante deū, vel quomodo diabolus venerit vel quid dixerit, vel quid respōderit, nisi solus Moyses Spiritus sancti reuelatione? Et post pauca: Sicut nullus alius poterat nosse vel dicere vel scribere, quæ solus pater ad solū filium loquutus est dicens: Faciamus hominē & cetera vniuersa, nisi solus Moyses quæ reuelauit ei spiritus sanctus paraclētus qui præsens erat, sic similiter nullus illius temporis poterat nosse, quæ in secreto Deus ad diabolū loquutus est pro increpatione eius, quæ in eo erat cogitationis, nisi solus Moyses cui, cūta sunt reuelata quæ ante erant abscondita, pro iis qui tūc legis auspiciū erant accepturi. Ex quibus Origenis verbis, intelligimus ipsum in hac fuisse sententiā, prius librū hunc scriptū esse sermone Syro, vel ab ipso Iob, vel ab aliquo amicorum eius, non tamen plene omnia, quæ modò in libro isto continentur,

S O L V T I O N E S

tur, sed ipsam tantum disputationem quam inter Iob & amicos est habita. Principium autem libri postea à Moysè adiectum dicitur propter similitudinem secretorum verborum Dei quæ in eo ponuntur, cum illis quæ in principio Genesis leguntur, & indubie per Moysen scripta creduntur. Quod autem dicit Origenes, neminem alium præter Moysen potuisse illa secreta cognoscere, non accipitur, ut dictum ad paruipensionem magni Prophetæ Iob, cui posterior idem ipse confitetur reuelata esse maiora mysteria. De cæteris namque vulgaribus aut, quibus non tantæ prophetiæ donum cõpetit. De Iob verò vel ob modestiam & humilitatem forsitan notum relinquit quod initium non scripserit, eo quod non videatur proprio ore aut calamo tam eximias sui certaminis laudes & coronas declamasse. Huic autem opinioni de Moysè, quod librum ipsum vel totum scripserit vel auxerit & ornauerit, videtur suffragari Hebræorum iudicum, qui ipsum inter canonicas scripturas proxime post quinque libros Moysi constituunt, nullius alterius authoris titulum ei assignantes. Unde colligi non omnino improbabiler potest, ex antiquorum Hebræorum sententia, ipsi Moysi librum hunc attribui. Eodem quoque ordine beatus Hieronymus in epistola ad Paulinum, de omnibus diuinæ scripturæ libris librum istum post pentateuchum locat ordine proximam. Neque verisimile videtur librum istum ab homine Idumæo aut ut minimum gentili conscriptum, recipiendum fore in numerum Canonicarum scripturarum apud Hebræos, si non graui aliqua auctoritate ad id fuissent permoti, utpote ex auctoritate Moysi qui circiter illa fere vixit tempora quibus gesta fuere quæ in eo scripta sunt. Allegat quoque ad probationem dictæ sententiæ Origenes antiquorum scriptor. Super hæc autem omnia (inquiens) o amici inuenimus in antiquorum dictis, quod quum magnus ille Moyses in Ægypto à Deo fuisset missus & vehementer afflictionem filiorum Israël videret, & consolari eos ab anxietate lamentabilis eorum afflictionis, qua illos Ægyptij affligebant minimè valeret, vehementes illos atque terribiles Iob dolores pro consolatione illis enarrauerit, nec non & in scriptura eos ponens adhuc quum essent recetiores illi populo dederit, ut per cognationes & tribus suas hæc legentes, & vehementes atque terribiles illos beati viri dolores audiētes inuicem se consolarentur, & cum patientia atque gratiarum actionibus mala quæ eos circumdederant suffer-

rent,

rent,
rãtia
bene
antic
bis in
gum
post
derat
erudi
tionē
dantu
quod
vita p
quæ c
sine c
princi
riem,
natur
uina p
ius hid
Cõtin
quibus
& mag
istius,
& rect
nihilot
tur De
bernar
potatio
formar
huius h
manas
& à pe
figatur
riæ, ean
affirma
negatiu
relibru
cipuam
soluere

rent, & vt bonā remunerationē domini quæ Iob post tolerātiā largitus est audicētes, etiā ipsi liberationē sperarēt, & beneficia beatæ mercedis laborū suorū expectarēt. Hæ sunt antiquorū patrū super huius libri authore, quæ quidē à nobis inueniri potuerūt sentētiæ, quas nobis satis sit cū suis argumētis suaque probabilitate in mediū adduxisse. Superest postremo loco, quānā præcipua sit huius libri intētio cōsiderare, & quid potissimū huius libri tractat⁹ fidelē lectorē erudiat inquirere. Posteriores nōnulli, totā libri huius intentionē in hoc dicūt versari, vt per rationes probabiles ostendantur res humanæ diuina prouidētia regi, non obstante eo quod frequēter inter homines accidit, vt boni in præsentī vira patiātur mala, & mali ecōtrariō accipiāt bona. Ista aetē quæ circa Iob gesta sunt, nēpe afflictiones grauissimas quas sine culpa sustinuit, quasi thema quoddā proponi dicūt, ad principaliter intētā quæstionē. Atque hi totā huius libri scēriem, quasi in quæstione huiusmodi cōcludūt. Vtrū sicut res naturales à deo gubernātur, sic etiā res humanæ regātur diuina prouidētia. Ad cuius quæstionis partē negatiuā, ex huius historiæ narratione videtur sumi argumētū huiusmodi. Cōtingit inter homines, eos qui virtute sunt probatissimi, quibus proinde bona deberi videntur, p̄ bonis mala multa & magna perferre, id quod in proposito exemplo hominis istius, qui dicitur Iob euidentē claret, qui quū esset simplex & rectus & timens Deū, & ab omni malo sollicitē recedens, nihilominus passus est afflictiones grauissimas. Igitur videntur Deo nō esse curę res humanæ, nec eius prouidentia gubernari. Et circa hanc quæstionem dicunt versari totā disputationem Iob, & amicorū eius. Alij magis particularem formant quæstionē, quasi ex occasione & præsuppositione huius historiæ in hunc modū: Vtrū quū Dei erga res humanas prouidētia consistat, quid est quod homo innocens & à peccato mūdus, sine culpa in præsentī vita grauibus affligatur malis? Hæc quæstionē dicūt oriri ex occasione historiæ, eamq; à Iob & amicis disputari, sic vt Iob partē tueatur affirmatiuā seipsum producēdo in exēplū, amici autem eius negatiuam. Ita quidem posteriores, quidam scholastico more librum istum tractandum & exponendum putant, & præcipuam istam esse libri huius intentionē, talis quæstionis absoluerē determinationē. Ceterū priores & antiquiores ab

initio Ecclesiæ patres, harum questionum, non ita inuenimus fecisse mentionem, neque huiusmodi questionum determinationem præcipuum sine libri videtur illi assignasse. Videntur enim illi præcipue, hoc in libro considerasse insigne quoddam & per omnia memorabile spectaculum & exemplum patientiæ, in quo velut ante oculos videant homines nobile patientiæ fructum, quæ iuxta Apostolum pacatissimum fructum reddit per eam exercitatis, solaque perfectum opus habet, utque sine & fructum patientiæ attendentes homines, discant æquanimitè aduersa tolerare, etiam cum sine sua culpa forte mala ferre videbuntur. Iuxta quæ sanè considerationem, beatus Iacobus Apost. in canonica sua epistola præclarum istud sancti viri Iob exemplum proponit: Exemplum, inquit, accipite fratres, exitus, mali laboris & patientiæ prophetas qui loquuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferetiam Iob audistis & sine domini vidistis, quonia misericors dominus est & miserator. Tobia quoque liber, satis indicat huc esse finem primum presentis historiæ, in quo rerum circa Tobiam gestarum, cum iis quæ acciderunt sancto Iob sit comparatio, & vtriusque negotij finis vnus describitur. Sic enim ibi legimus: Hæc autem tentationem ideo permisit Tobie dominus euenire, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius sicut & sancti Iob. Nam quum ab infantia sua semper deum timuerit & mandata eius custodierit, non est contristatus contra deum, quod plaga cæcitatatis eueniret ei, sed immobilis in dei timore permansit, agens gratias deo omnibus diebus vite sue. Nam sicut beato Iob insultabant reges, ita isti patres & cognati eius iridebant vitam eius. Ad idem propositum antiqui patres omnes in suis scriptis & frequenter & magnifice, ea quæ in hoc libro sunt descripta adducunt, quæ admodum legentibus ea facile liquet, quorum proinde prolixas & crebras sententias huc adferre, non videtur operæ pretium. Illud tantum citabo, quod ad huius propositi confirmationem Origenes testatur, multiplex testimonium. Ex illius enim sententia discimus, hunc librum præcipue ob hoc à Moysè scriptum esse in lingua Hebraica, ut in exemplum patientiæ hominem gentilem filiis Israël in Ægypto grauius afflictis proponeret, eumque exemplo in aduersis susciperent consolationem. Discimus item, antiqua consuetudine obseruari solitam, ut coram doctis & iugentibus liber iste legeretur. Insuper, ex publica

Iacob. 5.

Tobia. 2.

blica
bus p
scimus
loribus
passio
nibus
rem. l
cum r
vehem
ab an
ptij af
biles f
in scip
pulo
res, &
audien
tiarum
& vt
lerant
rarent
starent
quod
rantia,
gitur,
& pro
in con
diebus
quam
illo vi
tam d
ribilen
tione
condo
post h
surrec
tis ger
Merite
tionis,
atq; se
videtu
blica

blica Ecclesie consuetudine legi solitum hunc librum in die-
 bus poenitentiae, utpote in diebus ieiunij & afflictionis. Di-
 scimus quoque sanctum virum Iob typum fuisse Christi in suis do-
 loribus, Christi passionem: in sua autem felicitate Christi post
 passionem admirabilem gloriam representantem. De quibus om-
 nibus aperte & suauiter ipsum Origenem audiamus loquen-
 tem. Inuenimus, inquit, o amici in antiquorum dictis, quod
 cum magnus ille Moyses a deo missus fuisset in Aegypto, &
 vehementem afflictionem filiorum Israel videret, & consolari eos
 ab anxietate lamentabilis eorum afflictionis, qua illos Aegy-
 ptij affligebant, minimè valeret: vehementes illos atque terri-
 biles Iob dolores pro consolatione illis enarrauit, necnon &
 in scriptura eos ponens, cum adhuc essent recitiores, illi po-
 pulo dederit, ut per cognationes & tribus suas hoc legen-
 tes, & vehementes ac terribiles illos beati illius viri dolores
 audientes, inuicem se consolarentur, & cum patientia atque gra-
 tiarum actionibus mala quae eos circumdederant, sufferrent,
 & ut bonam remunerationem Domini, quam Iob post to-
 lerantiam largitus est audientes, etiam ipsi liberationem spe-
 rarent, & beneficia beatæ mercedis laborum suorum expe-
 ctarent. Huius rei evidens & irrefutabile indicium, hoc est,
 quod etiam adhuc usque in hodiernum diem beati Iob tole-
 rantia, ante eos qui sunt in dolore & luctu atque planctu le-
 gitur, pro consolatione & exhortatione dolorum illorum,
 & pro ablatione angustiae cordis eorum. Similiter autem &
 in conuentu Ecclesie in diebus sanctis legitur passio Iob in
 diebus ieiunij, in diebus abstinentiae, in diebus quibus tan-
 quam compatiuntur, ij qui ieiunant & abstinent à mirabili
 illo viro Iob, in diebus quibus, in ieiunio & abstinentia san-
 ctam domini nostri Iesu Christi passionem sectamur, ut ter-
 ribilem eius passionem transeuntes, ad beatam eius resurre-
 ctionem venire mereamur, compassi nunc ut coregnemus,
 condolentes modo in tempore passionis, ut & congaudeamus
 post hoc in tempore resurrectionis. Cuius passionis atque re-
 surrectionis domini formam, & exemplum Iob passio in mul-
 tis gerebat, sicut hi qui diligentius requisierunt, repererunt.
 Merito etiam nunc in diebus passionis, in diebus sanctifica-
 tionis, in diebus ieiunij beati Iob passio legitur, meditatur
 atque scrutatur. Haec tenus Origenis verba, Ex quibus omnibus
 videtur huius libri praecipua intentio non esse, iuxta horum
 antiquorum

SOLVTIONES DVBIORVM.

antiquorum sententiam, vt dissoluatur quæstio aliqua de diuina prouidentia, cuius quæstionis ipsi ne semel quidem meminerint, sed vt exemplum memorabile perfectæ patientiæ accipiant in eo homines, atque etiam vt typum & figuram passionis & resurrectionis Christi Domini nostri in eo discerent contemplari: vt qui non pro Iudæorum tantum vno populo, sed & pro gentilitate, ipse non per Israël tantum veruetiam per alienigenam præfiguraretur. Posteriores verò & recentiores scriptores, quos postillatores vocant, principalem intentionem huius libri versari dicunt circa dissoluendam quæstionem de diuina prouidentia, & quæscholasticam quandam quæstionem hoc libro decidi existimant, de qua re apud illos videat, qui voluerit. Nobis magis arripet prædicta antiquorum sententia.

FINIS.

quæ
ctus i
ciens.
buës.
eumc
sanct
giës,
quàm
nis &
ralibu
quod
secun

Elucidatio para-
phrastica in librū Iob,
cum annotationibus prolixioribus
in aliquot capita. Per fratrem
Franciscū Titelmanum
Hassellensem.

PRIMI CAPITIS ELUCIDATIO.



LN regione Huz vel Ausbite (sic CAP. I.
nominata, vel ab Huz primogeni- Gene. 10.
to Nachor, fratris Abrahæ vel ab Gene. 22.
Huz filio Aran, filij Sem) in terra Vir erat in
vtiq; gētili, & extra Israëlitarū for- terra Huz,
tē posita, vir quidā & re & virtute nomine Iob;
admodū insignis extitit, cui nomē
erat Iob, siue Iobab. 2 Erātq; vir 2 Et erat vir
ille nō duplex animo, sed simplex; ille simplex,
nimirū pura synceritate hoc & lo-
quēs ore, & opere monstrās, quod corde sentiebat. 3 Re 3 & reclus;
ctus insuper erat & iustus, nemini per iniustitiā fraudem fa-
ciens, sed vnicuiq; per iustitiæ reſtitutinē quod suū esset tri-
buēs. 4 Deum quoq; pio & religioso timore venerabatur, 4 ac timens
eūmq; piē adorabar, & colebar affectu sincero & obsequio Deum,
sancto: 5 propter sanctū dei timorē, sollicitē vbiq; vitū su 5 & rece-
giēs, & ab omni malo quo dei oculos potuisset offendere, dens à malo.
quàm sollicitissimē se elongans. 6 Quomodo autē inter- 6 Natūque
nis & spiritalibus diuitiis homo iste plenus erat, sic & tēpo- sunt ei septē
ralibus non minus ornatus. Videlicet (ve ab eo incipiamus, filij, & tres
quod in rebus externis habetur præcipuū, quodq; maximē, filia.
secundum naturā homines desiderant, id est, à bono prolis)

A liberos

liberos habebat vtriusq; sexus numero sufficientes, filios septē, & tres filias: mares quidē ampliori, scēminas verò angustiori numero. Tāetsi enim à parētibus vterq; sexus & amatur & desideretur, plus tamē masculinus: & magis est grata mariū quàm scēminarū multiplicatio. Vnde & ista sexus discretio numeri; inēqualitas, ad copiosiorē faciebat viri fecunditate.

- 7 *Et fuit possessio eius.* 7 Neque verò in tāta prolis scēcūditate, rei familiaris inopia premebatur, aut necessariarū rerū laborabar penuria (quæ profectò tēporalis infcēlicitatis est pars nō minima) sed affluebat illi copia rerum omniū, quæ ad educādos liberos, & vitam cum suis lætē trāsfigendā, essent necessaria.
- 8 *Septē millia ouium.* 8 Possidebat nimirū vnus ille circiter septē millia ouium, quæ ei per singulos annos gignebāt agnos plurimos: à quibus lanam & vellera in tegumētum, carnes verò, lac, butyrum & caseum in alimentum, sibi ac toti suæ familiæ accipiebat.
- 9 *et tria millia camelorum.* 9 Possidebat idem ille tria millia camelorum, quibus vtrūque negotiatores ad transuehendas vel ex longinquis vel ad longinqua mercēs, quæ mirè sint celeritatis, & ad onera graua ferenda multum idonei.
- 10 *Quingenta quoque iuga bouum, & quingentæ aſinae,* 10 Quingenta quoque iuga siue parua bouum, qui ad colendum terram aliāque huiusmodi scēcūditate agricultura officia deseruiunt: quibus erant adiūctæ aſinae numero ferè quingētæ, quæ ad onera domestica conuehenda, ac quotidianū vsū seruiebant.
- 11 *et familia multa nimis.* 11 Pro quibus omnibus pascendis & rectè gubernandis, item & pro suo suorumque liberorū obsequio, famulos & ancillas plurimos habebat, quibus omnibus ipse vt prudens paterfamilias, præsedebat & vigilanter superintēdebat, sollicitè providēs vt singuli opera cū iustitia, modo & tēpore debitis, exequerentur, in timore domini.
- 12 *Eratque vir ille magnus inter omnes orientales.* 12 Neque verò rebus tantū & opibus abūdans erat vir iste, sed & bonis moribus & reuerentia in domino. Nimirū inter vniuersos habitatores plagæ orientalis, non pauci habitabāt in clyti p̄cipēs, homo iste eminebat nobilitate & claritate nominis: habebaturque in pretio & estimatione per vniuersam illā longē lateque regionē. Accessit ad cumulū scēcūditatis hominis istius, socialis liberorum eius charitas, & mira cōcordia.
- 13 *Et ibāt filij eius, et faciebant cōiunia per domos.* 13 Nō enim, vt plerūque solent inuicem se odire & persequi fratres, hi ab inuicē fugiebant, aut inuicem se auersabantur, neque etiam extraneis & impijs se adiungebant regionis illius adolescentibus: sed apud sese permanentes, in timore domini & patris sui, fraternam

charitatis conuiuia cōmuniter celebrabant: 14 Idq; vicif- 14 vnusquis-
 sim per singulorum domos, ita vt primo hebdomadæ die in que in die
 domo eius qui natus maximus erat simul omnes conuiuium suo.
 celebrarēt, secundo die pariter omnes in domo posterioris
 fratris, atq; ita deinceps, vsq; ad nouissimū. Ita se apud sein-
 uicē probi isti filij honestè oblectabāt, ex patris (vt verisimi-
 le videtur) volūtate & permissione, qui in his minimè mo-
 rosus, tametsi religiosus, prudēter conuiuebat: tū vt inter ip-
 sos hac ratione foueretur fraterna charitas, tū vt ab extra-
 nearū & impiorū societate abstinerēt. 15 Neq; verò sorores 15 Et mitterē
 suas, ob sexus fragilitatē, fratres aspernabātur, sed missis tes, vocabāt
 ad deducendū pro scēminea verecundia cōmodis nunciis, tres sorores
 aduocabāt adduciq; faciebant illas ad locū cōmunis conui- suas, vt come-
 uiij, vt simul cū eis manducantes atq; bibentes honesta refi- derent & bi-
 cerētur lætitia. In quo manifestè satis liquet, non inhonesta berent cum
 aut impudica fuisse fratrum conuiuia. Si enim inhonestū aut eis.
 impudicum aliquid ipsis fuisset in animo, abesse magis illas
 voluissent, & alienas adesse meretriculas. 16 Quanquam 16 Cūmq; in
 autē in hac liberorū concordia pius pater gauderet pluri- orbē transis-
 mum, simul tamē & ex parte aliqua religiosè illis metuebat. sent dies con-
 Proinde, quoties sic per circulū essent celebrata in singulo- niuij, mitte-
 rum fratrum domibus conuiuia, sollicitudine paterna de filiis bat ad eos
 curā gerens pater sanctus, mittebat ad eos virū aliquē pro- Job, & san-
 bum & graue, qui ex patris nomine instruēdo & admonen- ctificabat il-
 do eos sanctificaret, atq; in timore domini & virtutū perfe- los.
 uerātia cōfirmaret: videlicet docēs eos ita charitatē erga in-
 uicē fouere, vt interim pietatē erga Deū, non negligerent.
 17 Neq; hoc cōtentus, ipsemet sacerdotis fungens officio, 17 Consur-
 primo mane ante solis exortum (quando orationi tempus gensque dilu-
 est aptissimum) consurgens, domino offerebat pro filiis ho- culo, offere-
 locausta, pro singulis singula: vt si fortē per aliquā ignoran- bat holocau-
 tiam, aut surreptionē, aut fragilitatē, humano more in vlllo sta per singu-
 filij deliquissent, sacrificiorū virtute illud expiaretur, & mū- los.
 darentur ipsi à peccato suo. 18 Quanquā enim nihil mali 18 Dicebat e-
 de eis certò cognosceret, verebatur tamen pia sollicitudine nim: Nefortē
 anxius, & sic apud se reputabat, facilitè potuisse euenire, vt in peccauerint si-
 conuiuio illis nō per omnia modū debitū filij obseruassent, ly mei, & be-
 aut excessū aliquo deliquissent, deūmq; si non opere, for- nedixerint
 tē tamen vel in cogitatione, per surreptionem aut inaduer- Deo, in cor-
 tentiam, maledixissent atq; offendissent. Non solū enim dibus suis.

- illis timebat pius pater pro culpis maximè grauibus, quæ cõ summatur in opere, sed & pro minimis, quæ peraguntur vel in sola cogitatione. 19 Neq; verò tãtum semel aut iterum hæc faciebat vir sanctus, sed assiduè in hac sollicitudine bona perseverabat: vt quoties illi suorũ cõiuniorũ absoluisse circulũ ipse pro ignorãtiis & erratis eorũ deo offerret sacrificia. Hũc autẽ virũ in tãta agentẽ prosperitate, diaboli inuidia postulãte, dei prouida bonitas grauisima permisit tẽtatione probari, quæ ad hũc accidit modũ. 20 Cũ enim die quadã sancti angeli, filiali affectu deo semper inhæretes, peccatis suis ministeriis ad quæ ppter obsequiũ electorũ missi fuerãt, corã deo se exhiberẽt deoq; assisterẽt, quasi ad alia quoq; & ampliora ministeria quæcũque Deo iniungere sibi placuisset parati: 21 cõtigit similiter etiã malignũ diabolu (qui à proposito & studio aduersandi semper & deo & seruis eius, satan, id est, aduersarius est appellatus Deo) se exhibere præsentẽ. Non q̄ libenti animo, aut vlronea voluntate deũ agnoscat suum dominũ, quemadmodũ faciunt angeli sancti, sed coactionis necessitate, eò q̄ sine dei permissione nihil agere possit eorũ quæ desiderat, neque tẽtationẽ aut nocumẽtũ vllũ inferre potest hominibus (quod summè affectat) nisi quantum à deo sibi cõceditur. Propter quod, sicut tortor sanguinis humani auidus ad præfectũ a iudicem debet accedere, vt potestãtẽ ab eo obtineat captiuos torquẽdi, sic coram deo assistit diabolus, vt ab eo accipiat potestãtẽ vexãdi homines, eòsq; nocumẽtis vel corporalibus vel spiritualibus afficiẽdi. 22 Satã itaq; maligno hõ affectu sibi astantẽ, dominus, vndenam adueniat, interrogat non quasi ignorans, qui discere cupiat quod nõ nouit, sed quasi dominus à maligno seruo rationẽ exigens gesti negotij, & quasi malitiã in corde serui nequã agnoscẽs, quã propria ipsius velit cõfessione manifestari. 23 Interrogatus vtrò satan à domino, loqui cogitur & gestorũ reddere rationem, dixitque ei. 24 Posteaquã è supernis cœlorũ habitaculis sui eiectus, nec vltra cõtigit reditus, terram quæ adhuc mihi cõceditur, lõgẽ lateq; peruagatus circuiui, aliquid deuorare cupiẽs, eamq; diligenter perlustrauit, sicubi fortẽ prædam reperirẽ mihi accommodã, quam te permittente melius possem vnguibus dilacerare. 25 Rursumq; ad illum ait dominus: Si terrã omnem circuiisti & perlustrasti, quid tibi
- 19 *Sic faciebat Iob cum-
Elis diebus.*
- 20 *Quadam
autem die cũ
venissent filij
dei, vt assiste-
rent corã do-
mino,
21 affuit inter
eos etiam sa-
tan.*
- 22 *Cui dixit
dominus: Vn-
de venis?*
- 23 *Qui respõ-
dens ait:*
- 24 *Circuiui
terram, &
perambulauit
eam.*
- 25 *Dixitque
dominus ad*

detur
seruo
nõ adu-
alius q̄
par illi
in quã
& trin-
lo quo
simẽ se
mine v-
inuidia
egre fe-
virtutũ
ad prob-
deo ser-
re acci-
sperẽ o-
aduerfi-
nitioni
vel cor-
30 O-
pertinẽ
omni p-
posuit a-
sum per-
nus, tu
per suo
debitu
simã. 3
per terr-
tis ille
lument
tu ei ful-
abiecer-
aduersũ
feriend-
tur dan-
dõ poss-
adhuc l-
mino in-
detur

detur de Iob illo nobili viro in terra Huz, in quo ego vt in eum: Nunquid seruo fideli & peculiari, ministro magnificè gloriors? 26 An considerasti non aduertisti, quam sit eximiis virtutibus præditus, ita vt vix alius quispiam in regione illa, aut omnino in vniuersa terra, par illi possit inueniri? nimirum homo totus simplex & rectus. 26 quod non sit in quo nihil simulatæ fictionis aut fraudis malignæ, deum vnũ & trinũ vnice ex toto cordis affectu colēs, & ab omni malo quo diuinæ maiestatis oculos posset offendere sollicitissimè se elongans. Ecquid tibi placet, tantæ istæ in gentili homine virtutes? nõquid dũ ista in eo aduertis, nõ diltringeris inuidia? 27 Hic satan, auditu cõmemoratione virtutũ Iob, egrè ferens tam magnificã illius cõmendationẽ, perfectioni virtutũ illius detrahere conatus est, simulque cõmendatum ad probationẽ deprecere ausus est, dicens: 28 Quid mirũ, si deo seruiat homo iste, qui tam copiosum etiã in hoc tempore accipit suę seruitutis præmiũ, qui tam bene est, & tã prosperè omnia cedũt deo seruienti, vt nihil illi vnquã accidat aduersi? 29 Nam tu quidẽ illum ex omni parte, quasi munitionibus quibusdã circumdas & protegis, vt nullum ipsius vel corpori vel animæ possit aduenire nocumentum. 29 Nonne tu vallasti eũ ad domum eius, 30 omnem quoque domum eius & quacunque ad ipsam pertinent, tu sic tutissima tua & validissima protectione ex omni parte custodis atque defendis, vt non solũ ipsi nihil possit aduersi contingere, sed nec aliqui eorum quæ ad ipsum pertinent, 31 Insuper omnia ad quæ ipsæ miserit manus, tu prosperè illi cedere facis, quæcũq; ille vel per se, vel per suos ministros agere tentauerit, effectum bonum & sine debitum assequuntur, ex munere benedictionis tuæ largissimæ. 32 sicque factum est, vt eius diuitiæ copiosissimæ super terram sint multiplicatę. Non itaque frustra neque gratis ille tibi seruit, sed affectu mercenario, ob temporalia emolumenta quæ ex te consequitur maxima & plurima: quæ si tu ei subtraxeris, nihil dubito quin ille tuam mox seruitutẽ abiecerit. 33 In cuius rei fidem & probationem, postulo, vt aduersus eum paululum extendas manum tuam, aduersis eũ feriendo: & sic eum percute, vt non in paucis tantũ patiatur damnum (nam etiamsi dididium perdat eorũ quæ modo possidet, parum videbitur perdidisse, neque occasionem adhuc habebit impatientię, sufficiẽtia sibi referuã) sed omnino in omnibus quæ possidet. 34 & tunc experiẽtia certissima

ciē benedixe tiffima difces, q̄ abiecto timore, tibi in faciē malediceret, & a-
rit tibi. p̄to ore maledictionis, blasphemiā aduerfum te impuden-
 35 *Dixit er-* ter proferre nō formidabit, qui nunc dū floret in prosperis,
go dominus vsque adeo tibi videtur deuotus. 35 Deus itaq; diaboli in-
 41 *sat.an.* uidiā cōfundere, & serui sui meritū per patiētiā probationē
 36 *Ecce uni-* augere volēs, illius postulationi annuit, dicēs. 36 Ecce pote-
uersa que statē liberā tibi trado in omnia quæcūq; ad ipsum Iob peri-
habet, in ma- nēt, à liberis scēmoris vsq; ad pecora gregis, & in omnē om-
nu tua sunt: nino et^o supellectilē atq; possessionē, vt ea pro tuo voto dū
 37 *tātū in eū* perdas atq; cōsumas. 37 Non tamē vllā tibi in ipsum con-
ne extendas cedo potestātē, nec in animā, nec in corpus eius, vt vel in tu-
manū tuam. nimo ei vim vllā inferas, aut per violentiā noceas. 38 Qua-
 38 *Egressūq;* à Deo accepta potestate, iniquus satā quātorius egressus est
est satā à fa- à conspectu domini: quē admodū sanguinis avidus carnifer,
cie domini. accepto à p̄siede mādato, lætus egreditur ad exequutionē
 39 *Cū autē* sibi gratæ & optatæ sentētiæ, ad punitionem eius aduerfum
quadā die si quē accepit potestātē. 39 Statim itaq; vel certē nō multo
lij et filia ei^o post captata opportunitate, cum die quadam filij sancti vni-
comederēt et Iob, & filia solito more conuiuū cōmune celebraret, in la-
in domo fra- biberēt vinū titia comedentes atq; bibētes vinū in domo fratris primi &
tris sui pri- omniū maximi natu, in ipso videlicet septimanæ initio, in-
mogeniti, choato tantū nouo conuuiorū circulo, nihilq; aduersi vir-
 40 *nuncius* q̄ iam sanctificati essent, & nouum tantū ingressi circulum,
venit ad Iob 40 ecce subitō & ex improviso nūcius quidā (vel dæmon
qui diceret: ipse hominis assumpta effigie, vel homo verus vnus qui spū
 41 *Boves ara* ex ministris, ad nunciū perferendū, à dæmone, cæteris om-
bāt, et asina nibus pereuntibus, (seruatus) venit ad Iob, huiusmodi ad eū
pascabantur perferens de iis quæ acciderant nunciū. 41 quōd bobes
iuxta eos, arantibus & asinabus iuxtā pascētibus, magna vi ex impro-
irruerūt Sa- uiso aduenissent ex Arabia p̄datores Sabæi: factōq; impe-
bei, rulerūtq; tu, iumenta omnia abstulissent atq; abegissent: seruis, qui ad
oia, & pue- illa custodiēda & opera necessaria faciēda in agris erāt, oc-
ros percusse- cis in ore gladij: 42 adiiciēs, ex omnibus illis vnū se effu-
runt gladio: gisse periculū, qui solus rem gestā fideliter posset enarrare.
 42 *& euasi* 43 Quam rem interim dū apud sese Iob perpēderet, & ma-
ego solus vi- ximē crudelē ministrorū necem (de qua procul dubio magis
nunciare tibi. quām de iumentorū abductione & dāno dolebat) nō mul-
 43 *Cūque* tō post priorē nunciū, cū ille vixdum verba finisset, nun-
adhuc ille lo- cius alter euestigio superuenit, (vel alius quidā ex ministris
 ipsius

ipso
 affur
 nunc
 orta
 cœli
 abfu
 ignis
 qui n
 veni
 cō p
 ipso
 istam
 ligna
 cœlu
 defu
 de cœ
 deplu
 nō fa
 sum s
 deret
 suasio
 hil de
 46 C
 tan, a
 ordin
 nonc
 qui a
 ipsi t
 magn
 p̄ferē
 vt cur
 illo o
 ferē
 47 I
 ni par
 quibu
 los qu
 p̄tuo
 dum,
 49 m

ipſius Iob, vel dæmon alius à priori, vel etiã dæmon idem in
 aſſumpto ſerui alterius habitu) qui ad eũ huiusmodi pertulit
 nuncium. 44 Nobis in agris & paſcuis greges paſcētibus,
 orta ſubitò tempeſtate, cecidit ignis à deo deſuper miſſus è
 cœlo, q̄ ſuã voracitatis vi & impetu, vniuerſos ouiu greges
 abſumpſit: 45 neq; oues tantũ, ſed & paſtores earũ ſimul
 ignis vi cõſumpti ſunt. Neque ex omnibus effugit vel vnus,
 qui nõ incēdio illo ſit cõflagratus, præter me vnicũ, qui nũc
 veni hæc tibi vt geſta ſunt, nunciare. Scilicet hæc uiro ſan-
 cto priore grauior per dæmonẽ propoſita eſt têtatio, q̄ ex
 ipſo narrandi modo videretur, nõ iam ab hominibus plagã
 iſtam ſuſtinere, quẽadmodũ prior illa nõ niſi ex hominũ ma-
 ligna rapacitate videbatur proceſſiſſe, ſed ab ipſo deo, qui
 cœlum inhabitat, & de cœlo fulmina igniuq; territamẽta
 deſuper eiaculari ſolet i vltionẽ impiorũ, quẽadmodũ olim
 de cœlo ignẽ & Sulphur ſuper Sodomã in ſclerũ vltionem
 depluerat. Nimirũ vt hac ratione ipſi Iob fieret perſuaſum,
 nõ ſolũm infernẽ homines, verum etiam ſupernẽ deũ, aduer-
 ſum ſe cõſurgere, & apertã demonſtrare inimicitiam: vt cre-
 deret ſe tam deo quã hominibus exoſum: quã quidẽ per-
 ſuaſio, ſi in eius animũ potuiſſet aſtu maligni introduci, ni-
 hil dubium, quin facilẽ per impatientiam eum ſuperaiſſet.

46 Cũ verò illum nihil adhuc motũ cerneret impius ſa-
 tan, adiecit prioribus duabus têtationibus aliam, numero &
 ordine tertiã. Vixdum enim ſecundus ille tam grauis damni
 nuncius, verba abſoluerat: & ecce tertius ſubitò ſuperuenit,
 qui ad prædicta noui doloris materiã adiiceret. Cũ enim
 ipſi Iob damnũ grauiffimũ iam paſſo, in bobus & ouibus ac
 magna parte famulorũ, videretur ad partẽ conſolationis ſu-
 pereſſe camelorũ ingens numerus, ex quibus priora damna
 vtcunq; potuiſſet ſarcire (aliquot ex eis diuenditis, pretio
 illo oues & boues ſibi alios comparando) etiam ſpem hanc
 ferẽ nouiſſimam, tertius ille nuncius abſtulit, dicens:
 47 Feroces Chaldaei per tres turmas inſtructa acie, ex om-
 ni parte aggreſſi ſunt camelos, & pueros qui ſeruabant eos:
 quibus quum nequaquam ſufficerent ſerui tui reſiſtere, il-
 los quidem abegerunt, 48 hos autem omnes, non dico ca-
 prios abduxerunt, quod minus vtique videretur miſeran-
 dum, ſed morte crudeliter peremerunt in acie gladij.

49 me vno excepto, qui illorũ manus euasi, & nũc iſtud tibi

queretur, ve
 nis alter &
 dixit:

44 ignis
 dei cecidit è
 cœlo, & ta-
 Etas oues
 puerosque
 conſumpſit:
 45 & effugi
 ego ſolus, vt
 nunciarem
 tibi.

46 Sed ad-
 huc illo lo-
 quẽte, venit
 alius,

47 & dixit:
 Chaldaei fe-
 cerunt tres
 turmas, &
 inuaſerunt
 camelos, &
 tulerunt eos:
 48 necnon
 & pueros
 percufferunt
 gladio:

49 & ego

fugit solus, vt
nuntiare tibi.

50. Adhuc
loquebatur
ille, & ecce
alio intravit
& dixit.

51. Filius tuus
& filialibus
rescens
tibus & hi-
bentibus vi-
num in domo
fratris supri-
mo geniti.

52. Repente
vetus vehe-
mens irruit a
regioe deser-
ti, & concussit
quatuor an-
gulos domus,
qua corruis
oppressit li-
beros tuos, et
mortui sunt,
& effugi.

53. Ego solus,
vt nuntiarā
tibi.

54. Tunc
surrexit Iob.

55. Et scidit ve-
stumēta sua,

tam triste nuntium adferre veni. Nimirū calliditate magna hoc egit satā, vt nō simul omnia hęc mala vno ad Iob perferretur nūtio, sed paulatim & gradatim à diuersis inuicem sibi succedentibus, vt viri sancti animum tantò grauiorem turbaret, quātò crebrioribus ictibus pulsaret. Nā quę paulatim inferuntur, plura vulnera aut verbera grauiorē adferunt dolorem, quàm si vno simul infligerentur ictu vel impetu.

50. Post hos verò nuntios tres, quartus nō multò posterior superuenit, prædictis omnib⁹ magis tristia, & planè horrēda nuntia perferens de morte liberorum, qui soli iam superesse videbantur, ad viri sancti in tātis rerum omnium damnis cōsolationē.

51. Is itaque nūtius ingressus ad Iob, ait: Filiis tuis & filialibus omnibus simul congregatis in domo primo geniti filij, tui illicq; cōiuuiū ex more celebrantibus, comedēdo ac bibēdo vinum in lætitia & hilaritate, 52. subitò vetus statu terribilis & planè insolitus, non ex hac nostra prouincia, sed aliande ex regione deserti exurgens, in domū cōiuuij vehementissimo impetu irruit, & quatuor domus ipsius angulos per vim nimiam grauisissimi impetus simul concussit: sicque factū est, vt disrupta cōpagine trabium atque parietum & omni ædificio dissoluto, in terram corruēs dom⁹

filios tuos & filias omnes simul in vno ferè temporis momēto oppresserit: suntq; illic mortui vniuersi liberi tui, vnā cum ministris qui aderant, 53. me vno seruato à periculo, qui nunc tibi rei gestæ certissimū adfero nunciū. Sic callidus Satā omnium malorum grauisimum, vltimo loco seruauit & postremo nunciari disposuit, præmissis suo ordine paulatim quę videbātur leuiora: attendēs, quòd si primo loco caput malorū statim proposuisset, vel nihil, vel parū admodū doloris cætera attulissent: quoniā quidē dolor maior absorbet, & quasi imperceptibilem facit minorē, quē admodum lumē maius offuscet minus, & maior lætitia minorem.

54. Cū verò hęc omnia aduersa tota tanta, sub eodē tempore ferè audiuisset vir sanct⁹, nec esset iā residuū quicquid quod expectare posset omnib⁹ perditis, nō statim præ impatiētia factus exanimis in terrā corruit, quod euenire subinde vulgaribus hominib⁹ solet in lōge imparibus casib⁹: sed ad indicādū interiorē animi statu, de loco in quo confederat, forti & sibi bene cōstanti animo surrexit. 55. Et quoniā nature simul atque virtutis est, in grauib⁹ & tristibus casibus,

in aximē

in ax
men
rior
sua
cap
in
sa p
mili
omn
mar
si, ne
post
in lo
nis r
hinc
fisser
miss
cū h
paul
min
nau
illa n
60.
abst
etiā
le de
testa
indig
hil m
nedic
font
suā v
ctiss
ago,
quā r
ta ecc
uit, v
lo nō
(in c
illā p
aut m

maximè autè in morte propinquorū, secūdū rationis dicta-
 men moderatè dolere, atq; etiā luctū assumere, quo per exte-
 riora signa foris prodatur intus latēs animi dolor, vestimēta
 sua (vt vetus mos erat lugentiū) cōscidit. 56 capūtq; siue *56 et tōso ca*
 capitis comā totōdit, insignū doloris: atq; ita demū corrui- *pite, corruēs*
 in terrā, nō quidē ex impatientia vt maledicēs, sed ex religio *in terrā ado*
 sã pietate, tanquā adorās & gratias agēs Deo: atq; in hac hu- *rauit & di-*
 militate, verba loquutus est pietatis ac gratitudinis plena, *xit.*
 omniq; attentione dignissima. 57 Cū (inquit) ex vtero *57 Nudus e*
 matris meæ in hūc mundū prodire, nudus omnino proces- *gressus sum*
 si, neque vel minimū quicquā eorū omniū quæ postmodū *de vtero ma*
 possedi, mecū attuli. 58 In eūdē prorsus modū illuc, id est *tris meæ.*
 in locū statutū & decretū à Deo, nepe in vterū terræ cōmu- *58 & nud⁹*
 nis matris omniū, sum rediturus cū moriar: nihilque mecum *reuertar il-*
 hinc auferre potuissem moriēs, etiā si ad mortē vsq; permā- *luc.*
 sissent mihi omnia que possidebā. Proinde nō debeo ex a-
 missiōe rerū istarū, quas nec ego mecū hūc attuli, nec me-
 cū hinc auferre valebo, quas sicut non diu possedi, ita post
 paululū mox cogar reliquere, vsq; adeò cōturbari. 59 do *59 dominus*
 min⁹ Deus illa oīa mihi ex sua mera bonitate liberaliter do- *dedit.*
 nauit, cū nulla mihi esset obligatiōe deuinctus, & hastenus
 illa mihi in vsū, eadē liberalitate ac benignitate sua, concessit.
 60. Nūc verò idē ipse, cū voluit, oīa illa, sua nō mea, à me *60 dominus*
 abstulit, eorūq; mihi & possēsiōnē & vsū subtraxit: quod *abstulit.*
 etiā multo antè, si voluisset, facere potuisset. 61 Fecit il- *61 Sicut do-*
 le de rebus suis quod voluit, secūdū plenā & liberrimā po- *mino placuit*
 testatē quā in illas habuit. Vnde nullā habeo aduersus Deū *tia factū est.*
 indignādi aut male dicēdi occasiōnē rationabilē, q̄ mihi ni-
 hil meū abstulit. Quinimò causam habeo iustissimā Deo be-
 nedicēdi & gratias agēdi, qui me nudū excepit, & hastenus
 fouit, bonisq; plurimis donec voluit ditauit, & nunc optimā *62 Sit nomē*
 suā voluntatē in me adimpleuit. 62 Cuius proinde san- *domini bene*
 ctissimo nomini ex toto cordis affectu benedico & gratias *dictum.*
 ago, p̄ omnibus in me à puero colatis beneficiis, vt pro ea *63 In oībus*
 quā modo circa me adimpleuit sancta volūtate sua. 63. tā *his, nō pecca*
 ta ecce cōstātia fidelis dei famulus oīa hęc tētamēta tolera- *uit Iob la-*
 uit, vt in his omnibus grauiisimis casibus, nō tātū opere ma- *biis suis.*
 lo nō peccauerit, 64 sed neq; in verbo vllō vel minimo *64 neq; stul*
 (in quo tamē facillimè offēditur, adeo vt vix perfect⁹ notā *tū qd cōtra*
 illā possit euadere) deliquerit, neq; stultū vllum impatiētiae *deū locut⁹ est*
 aut maledicentiæ verbum cōtra deum fuerit proloquutus. *Iacob. 3.*

ANNOTATIONES IN CAPVT PRIMVM.



Ir erat. In Hebræo est vocabulum *iss h*, quod etiam in principio ponitur libri Psalmorum; quod quidē Hebræis non simpliciter significat humanæ speciei naturam, neque quēlibet

indifferenter hominem, sed virum eximium & præstantem, virum nobilem ac principem, cuiusmodi homines Latini Heroes appellant. Cōmune autē speciei vocabulum apud Hebræos est, Adam quo etiam ignobiles & plebei homines designantur. Est iisdē & aliud vocabulū, Enos, quod etiā propriē hominē vilem significat. Ad designādum ergo huius hominis, & in externis fortunæ bonis, & multo magis in internis animi diuitiis, præcellentiā, nō cōmunibus aut vilibus nominibus Adā dixit vel Enos, sed *iss h* magnifico vocabulo eum describere voluit spiritus sanctus, huius, sicut & cæterarū omniū sanctarū scripturarū, author hystoriae. *In terra Huz.* In libro Geneſeos duos legimus appellatos hoc nomine. De altero legimus cap. 10. Filij Sem, Helam & Assur & Arphaxat, Lud & Aran. Filij Aran, Huz & Hul & Gether & Mes. Quē locū tractās diuus Hieronymus in lib. de quæſtionibus Hebraicis ita scribit: Huz Traconitidis & Damafij cōditor, inter paleſtinā & Cælen Syriā tenuit principatū: à quo septuaginta interpretes in libro Iob, vbi in Hebræo scribitur terra Huz, regionē Auſtidē quasi Huſtridem trāstulerūt. De altero legimus cap. 22. Nuntiatū est Abraham quod Melcha quoq; genuisset filios Nachor fratri suo, Huz primogenitū, & Huz fratrem eius, Atq; hunc ex ſentētia Hebræorū, idē author exiſtimat eſſe eū, à quo terra iſta quam inhabitauit Iob fuit denominata: à quo etiam virū ſanctum ſecundum generationis ſeriē deſcendiſſe putāt, de quo alibi prolixius diximus. Cæterū, quantū ad locū habitationis Iob, in hoc omnes conueniunt, q̄ in terra gētili & extra ſortem Iſraēlitarū poſita habitauerit, ſine querela & irreprenſibilis, degens in medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucebat ſicut luminare in firmamento cœli, quemadmodum de quibuſdā ait Apoſtolus: quod, ipſius laudē nō mediocriter extollit. Non enim magnū eſt, bonū eſſe inter bonos, & cum bonis bene viuere, ſed inter malos innocentiam tueri,

Philip. 2.

virtutemque

virtutemq; nō deserere, hoc opus hic labor est. Hinc Petrus 2. Pet. 2.
 Apostolus sanctū Loth cōmendauit, dicēs: Aspectu enim &
 auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diē animā
 iustā iniquis operibus cruciabāt. Hac etiā de causa sanctum
 Iob quidā intelligūt apud Ezechielē Danieli & Noē cōnu-
 meratū, dicere per ipsam domino: Si fuerint in medio popu-
 li istius Noē Daniel & Iob, viri isti in iusticia sua saluabūt ani-
 mas suas. De Noē enim, q̄ inter iniquos habitavit, ea quę sub
 ipso facta est clades diluuij facit manifestū. Danielē verò in
 terra babilonis inter idololatras habitasse, item sacra docet
 historia. Quod autē homo iste gētilis in scriptura sancta pro
 exemplo virtutis proponitur, deo prouidēte ad multiplicē
 vtilitatē ita dispositū est. Primū quidē, ad cōprimēdā Iudęo-
 rū elationē: videlicet ne se solos putēt ab initio Deo charos
 fuisse, quasi nusquā gentiū quisquā repertus fuerit veri Deī
 cultor, aut quasi solū carnale semē Abraham, Isaac & Iacob
 apud deū inuenerit gratiā. Qua de re diuus Augustinus lib.
 18. de Ciuitate dei, cap. 47. pulchrē loquitur, dicēs: Nec ipsos
 Iudęos existimo audere cōtendere: neminem peruenisse ad
 deū præter Israëlitas, ex quo propagatio Israël cœpit esse re-
 probato fratre maiore. Populus enim reuera qui populus
 dei propriē diceretur, nullus alius fuit. Homines autē quos-
 dā nō terrena, sed cœlesti societate ad veros Israëlitas super-
 nę patrię ciues pertinētes, etiā in aliis gētib; fuisse, negare
 nō possunt, quoniā si negāt, facillimē cōuincūt de sancto
 & mirabili viro Iob, qui nec indigena nec profelytus. i. adue-
 na populi Israël fuit: sed ex gēte Idumęa genus ducēs, ibi or-
 tus, ibidem mortuus est: qui diuino sic laudatur eloquio, vt
 quod ad iustitiā pietatēq; attinet, null⁹ ei homo suorū tēpo-
 rū cœquetur. Diuinitus autē prouisum fuisse nū dubito, vt
 ex hoc vno sciremus, etiam per alias gentes esse potuisse qui
 secundū deū vixerunt, ei q; placuerunt, pertinentes ad spiri-
 talem Hierosolymā. Hęc ille. Nō solū autē Iudęorū in hoc
 exēplo comprimitur, elatio & glōriatio vana tollitur, verū
 etiā cōfusio iisdē ingeritur, si minus ipsi in fidei & virtutis
 perseuerantia probati inueniantur: quēadmodū pulchrē di-
 uus Gregorius annotauit his verbis: Homo sine lege, homo
 gentilis in medium adducitur, vt eorum qui sub lege sunt
 prauitas ostendatur. Nec minū, imō multo magis, etiam
 nobis sub lege noua, modo Christi titulo gloriantibus ad
 confusionem

ANNOTATIONES

confusionē merito imputabitur, si post effusum Christi domini nostri sanguinē, post mortuū in cruce Dei filiū (quæ nos iam perfectā vidimus, ille tantū futura credebat) ad modicā aduersitatē profundē ingemiscimus, vixq; ceterā partē eorū quæ Iob iste pertulit ferre parati sumus. Deniq; istud gētilis hominis exemplū, sicut Iudæis carnalibus gloriatiōē tollit, atq; etiā cōfusionem ingerit: ita nobis, id est, iis qui ex gentibus ad Dei cultū vocati sunt, animū erigit & fiduciā addit. Qui enim olim sub lege naturæ ante scriptā legē, gētiles homines nō est aspernatus, nūc multō minus sub lege gratiæ aspernari nos poterit, toto corde in se credētes. Non enim est personarū acceptor Deus nūc magis quā tunc: neque minus nunc est, quā tunc erat, cōmunis omniū Iudæorū & gentiū dominus: neque minus est nunc, quā tunc erat, diues in omnes qui invocant eū. Denique, nō est abbreviata nunc manus domini ad saluandū in hora ista nouissima, quam ex Esaiā tēpus acceptabile & diē salutis Apostolus nominat: Ecce nunc, inquit, tēpus acceptabile, ecce nunc diēs salutis. *Nomine Iob.* Vocabulum istud, quod apud Hebræos quatuor literis Aleph, iod, vau & Beth scribitur, quidā Hebræorum dicunt significare eiulantē vel eiulatorem: derivatū existimantes à verbo habab, quod significat eiulavit. Qui dā subtiliorē adinuenire quærunt etymologiam, à nomine Iob, quod significat magū, aut sapiētē. Literam autē Iob (q̄ est vna ex literis nominis tetragrammati) interiectā dicūt, vt significetur sapientia nō quælibet, id est, non humana, non prophana aut diabolica (cuiusmodi vulgō magicam nominamus) sed diuina. Vnde Aio, diuinē sapiētē significare volunt. Simile quiddam narrat diuus Hieronymus in libro de quæstionibus Hebræicis, de nomine Abrahamæ, ex sententia quorundam Hebræorum, dicentium, non mini ipsius. Abraham ad designandam peculiarem segregationem à reliquis gentibus & cum deo singularem coniunctionem, adiectam esse literam he, quæ vna est de quatuor literis magni nominis tetragrammati: vt qui prius dictus esset Abram, postmodum diceretur Abraham. *Et erat vir ille simplex & rectus.* Duo hīc vides cōiūcta, quæ in suis discipulis simul exigebat dominus: Estote, inquit, prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colūbæ. Siquidem rectitudo ista, siue æquitas, à qua hīc Iob cōmēdatur, vel ipsa est

Roma. 3.

Roma. 10.

Esai. 50.

2. Cor. 6.

Matth. 10.

serp
git
chā
ne
app
all
sim
cū
gra
He
fici
gin
irre
loc
tu
aut
no
aut
no
ve
vel
oci
rap
bar
luc
ple
vit
gib
mi
hæ
tat
run
Pa
iuf
qu
mi
fun
fac
nex

serpentina prudentia quã exigit dominus, vel cū ea cōiungitur & ab ea proficiscitur. Inuenimus autē & Jacob patriarchā in scriptura sancta hac cōmendatione prædicari. In Genesi nanq; vir simplex fuisse scribitur: alibi verò rectissimus appellatur, quū apud Esaiā Deus pater ipsum in persona filij alloquitur, dicens: Noli timere serue meus Iacob, & rectissime, quē elegi. Eadem igitur laude noster hīc Iob gentilis, cū electis dei patriarchis, meruit insigniri. Cæterum, æditio græca. 70. interpretū, quanquam secundum rem cū lectione Hebræa & Latina cōsentiat, secundū verborū tamen superficiem non nihil videtur differre. Pro eo enim quod nos legimus primo loco, simplex, habet ἀμιμπλῆς: quod significat irreprehensibilē, vel sine querela. Pro eo autē quod secūdo loco nos legimus, rectus, illi duas posuerunt dictiones, δίκαιος, ἀληθὴς, id est, iustus, verax. Vtrūq; enim includit rectitudo, iustitiā videlicet in opere, & veritatē in verbo. Pro eo autem quod in nostra lectione subiungitur, timens deū, vno nomine illi dixerunt θεοσεβής, quod significat cultorē dei, aut eū qui veneratur ac timet Deum. Deniq; pro eo quod nos legimus: Et recedens à malo, illi legūt, ἀπὸ παντὸς πονηρῆς πράξεως. Hoc est, abstinēs ab omni re mala vel malo negotio. *Et fuit possessio eius.* Non indulgebat ocio vir sanctus per inertiam, vt solent plerique diuites: nō rapinis & latrociniis exercēdis dabat operā, vt vicini faciebant Chaldæi atq; Sabæi: nō curiosā negotiatione sine fine lucra sectabatur per auaritiā, vt Ismaelitæ & Ægyptij & alij pleriq;: sed rudi agriculturæ, arti simplicissimæ & mortaliū vitæ præ omnibus necessariis, intētus, educendis è terra frugibus & alēdis gregibus operā dabat, vt (iuxta præceptū dominici) in sudore vultus sui vesceretur pane suo: & insuper haberet (iuxta Apostolicū consiliū) vnde tribueret necessitatē patienti. Quod etiam studiū fuit sanctorum Patriarcharum, quemadmodū corā Pharaone fratres Ioseph dixerunt: Pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri. Cuiusmodi homines superbi Ægyptij (vt in Genesi dicitur) quàm maxime detestabātur, cū fuerint Deo semper charissimi: quemadmodū vsq; hodie, quæ stulta & contemptibilia sunt mundi elegit Deus, & quæ paruifacit mūdus ea magnificat ipse. Imò & Poëtis hoc agriculturæ studiū (cui est annexa cura alendorū gregum) meritò laudibus est peculiari-

Genes. 25.
Esaiæ 44.

Gene. 3.
Ephes. 4.

Gene. 97.
Gene. 46.

bus



ANNOTATIONES

bus celebratum, quemadmodum in Georgicis ille Poëtarum princeps cecinit:

O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas.

Quod si quis miretur, quorsum ipse Iob tantum aluerit numerum camelorum: cum nequaquam sit verisimile, tot centenariis camelorum ipsum, vel eguisse, vel uti potuisse, maxime cum non legatur, neque sit probabile ipsum negotiationibus, quibus potissimum cameli deseruiunt, multum fuisse intentum. nisi forte quantum pro sua familia opus habebat. Intelligat ille sanctum Iob, non sibi istos omnes aluisse camelos, in suum usum proprium: sed quomodo nunc agricolæ equos enutriunt & caballos ad praelium aptos, non sibi, cum ipsi nolint unquam praeliari: sed in usum virorum nobilium, qui illos sibi pretio comparant, quod deinde pretium aliis rebus necessariis pro familiae sustentatione ab illis infumitur: ita sanctus Iob camelos istos alebat in usum negociatorum, vel regionis illius, vel aliarum etiam regionum, qui huiusmodi plurimum utebantur, ad suas merces ad loca distantia transfuehendas. Quemadmodum Gene. 27. legimus de Ismaelitibus, siue Madianitis illis negociatoribus, quibus venditus fuit Ioseph: qui venientes de Galaad, in camelis suis portabant aromata, & resinam & stactem, in Ægyptum. Sic & de seruo Abrahamæ ca. 24. legimus, quod abiens in Mesopotamiam, ad querendum uxorem filio Isaac, decem camelos acceperit de grege domini sui, in quibus secum portabat ex omnibus bonis eius. Iam legitur de regina Saba, quod venerit ad Salomonem cum magnis opibus & camelis portantibus aromata & auri plurimum. Ad longinqua enim pergentibus, camelis propter duo admodum commodi præ cæteris iumentis inveniuntur, nempe ob robur in portando onera grandia quibus alia iumenta, non ita inuenirentur paria, & ob cursus miram celeritatem, à qua etiam dromedarij appellantur, quemadmodum ait diuus Hieronymus in vita Malchi monachi. Siquidem Græcis *ἄρμος* cursum significat. Valde autem celeritas ista conducit negociatoribus, tum ob celerem expeditionem negociorum, tum ad effugiendum prædantium manus. *Eraturque vir ille magnus.* Græca æditio habet dictionem *ἐγγυρε*: que significat inclutum, siue nobilem genus. Pro eo autem quod in Hebræo dicitur: Inter omnes filios orientis, rectè nostra translatio Latina habet. Inter omnes orientales. Hebraico enim tropo filij alicuius loci dicuntur, qui in ipso

Gene. 27.

Gene. 24.

3. Reg. 10.

2. Para. 9.

ipso
cunt
& fa
pus v
chari
con
dicit
Palm
di mu
gat o
titian
aut e
ne fa
xta p
& D
lius su
dit, v
mune
ne pr
dam
hilom
custo
cantu
In eo
rores.
stratu
rem: &
cate
Hæc
rem v
mag
ritò c
ab ini
tres,
poste
Isaac,
fer eg
iterur
ta vt
trum

ipſo ſunt nati, aut ipſum inhābitant: quemadmodum alibi dicuntur filij Iuda, filix Syō, vel Hieruſalem. *Et ibant filij eius, & faciebant conuiuia.* Quod dicitur, *ibant & faciebant*, tropus videtur eſſe Hebraicus, quo ſignificatur alacritas, qua ex charitate ſyncera & verè fraterno affectu illi ſic adinuicem conueniebant. Secundum quem modū loquendi apud Eſaiā dicitur: *Venite aſcēdamus ad montem domini, &c.* Et apud Pſalmiſtā: *Venite & videte opera domini, & alia huiuſmodi multa.* Vide autem quā pulchrè hic vir ſanctus patris agat officium. Filii quidem pro ætate indulget honeſtam lætitiā, & ad conuiuia licita conuiuet, ne moroſus videatur, aut exaſperans filios: ipſe tamen cum illis non coniungitur, ne familiaritate nimia, patris vileſcat authoritas, vt ſolet (iuxta prouerbium) nimia familiaritas cōtemptrum parere. Sic & David ad conuiuium à filio ſuo Abſalō vnā cum aliis filiis ſuis, illius fratribus inuitatus, his quidem libenter concedit, vt ſimul conueniant: ipſe verò vt vnā cum filiis ad comanè conuiuium veniat, nequaquā exorari potuit. Sic ſanè prouidendum eſt parentibus, cum indulgenter ad quādam licita & honeſta conuiuent & condeſcendunt filiis, nihilominus ipſi pro ratione ſuæ ætatis, maturam grauitatem cuſtodiant in ſemetiſſis. Ita fiet, vt nec moroſitate adducantur filij in parentum odium, nec leuitate in cōtemptrum. In eo autem quod ſequitur: *Et mittentes vocabant tres ſorores, & cætera, ſimul & fratrum humilis benignitas monſtratur, qui infirmis vaſculis ampliorem deſerebant honorem: & ſororum pudica verecundia inſinuatur, quæ niſi vocate ad fratrum conuiuia non præſumpſiſſent accedere.* Hæc autem ſingularis liberorum concordia, tantò ampliorem viro ſancto dabat materiam gaudij, quantò rarior, in magnorum potiſſimum filiis, ſolet inueniri: vt non immerito cecinerit Poëta: *Fratrum quoque gratia rara eſt.* Nam ab initio inter Cain & Abel, primos de primo parente fratres, non conueniebat: quorum ille, hunc interfecit. In poſterioribus deinde generationibus, Iſmaël perſequitur Iſaac, Iacob & Eſau colluctantur in vtero: & licet prior eſſet egreſſus Eſau, à Iacob tamen ſupplantatur ſemel & iterum: propter quod viciffim illum iſte perſequitur, ita vt etiam minaretur eum interficere. Ioseph odio fratrum in puteum mittitur, ac deinde in ſeruitutem venditur.

Inter

Gene. 4.

Gene. 21.

Gene. 25.

Gene. 27.

Gene. 37.

ANNOTATIONES

Inter filios David, quantā legimus discordiā? Amon opprē-
 mit Thamar sorore Absalon fratris sui. Absalon interficit fra-
 tre Amon in conuiuio. Adonias natu maior sine iussu patris
 erigit se super alios, ad regnandū. Salomon natu minimus
 eundē iubet interfici. Supperunt & ex gentiū historiis exē-
 pla plurima. *Mittebat ad eos Iob, & sanctificabat eos.* Vide-
 tur ista misio & sanctificatio sic intelligenda, q̄ transacta
 hebdomada dierū, mittere solitus fuerit pater ad filios nun-
 cium aliquē, per quē admonerentur de timore dei, ne forte
 cōuiuiorū latiticia nimis diuturna, dei immemores illos red-
 deret: item per quē eis sanctificationem denunciaret in diē
 octauū, vt videlicet sanctificati tunc adessent sacrificio, per
 patrem offerendo pro ipsis. Quam sententiā satis apertē vi-
 detur indicare, quod hoc loco habet æditio Græca. *ἐπέ-
 ρισεν αὐτοὺς ἀνισταμένους τὸ ἑσπέραιον,* &c. *Mittebat Iob & mūdab-*
bat eos, astantes mane, & offerēs pro eis sacrificia. Intelligi-
 tur itaq; Iob hanc sanctificationē in filiis exegisse, tanquam
 præparamentū quoddam, iuxta eum modum quo Iudæi ce-
 lebrantes Pascha præueniēdo se sanctificare solebant, quē
 admodum in Euangelio legimus de quibusdam Iudæis, qui
 ante paschalem solennitatē ascenderāt Hierosolymā, vt san-
 ctificarent semetipsos. Sic & Iacob patriarcha suos monuit
 de sanctificatione, cū ascēsurus ad habitandum in Bethel,
 conuocata omni domo sua, dicebat: Abiicite deos alienos
 qui in medio vestri sunt, & mūdamini, & mutate vestimēta
 vestra. Sic & dominus manifestaturus se populo Israël, ad da-
 tionē legis, Moyse præcepit, dicens: Vade ad populū, & san-
 ctifica illos hodie & cras: lauētque vestimēta sua, & parati
 sint in diem tertiū. De qua sanctificatione & præparatione
 quomodo perfecta sit, particularius ibidē subditur. Descen-
 dītq; Moyses de mōte ad populū, & sanctificauit eū. Cūq;
 lauissent vestimēta sua, ait ad eos: Estote parati in diem ter-
 tiū, & ne appropinquetis vxoribus vestris. Hic igitur quo-
 modo Moyses mittitur à deo ad sanctificandū filios Israël in
 diē apparitionis domini, ne immundi & indigni apparerēt
 coram eo: sic & Iob misso nuncio ad eā rem idoneo, suos fi-
 lios sanctificabat, id est, vt se sanctificaret & paratos redde-
 rent ad diē oblationis monebat, ne immūdi & indigni assi-
 sterent: hoc nimirū intelligens & perpendens, quod qui in-
 dignè assunt diuinis oblationibus, potius irā Dei prouo-
 cant

Ioan. II.

Gene. 35.

Exod. 19.

tant
 eoru
 minu
 ritu s
 tionē
 uiuii
 nis o
 beba
 tur si
 brab
 immu
 sionē
 dierū
 lios p
 ipsu
 tris d
 id est
 bat il
 Chri
 octau
 bat ho
 maris
 nim in
 ipse s
 sacrifi
 tion
 malē
 Sanct
 cia, &
 oratio
 mod
 alacri
 ginibu
 sanctu
 tibi, &
 nis me
 nes pe
 libri P
 na cor
 cem p

tant quàm placât: & frustra laborat offerentis deuotio, vbi eorum pro quibus fit oblatio immūditia & indignitas, quò minus exaudiatur, obstat. Si autē queras, quo modo aut quo ritu sanctificari illos volebat? Intellige ex iā dictis, sanctificationē per abstinentiā ab epulis carnalibus, & cessationē à cōuiuuiis, quibus impeditur mēs humana à sublimioribus diuinis officiis: item per abstinentiā ab vxoribus, si iā vxores habebant, id quod verisimile videri potest, ex eo quod dicuntur singuli suas iā habuisse domos, in quibus vicissim celebrabāt cōuiuia. Itē per corporis ablutioē, & vestimentorū immutationē, & ante omnia, per piā cordis ad deū conuersionē. Vel simpliciter sic intellige: Transacta iā hebdomada dierū, priusquā nouā inciperent hebdomadā, mittebat ad filios pater nunciū, vt ad se venirent omnes, vt sacrificio per ipsum pro se offerendo essent præsentes, atq; ita vbi illi patris dicto audientes aduenissent, primo mane diei sequētis, id est, die octauo, offerēdo sacrificia sanctificabat & expiabat illos à totius hebdomadæ immunditiis. In quo nobis Christianis, rectē per mysteriū, diei dominicæ (quæ dies est octaua) sanctificatio insinuat. *Cōsurgensq; diluculo, offerēbat holocausta per singulos.* Iuxta proprietatē Hebræi idiomatis legi potest, faciēs surgere, vel suscitās diluculo (est enim in Hebræo verbū valde graue) vt intelligatur nō solūm ipse surrexisse diluculo, sed filios iā præsentes causa offerēdi sacrificij, paterna diligētia primo diluculo excitasse, vt orationi vacarēt, & sacrificio offerēdo deuotē, assisterēt. Cui nō malè conuenit, quod ex æditione antiqua suprā citauimus. Sanctificabat eos assistētes mane, & offerens, pro eis sacrificia, &c. Bene autē tempus matutinū vir sanctus elegit, quod orationi cæterisq; piæ deuotionis officiis maximè est accommodū, postquā somno reparatis internis & externis virib⁹, alacriores, & sopitis iā ac profus reiectis præteritę diei imaginibus, tranquilliores deo assistimus. Quod nō ignorabat sanctus propheta Dauid, qui dicebat domino: Mane astabo tibi, & videbo. Ac rursus: Ad te de luce vigilo. In matutinis meditabor in te. Et iterū: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Quem locū tractantes in cōmentariis libri Psalmorū, de re ista, id est, matutini temporis ad diuina commoditate plenius diximus. Vide autē hīc multiplicem probissimi patris virtutē. Attende, quàm fuerit sollicitus

Psal. 5.

Psal. 62.

Psal. 100.

tus: qui non solum præsentium filiorum curam gerebat, verum etiam absentes per nunciū admonebat. Quam fuerit vigilans, qui summo mane ad offerendū sacrificiū consurgebat. Quam deuotus Deo, & in iis quæ ad deum pertinebant liberalis, qui non vnum tantum pro omnibus offerebat sacrificiū, sed pro singulis singula: iuxta numerū filiorū, & iuxta numerū dierū hebdomadæ. Neq; quælibet sacrificia offerebat, sed holocausta, quæ prorsus cremabatur: ita vt nihil ad offerentem veniret cōmodi, quæadmodū ex aliis quibusdam hostiis legis, pars ad sacerdotem, pars ad offerentes, soler deuenire, minima ferè portiūcula Deo sedebat, vt ipse adeps vel pectusculū. Attēde insuper, quàm fuerit cautus in iudicādo de alienis cordibus. Non pronunciat, dicens, quia peccauerunt filij mei, sed metuendo: Ne fortè, inquit, peccauerint filij mei, &c. Quam etiā pro minimis fuit sollicitus, qui nō solū magna scelera quæ illi opere patrare potuissent formidabat: sed vt minima quæque, vsq; ad ipsas cordiū cogitationes, tā in aliis, quàm in semetipso exhorrebat. Denique, perseuerantiam & assiduitatem virtutis cōsidera: in eo quod dicitur: sic faciebat Iob cunctis diebus. Quia enī frequēter offendimus, frequēter & veniā poscere, & sacrificia placabilia Deo offerre debemus: & quādiu in hoc corpore mortali subsistimus, sicut sine peccato vitā nō agimus, ita sacrificia negligere nunquā debemus. Posteaquam enim non cōtingit nobis hīc more angelico ab omni peccato mūdos viuere, illud certè nobis curandū est, vt continua sanctificatione, quantū nostræ fragilitatis conditio patitur, beatis illis spiritib⁹ assimilemur, vt quos ex æquo & de pari assequi nō valemus, saltē à lōgè, quantū nostra patitur imbecillitas, assestemur. Neq; prætereundū est, quod hoc loco in æditione Græca adiectum legimus, de vitulo pro peccato, in hunc modum. Offerēs pro eis sacrificia secundū numerum eorū, vt vitulum vnum pro peccato vel de peccato, pro animab⁹ eorum. Quod verbum ita enarrat Origenes, vt apertam esse putet figuram domini nostri Iesu Christi: qui in plenitudine temporis pro peccatis omnium erat offerendus, iuxta illud præcursoris: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ob hoc videlicet signanter dicitur: Et vitulum vnū de peccato pro animabus eorum, non q̄ ipse vitulus oblati posset animas emundare, sed quia ille cuius typum gerebat, suo sanguine

sangu
quam
sacrifi
mei, &
cere t
male
hoc
cabul
tātū
in eo
rit til
nedic
ctōrū
script
miū s
videt
lenta
inter
dicit
Deo
comp
ris in
Letar
pro I
catū,
bonc
à Sat
ponu
tunc
secur
ex co
more
quen
tes: m
brai,
tur, b
nos o
stris
mūm
nem

sanguine animarum maculas emundaturus erat. Secundum
 quam etiã significationem, lex postmodũ scripta huiusmodi *Leuit. 9.*
 sacrificiũ pro peccato fieri cõstituit. *Ne fortẽ peccauerint filij
 mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.* Vocabulo benedi-
 cere scriptor huius historię abusus est per antiphrasim, pro
 maledicere. Siquidẽ blasphemię crimen antiquis illis & piis
 hominibus tã fuit inuisum & abominandũ, vt proprio vo-
 cabulo ipsum nominare refugerent. Neq; verò id hoc vno
 tãtum in loco vsuuenit, sed in aliquot etiã subsequẽtib; vt
 in eo quod sequitur verbo diaboli: Nisi in faciẽ benedixe-
 rit tibi. Et iterũ in eo quod capite secũdo vxor loquitur: Be-
 nedic Deo, & morere. Et hoc quidẽ pacto facilis est prædi-
 ctorũ locorum intelligẽtia, & nullam enarrãtib; opus erit
 scripturæ vim inferre. Veruntamen recentiores quidam ni-
 miũ scrupulosi, siue potius superstitiosi, ab hac sermonis (vt
 videtur) improprietate abhorretes, nouas & admodũ vio-
 lentas cõsingunt interpretationes, ne cogantur benedicere
 interpretari pro maledicere. Quidam sic enarrãt quod hĩc
 dicitur: Ne fortẽ filij mei peccauerint, & post peccatũ etiã
 Deo benedixerint, quòd peccare potuerint: vt significetur
 complacentia in peccato, iuxta illud *Psal. 51.* Quid gloria *Psal. 51.*
 ris in malitia, qui potens es in iniquitate? Et illud Sapientis:
 Letantur quũ malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. Alij
 pro Deo, angelos legerunt, vt significetur idololatriæ pec-
 catũ, in hunc sensum: Ne fortẽ peccauerint, & angelos siue
 bonos siue malos adorauerint in cordibus suis. Sic item q̃
 à Satan dicitur: Nisi in faciẽ benedixerit tibi, quidã sic ex-
 ponunt: Cũ extenderis manum tuã ad percutiendũ Iob,
 tunc experieris quòd hætenus solũ secundum faciẽ, &
 secundum externam apparentiam fide tibi seruerit, non
 ex corde aut veræ deuotionis affectu. Verũ hi vano ti-
 more anguntur, & planẽ frustra laborant, semetipfos tor-
 quentes, scripturæq; sine ratione & vtilitate vim inferen-
 tes: maximẽ quum omnes ferẽ antiqui, Latini, Græci & He-
 bræi, atq; etiam recentiorum saniores, expressissimẽ testen-
 tur, benedicere in his locis accipi pro maledicere. Quorum
 nos quidem sententiam atque etiam verba, vt certior sit no-
 stris dictis fides, hĩc recitare duximus operæpretium. Pri-
 mũ quidem translatio Chaldaica, quæ Hebraicam lectio-
 nem in plerisque locis, quasi paraphrasticẽ solet exponere,

hoc in loco sic habet: Ne fortè filij mei ad irā prouocarinē deū: quod manifestè fauet sententię proposiſſe. Deinde, & ipſe textus æditionis Græcę, hoc in loco primo, pro maledixē rint Deo, habet κατὰ ἐναντίον αὐτοῦ πρὸς τὸν θεόν: hoc eſt, mala cogitauerint ad deū, ſiue aduerſus deū. Vnde maniſeſtiſſimū eſt, interpretes illos ſeptuagīta quod in Hebræo dicitur per verbū benedictionis, de maledictione intellexiſſe. Philip- pus preſbyter Hieronymi diſcipul⁹, omniū qui in totū hūc librū commētarios ſcripſerunt, eorū (inquā) qui haſtenus in lucē ſunt editi, primus & vetuſtiſſimus, in verbū illud diabo- li: Niſi in faciē benedixerit tibi, ita ſcribit. Per antiphrasim di- ſtū eſt: Benedixerit tibi. Nō fuit auſus ſcriptor hīſtorię ore ſuo blaſphemię verbū exprimere, ſciēs diuinitati etiā con- trariis verbis dicēdis ſummā deberi reuerētiā. Et in Regno- rum libris de Naboth ſimiliter dictū eſt: Benedixit dominū & regē. Et iuxta aſſertionē falſorū teſtiū homo innocēs eſt punitus, quod vtique fieri pro benedictione nō potuit. Ori- genes eandē ſententiā confirmat, in faciē benedicere expo- nens, vt idem ſit, q̄ præſenti maledicere, blaſphemare atque detrahere, adiūgens etiā hęc verba: Moyſes magnus homo cū ſcriberet Iob, non ita ſcripſit ſicut diabolus loquutus eſt, ſed decētius atque benignius, vt pote deuotus dei ſamulus. Diabolus enī crudeliter ac nequiter loquutus eſt: & vt plus ad iracundiam (vt putabat) prouocaret deū, non dixit: ſi nō in faciē te benedixerit, ſed, ſi non in faciē tibi maledixerit. Moyſes verò illicitā atque crudelē diaboli vocē immutans, dixit: In faciē tibi benedicet. Cōſonat, quod diuus Chryſo- ſtomus ſuper eodē verbo ſcribit, in hunc modū: Si nō in fa- ciē benedicat tibi, id eſt, maledicat. Etenim ſcriptura bene- dictis maledicta veluit. Et quare hęc ira ſcripta ſunt? Vt tu fidelis diſcas, cū alieni mali turpia narraueris, eadē verborū honeſtate velare: neque honeſteris turpibus operā præbēs, ſed turpiū loquutionē fugiens. Propterea inquit apoſtolus: Omne verbū turpe nō exeat de ore veſtro. Quibus omni- bus diuus Gregorius atteſtatur, verbum benedicere verbo maledicere maniſeſtè exponens: idque in locis omnibus ſu- pra citatis, in quibus hīſtoria iſto vocabulo vtitur benedi- ctionis. Omitto Hebræorū ſentētiās, ne ſupra modū proli- xus efficiar. Sufficere enim puto quę iam adducta ſunt teſti- monia. Quod ſi quis forrè tantorū virorū ſententiā nō eru- beſcat

3. Reg. 21.

Coloſſ. 3.

beſca
addu
tione
Ediff
ciat v
Quer
tere:
giis d
in vu
ſa pie
neſta
lus m
ab ap
dam a
liter g
geſta
ſiue p
eo mo
ſacra
quafi
tur a
ſtos ſ
miniſt
parat
tio ad
reddi
apud
ad ali
angeli
gnific
tio, &
poſſe
ſcribat
de ver
ue pro
ſtorum
lorum
non a
tariis
quia v

befeat paruipendere, satisfaciat is nobis de verbo illo supra
 adducto per Philippū, aduersus Naboth prolatū, in accusa-
 tionem capitalis criminis. Benedixit Naboth deū & regem: *3. Reg. 21.*
 Edisserat, si possit, quo pacto hæc accusatio morte dignū fa-
 ciat virum, si non benedixit posuit scriptura, pro maledixit.
 Quem vsum verbi per antiphrasim, si illic coguntur admit-
 tere: quare his in locis idē non andebunt, maximè tot egre-
 giiis ducibus præuiis? Denique, si attendant, inuenient etiam
 in vulgaribus sermonibus nōnulla huius similia, vbi religio-
 sa pietas vel pia honestas, rem per se horrendam blando ho-
 nestat vocabulo. Vt cū epidimiæ morbum quo alius nul-
 lus magis timetur à vulgo, appellat dei donum: aut eum qui
 ab apoplexia apprehenditur, manu dei tactum dicūt. *Qua-*
dam autem die, quum venissent filij dei. Nō hæc ita corpora-
 liter gesta esse intelligendum est, tametsi quasi corporaliter
 gesta describantur, sed humano more, & quasi prouerbiali
 siue parabolico sermone (vt ait Origenes) ista scribuntur,
 eo modo quo ab hominib⁹ capi possunt. Sic enim scriptura
 sacra nostræ se infirmitati attemperat, vt cum balbutiētibus
 quasi balbutire videatur. Vnde per hoc quod venire dicun-
 tur angeli vt assistant corā domino, significatur, angelos san-
 ctos suos sua opera omnia corā Deo offerre, & quasi suorū
 ministeriorum ei reddere rationem, atque ad alia se offerre
 paratos: quemadmodum seruus quilibet cum peracto nego-
 tio ad quod fuerat emissus, ad dominum reuertitur, rationē
 reddit peracti ministerij, ac deinde paratum se offert, vt vel
 apud præsentiam maneat domini & nusquam egrediatur, vel
 ad alia mittatur negotia, prout illi placitū fuerit. Quòd cū
 angelis bonis etiam satan dicitur venire coram domino, si-
 gnificat ipsos quoque malos angelos diuino subesse impe-
 rio, & rationem ei debere reddere suorū operum, nec aliud
 posse quàm ille permittat, nec aliter aut ultra quàm ille præ-
 scribat. Cæterū, quòd dominus angelos non interrogat vnde
 veniant, signat angelorum actiones deo esse cognitatas si-
 ue probatas: iuxta illud Psalmistæ: Nouit dominus viam iu- *Psal. 1.*
 storum. Dæmonem autē, vnde veniat, interrogat: quia ma-
 lorum spirituum conatus malos & actiones malignas quasi
 non aprobando, ignorat: secundū quod iu euangelio ope-
 rariis iniquitatis & fatuis virginib⁹ dicitur: Nescio vos. Itē, *Matth. 7.*
 quia vltro sancti angeli deo sua omnia offerūt ex bona vo- *Matth. 25.*
 luntate,

ANNOTATIONES

luntate, nihilq; eum celare cupiūr: mali verò nō nisi coactē Deo sua aperiant, cuperētq; (si fieri posset) celare Deū sua cōsilia: idcirco boni nō interrogātur; à malis verò, quasi per interrogationē & quæstionē, suarum actionū confessio extorquetur. Responsio diaboli: Circuiui terrā, & c. superbiam ipsius designat, simul & nocēdi cupiditatē. Quod autē dominus virtutes Iob cōmendando proponit, signat, ipsum in seruis suis fidelibus cōplacere & plurimū gloriari. Cōtrā verò, diaboli responsio qua Iob virtutes attenuat, ipsius erga sanctos quosq; inuidiā testatur, qua ipsorū virtutibus, detrahit, eāq; quantū valet attenuat, & imminuere satagit. Vnde etiā nomen diaboli, id est, calumniatoris siue accusatoris habet, iuxta quod in Apocalypsi dicitur: Proiectus est accusator fratrum nostrorū, qui accusabat illos die ac nocte ante conspectum dei. Sanctorū quippe, virtutes, si fortē quid minus habeant, apud deū suggilando accusat: & quasi ne pro illis mercedē accipiant, falso quodam iustitiæ prætextu laborat. Diximus hac de re prolixius suo loco, in summa mysteriorū Christianæ fidei, contēplatione septima: in qua singulorū nominū quibus in scripturis sacris diabolus designatur, rationes sigillatim explicuimus: vbi illud quoq; peculiariter tractatū inuenies, quomodo in omnibus quæ agit malignus diabolus, semper dei gloriæ aduersatur, & hominū salutis: vnde satanæ vocabulo propriè meruit appellari, quod aduersariū significat. *Circuiui terram, & perambulauit eam.* In Hebræo est: A circumeundo terrā, & perambulando eā, subaudi venio. Quidā verò sic vertūt: A peruagādo terrā, & venādo vel minādo super illā. Cui cōsonat quod habet trāslatio Chaldaica, in hūc modū: A vagādo in terra, ad capiendum in seruitutē filios hominū, & à minando in terra. Quæ quidē sentētia nimiū, heu, nimiū vera est. Valde enim multos ille, dū terrā circui, in suā capit seruitutē: quos ipse venatorū instar multa auiditate & diligētia insectatur, donec in reti suo omnes cōprehendat: quos autē cōprehenderit, eos velut seruos & captiuos ante se minat, & quasi iumēta seruilia agit, quò voluerit iuxta quod Apostolus de huiusmodi ait: A quo captiui ducūtur, ad ipsius voluntatē. Et iterum: Scitis quoniā cū gētes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini (nihil dubiū quin à diabolo) euntes. Eandē quoq; diaboli malitiam & nocēdi cupiditatem aduersus homines nostra

Apocal. 12.

2. Timot. 2.

nostra lectio, licet aliquanto obscurius, insinuat: si quidē circuitus iste rectē intelligatur. Ipse nimirū est circuitus, de quo Petrus Apostolus ait: Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quē deuorer. De quo circuitu rectē etiā illud potest intelligi, quod in Psalmo. II. scriptū est, *Psal. II.* In circuitu impij ambulat. Et iterū illud Psalmi. Famem patitur vt canes, & circuibūt ciuitatē. Tametsi possint hęc nō minus cōmodē ipsis diaboli mēbris, hominibus in impietate viuentibus accōmodari, quēadmodū id à nobis multiplici enarratione declaratū est in Commētariis libri Psalmorū, in annotatione potissimū super versu illo quē priori loco citauimus. *Nūquid Iob frustra timet deū?* Vide quā graphicē depinxerit scriptura iniquissimi momi & pessimi calumniatoris ingenium. Cū opera ipsa viri sancti tam in aperto essent, vt negari non possent, ne nihil calumniaretur, intentionem (quam penitus ipse non nouit) accusat, dicens, illū quæ facit nō recta intentione neque affectu sincero facere, sed tantum affectu seruili & intētione mercenaria, magis ob suū ipsius cōmodum, quā ob dei honorē. Quia in re plerique inter homines, proximorū temerarij iudices & calumniatores iniqui, diaboli sui parentis (qui sicut mendax est & pater mendacij, ita iuxta nomē suum calumniator est & pater calumniæ) apertē ingeniū referunt & mores imitatione expriment: qui mox vt laudari quēpiam audierint, vel ipsa opera quæ in commendationē proponuntur, negāt aut attenuant, si possunt, vel si opera non possunt, intentionem calumniatur. Quod quidē peccatum tantō est grauius, quantō minus nosse potest homo ea quæ latent in homine. Iuxta id quod ait Apostolus. I. Cor. 2. Nemo nouit quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui est in ipso. Propter quod, idē Apostolus. I. Cor. 4. iudicare inuicem nos vetat, quoadusque veniat dies domini qui abscondita tenebrarū illuminet. Simul verō in eo quod subsequitur: nōne tu vallaſti eū, & c. ex ipsa satanæ aperta confessione, considera copiosissimam boni dei in seruos liberalitatē, & verē ditissimam munificentiam. Tu (inquit, vallaſti eum, vel (vt alij ex Hebræo legunt) sepes fuisse ei, aut circunſepiuisse eū: nec eū solū, sed eius gratia etiā vniuersam domum & omnem ipsius substantiam per circuitum. Vide quomodo super omnia vincit veritas, magna & fortior præ omnibus, quam ipse quoque mendacijs

Ioan. 8.

I. Cor. 2.

I. Cor. 4.

3. Esd. 3.

ANNOTATIONES

dacij pater velit nolite cogitur cōfiteri. Vide, quàm est nobi-
lis & inclyta dei gloria, quàm malignus aduersarius dū op-
pugnādo obscurare nititur, maximè illustrat. In Psalms spi-
ritus sanctus nobis loquitur modestius (forfitā nostræ cōsu-
lens infirmitati, ne efferamur) pro magno nobis promittent

Psal. 33. angelorū custodiā: Immittet, inquit, angelus domini, vel ca-
strametabitur, in circuitu timentiu eū, & eripiet eos. Nō ait,
Immittet dominus in circuitu se timētiū, sed angelus domi-

Psal. 90. ni. Rursum in alio Psalmo: Angelis suis, inquit, mandauit de-
te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus porta-
bunt te, ne fortè offendas ad lapidē pedē tuū. Moyfi quoq;
& populo eius à domino promittitur angelus, qui illos de-

Hebr. 1. ducat in terrā repromissionis. Ad hæc sanctus Apostolus de
angelis nos instruit quòd in ministeriū à deo mittuntur, pro-
pter nos, qui hæreditatē sumus accepturi salutis. At, verò no-
ster hic modo satan, alibi simulator nequā, hic ingenuus cō-
fessor, apertius dei bonitatē & benignitatē testatur: Tu, in-
quiens, illum circūuallasti, non angeli, tu illi benedixisti, non
angeli. Quod verbū licet maligno animo versutus ille pro-
tulerit, quasi per domini benignitatē nimia, serui fidelis de-
trahere, querēs virtutib⁹: illud tamē nos ex eo aduertimus,
quòd quum ad nostræ salutis procurationē sanctos angelos
de⁹ ad nos mittit, nō id facit quasi nostrā presentia fastidies,
aut à nobis sese subducens: sed manet nihilominus ipse no-
bis semper proximus, etiāsi illorū sic ministerio propter suā
gloriā ad nostrā salutē procurandā vti velit. Quemadmodū

Psal. 120. pulchrè Psalmista insinuat, cum sub nomine montiu de san-

Psal. 124. ctis angelis ait: Leuauit oculos meos in montes, vnde venit
auxilium mihi. Auxilium meū à domino qui fecit cælum &
terrā. Et rursum; Montes in circuitu eius (qui confidit in do-
mino) & dominus in circuitu populi sui, ex hoc nūc & vsq;
in seculum. Vide, si liber, horū locorum ad propositum enar-
rationes, in Cōmentariis nostris super Psalmos: *Extende ma-
num tuam, & tange cuncta quæ possidet.* Tangere in scripturis,
nonnunquā ponitur pro perdere, affligere, nocu-
mentum, aut vim inferre. Sic infra cap. 19. Iob ait: Misere-
mini mei miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus

Psal. 104. domini tetigit me. Sic in Psalmo: Nolite tangere Christos

Zach. 2. meos. Sic apud Zachariā dicitur: Qui tetigerit vos, sicut qui
tangit pupillā oculi mei. *Nisi in faciem benedixerit tibi.* De
hac

hac f
ta: iis
tation
bam. I
meā. I
de a
merit
titat
deret
perde
quere
cation
verò f
quat.
tā fide
gentil
in vol
nullā p
noscat
mū est
in te
manlu
tur ve
rat pro
dit, cū
admo
gionē
in por
quod p
merito
tia. Si e
ex inui
est fide
dit pro
lutē: qu
dome
pro salu
vitā no
fratern
tur, in d

hac forma loquendi, prolixè à nobis dictum est in Còmen-
 tariis super Psalmos, in pluribus locis: Nominatim in anno-
 tatione super versum illum Psal. 130. Si nõ humiliter sentie-
 bam. Plenius etiã super illo Psal. 94. Si introibũt in requiem
 meã. Nobis eadẽ hĩc, breuitatis gratia, nõ libet repetere. Vi-
 de autẽ hoc loco impudẽtissimi dæmonis audaciam & tem-
 eritatẽ. Audaciã sanẽ, in eo quod aduersus virũ tantæ san-
 ctitatis, quẽ tã eximiẽ audiebat; cõmendari à deo, rantam au-
 deret postulare potestatẽ, vt omnino omnia quæ ipsius erãt
 perderet, & ex tantis diuitiis neq; vel minimũ aliquid relin-
 queret. Magnũ profectò videretur, potissimũ prima suppli-
 catione proposita, dimidium bonorũ illius deposcere. Nũc
 verò simul omnia postulat, vt neque filios superstites relin-
 quat. Porrò temeritatẽ impiissimi satanæ in eo considera, q̃
 tã fidẽter affirmet & assertiuẽ pronunciet de futuris cõtin-
 gentibus, & talibus quæ non in naturalibus causis hæret, sed
 in voluntatis humanæ libero arbitrio sunt posita, de quibus
 nullã profus ipse potest habere cognitionẽ, cũ ea solus deus
 noscat. Nisi, inquit, in faciẽ benedixerit tibi. Q. d. Certissi-
 mũ est & indubitãtũ, si sic illius omnia tetigeris, quod apertẽ
 in te insurgat. Vide autẽ ex aduerso summam dei lenitatẽ &
 mansuetudinẽ, qui tã audacẽ & temerariũ nõ duris alloqui-
 tur verbis, nõ à se abigit, nõ mittit in abyssum, vt dignus e-
 rat pro sua improbitate: quin etiã in eo quod postulat exau-
 dit, cũcta ei pro voto cõcedẽs quæ desiderauerat. Cuius nõ
 admodũ dissimile est, quod in Euangelio dominus Iesus le *Mat. 8.*
 gionẽ dæmouũ rogantiũ ne in abyssum mitterentur, sed vt
 in porcos ingrediẽdi facultatẽ acciperent, faciliẽ exaudiuit,
 quod postulauerãt statim annuendo concedẽs. Qua in re
 meritò validissimẽ cõfirmatur nostra in deo bona confidẽ-
 tia. Si enim illos apostaticos & reprobos spiritus in eo quod
 ex inuidia per odiũ postulãt, & ad nocendũ quantũ in ipsiis
 est fidelibus seruis eius, nõ repellit, nec aduersãtur, sed exau-
 dit propter suam gloriam & electorũ suorũ vtilitatẽ atq; sa-
 lute: quomodo non multo magis nos exaudiet filios suos &
 domesticos, propter quos saluãdos venit in mũdũ: in iis quẽ
 pro salute nostra, aut etiã proximorũ nostrorũ, qui ad eadẽ
 vitã nobiscũ sunt prædestinati, ex amore diuino & charitate
 fraterna postulamus? *Cũ autẽ quadã die.* Ex eo quod addi-
 tur, in domo fratris sui primogeniti, probabiliter admodum
 colligitur,

colligitur, ista contigisse in principio hebdomadæ, cū primū inciperet nouū circulū. Verisimile enim est, q̄ iuxta ordinē ætatis primo die in domo primogeniti, secūdo die in domo secūdo geniti, atq; ita deinceps per ordinē celebrabāt cōiuiua. Cōsentit huic sententiæ apertissimè, quod habet trāslatio Chaldaica. Et factū est in initio dierū hebdomadæ. Quare autē signāter in hac die ista omnia mala euenisse scribātur, ratio potest assignari: primū quidē ex parte boni dei, deinde ex parte mali diaboli. Deus enim, cū sancti viri probos filios, ad patris probationē & profectum, tradidisset in manus pessimi hostis corporali morte perimēdos, prouida sua dispensatione (qua cūcta suauiter disponit, & peculiariter diē ac horā mortis iustorū, vtiliter ad ipsorū salutē cōstituit) tūc illos voluit mori, quādo minus erant peccatis obnoxij, vt. pote sacrificiis paternis recenter emūdati, atque in cōiuiua nōdū lōgi⁹ pgressi: è quib⁹ inquinamēta plura forsitā cōtra. xissent, si ad finē vsq; hebdomadæ ea peregissent, ac tūc quidā ante expiationē paternā subito fuisset oppressi. Diabol⁹ verò ideo videri potest hūc elegisse diē, vt tātō fieret dolor sancti Iob audita filiorū morte grauior, quātō tūc erat de filiis securior, & nihil suspicās mali. Nimirū tunc grauius hominē vulnerat dolor, quādo minimè præuisum aut expectatum fuit quod superuenit malū. Vel fieri potuit, vt fatan potestate accepta, non habita tēporis ratione, ad perficiendum quātocius ea quorū potestati acceperat sese accinzerit, statimq; sine vlla dilatione omnia ista mala patrauerit, ne forte si diutius differret, acceptæ potestatis exequutionem, retractari cōtingeret eā, noua prohibitione domini: qui licet in se sit immutabilis, nonnunquā tamen in huiusmodi iudiciis quæ prius dictauerat, deuictus humilitate & pœnitentiā hominū vel precibus sanctorū, quasi retractat & reuocat, quē admodū de Niniuitis legimus, & Ezechie infirmitate, & itē in aliis pluribus. *Nuntius venit ad Iob.* De nuntiis istis, alij sentiunt, dæmones fuisse in assumpta hominū forma, in similitudine seruorū Iob apparētes. Quā sententiā apertè habet Chrysostomus, cuius in homilia 3. de patientia Iob, ista sunt verba: Ipse mali operator diabolus, semetipsum malorū nūntium præbet. Ipse iumēta percutit, atq; idem percussione annuntiat. Dixit nanq; diabolus Iob: Boues arabant, & c. *Ite- rum Homilia 2.* Vt quid putas, inquit, dilecte, quia homo nō

Sap. 8.

erat

erat qui hæc Iob narrabat, sed ipse diabolus in hominis specie transformatus? Cū omni diligētia aduerte quod dicitur: Filiis tuis & filiabus vescētibus, &c. Vnde nouisti, dic mihi, quoniā vētus venit è deserto, & concussit quatuor angulos domus? Si homo es, & intra domum fueras, quomodo quæ extra facta erant videras? Si autē spiritus eras, homo nō eras, sed in hominis speciem transformatus. Hæc ille. Cui quidē sententiæ primū ipsa crudelissimi dæmonis videtur suffragari malitia, insatiabilisq; eius ad nocendū cupiditas: ex qua verisimile videri potest, nō ipsam tot ministris sine necessitate pepercisse, cū accepisset omnino in omnia quæ viri sancti fuerāt, potestati. Deinde, nō nihil adiuuat modus ipse loquēdi odiosus, & ad calumniā ac deceptionē artificiosè instructus, quo vtuntur in suis præferendis nuntiis isti qui videri volunt, famuli. Ignis de cælo, inquit secundus ex eis, cecidit, qui tactas oues puerosq; cōsumpsit. Postremus ait: Subitò ventus vehemens irruit à regione deserti, qui cōcussit quatuor angulos domus. Videlicet vt per hæc intelligeret Iob, non casū aliquo aut ex causis inferioribus (vt fieri solet) ista dāna euenisse, sed ab ipso deo immediatè hæc omnia mala prouenire, sicq; facilius ad blasphemādū deū induceretur. Huc etiā illud videtur pertinere, quod ita constanter quædam affirmant isti nuntij, de quibus nō videntur certam humana vi potuisse habere vel etiā probabilem notitiā. Veluti quū dicunt singuli post finē sui nuntij: Effugi ego solus, vt nuntiarē tibi. Cū enim in agris essent multi famuli, alius in parte hac, alius in illa, vt nec inuicem se omnes possent oculis corporalibus videre: qui scire potuit, hic nūtius, si homo erat, q̄ ex aliis nemo euaserit: aut qua audacia tā intēpestiuè & tā assertiuè pronūtiabit de eo quod ignorat? Quomodo enī ipse per fugā sibi cōsuluit, fieri potest vt & alij nōnulli similiter euaserint: cū nō minus alij quā ipse vite suæ amātes fuerint. Simile est quod postremus ait: Subitò ventus vehemens &c. Ex quo loco supra Chrysostomus accepit suæ opinionis argumentū. Alij tamen contra sentiunt, non dæmones, sed homines veros fuisse istos nuntios. Cuius sententiæ est Origenes, dicens, nuntios isto à dæmone esse seruatos in augmentum doloris domino suo: asserens nihilominus, à dæmone illos, ad Iob missos, atque ex ore diaboli loquutos, iuxta formam verborum quam ille dicebat &

ANNOTATIONES

bat & suggerebat, sua protulisse nuntia. In hoc autē, utraque cōuenit sentētia, quod ea quæ protulerunt nūtij, dæmonis verba siue per suggestionē, siue etiā per eloquutionem, fuerint.

Bones arabant, & asina pascebatur iuxta illos. Obserua hic cōpēdiosam narrationis huius siue descriptionis breuitatē. Ne enim eadem bis dicerentur, nuntij introducuntur quæ gesta sunt narrātes, antequam ea historico more fuerint descripta. Quod Poētis maximē frequēs est & familiare: quē admodum in Æneade Virgiliana pulcherrimū habes exemplum, ubi Troianum Æneam Poēta coram Didone introducit loquentē, totūmq; ex ordine Troiani excidij processum & modū referentē, cū de his omnibus ne verbū quidē ante factum esset, nisi fortē verbis generalibus. *Irruerūt Sabæi, uulerūtq; omnia.* Græca æditio pro Sabæis habet *δixμαλωτινοντις*, i. prædatores, vel abigæi, siue in captiuitatē abducentes. Simile quid occurrit cap. 3. Ioëlis, ubi pro eo quod nos legimus: Venundabunt eos Sabæis genti longinquæ, Græca habent *δix δixμαλωσιαν*, i. in captiuitatem. Videntur septuaginta interpretes respexisse ad verbum Hebraicum *sabath*, per *sin beth* & hæ literam finalem: quod significat cepit, captiuauit. Verū hoc loco in Hebræis codicibus non per hæ literam finalem nomē scribitur, sed per *aleph*, *Saba*: pro quo Hieronymus vertit, *Sabæos*. Ponitur enim nomen loci pro gēre, irruit *Saba*, loco huius, irruerunt *Sabæi*. Veluti cū dicimus, *Brabantia*, *Gallia*, aut *Hispaniam* fecisse, quod fecerunt *Brabanti*, *Galli* aut *Hispani*. *Sabæi* autē isti, populi sunt Arabiæ, & inter Arabes omnes regionis fertilitate clarissimi, inhabitantes illā Arabiæ partē, quā Græci *ινδαιμονα*, nostri *felicitē* ac *beatū* nominauerūt, & maximē thure nobilē: quod nusquā gentiū, nisi apud ipsos solos inuenitur, quē admodū testatur Virgilius hoc uersiculo. *Solisq; est thurea virga Sabæis*. Et iterum: *Molles sua thura Sabæi*. Qua etiam ratione, peculiari Epitheto, *Sabæum* thus à regione appellatur: quē admodum apud eundem legitur: *Centūque Sabæo thure calent aræ*. Plinius libro sexto naturalis historiæ capite 28. regionis huius & situm & felicitatem apertē exprimit, quū ait *Sabæos Arabum propter thura clarissimos, ad utraq; maria (rubrū & Persicum, porrectis gētibus) oppida habere in rubro litore*. Et paulò post, *Sabæos* dicit ditissimos sylvarum fertilitate odorifera, aurī metallis, agrorum riguis, mel-

his cer
vtpot
que o
nihil i
phus, l
Arab
quitur
quæ u
momū
autho
Græco
prope
regio.
tinus e
niras d
populu
polis S
nomin
Græco
ri, eō q
admo
Hebræ
quām e
ridicul
perere:
ex Græ
nunqu
aperta
hac rat
pellau
de loci
tes fer
mirū vi
colas, p
ditioni
buūtur
gētia. M
mul &
nis incū
lo tamē

his ceræq; prouētū: & in vniuersum gētes ait esse ditissimas,
 utpote apud quos magna ex parte Romanorū Parthorū-
 que opes subsistant, videntibus quæ è mari aut syluis capiāt,
 nihil inuicē redimētibus. Similia ferè scribit Strabo geogra-
 phus, lib. 16. suæ descriptionis: vbi postquā de aliis quibuldā
 Arabiæ populis dixisset, ad Sabæos perueniens, ita de eis lo-
 quitur: His, inquit, proxima est scelicissima Sabæorū terra,
 quæ maxima natio est. Apud hos, thus & myrrha, & cyna-
 momū nascitur. Consonāt & quæ scribit Stephanus Bizātius
 author Græcus, in libro de populis & vrbibus, cuius hæc ex
 Græco translata sunt verba. Saba ciuitas est magna, & regio
 propè mare rubrū: vnde dicuntur & Sabæi populi, & Sabæa
 regio. Prædictorū quoq; sententiā sequutus videtur Sipo-
 ninus episcopus, in libro commentariorum Martialis, quem
ἡρας & μαθητίας, id est, copiæ cornu inscripsit. Sabæi, inquit,
 populi qui scelicè Arabiam incolunt. Arabum enim metro-
 polis Saba est, in mōte sita. Cæterū, quod de etymologia
 nominis subiungit, dictam esse Sabam *ἀπὸ τοῦ σιβῆμ*, id est, à
 Græco verbo *sebin*, quod significat sacrificare, aut venerari,
 eò quod mittat thus cuius est vsus in sacrificiis, id forte non
 admodū arridebit eruditis: cū Saba non sit vox Græca, sed
 Hebræa. Vnde ipsius etymologia commodius ab Hebræo,
 quàm ex Græco videretur petenda. Quemadmodum enim
 ridiculum foret. Græcarū dictionū etymologias ex Latinis
 petere: sic non videbitur conueniens, Hebraicorū nominū
 ex Græcis etymologias assignare: tametsi in huiusmodi nō-
 nunquā dissimulando conueneant eruditi, vbi magna est &
 aperta rerū conuenientia. Certè, quod ad ré attinet, eadem
 hac ratione Arabiā veteres sacrā cognomento peculiari ap-
 pellauerunt, quemadmodū & Hieronymus testatur in libro
 de locis Hebraicis, eò quod sola thus præbeat, cuius apud om-
 nes ferè gētes vsus est in sacris, siue in sacrificiis. Neq; verò
 mirū videri debet, Sabæos istos scelicis & diuitis Arabiæ in-
 colas, prædatores & abigeos à nobis intelligi. Imò verò, con-
 ditionibus & proprietatibus attētis, quæ illis à fide dignis tri-
 buuntur authoribus admodū congrua ista videbitur intelli-
 gētia. Mollibus enim & delicatis hominibus, qui in luxu si-
 mul & ocio vitā transigere volunt, familiare esse solet, rapi-
 nis incūbere. Cum enim in delitiis vitā agere velint, nec vl-
 lo tamē honesto se dedere studio, quo sibi ad vitā necessa-
 ria com-

ANNOTATIONES

Tunc surrexit Job, &c. Bene quidem Job omnibus praemissis calamitatibus auditis scribitur surrexisse, ut ipso corporis habitu statum animi indicaret; nimirum se non per impatientiam fractum esse aut corruisse, sed per constantiam inuictum & insuperabilem permansisse: id quod apertissime etiam vocem illam testantur plenae deuotionis: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. In eo vero quod dicitur Job scidisse vestimentum & capitis comam totidisse (Sic enim per synecdochen dicitur, totidisse caput, pro capitis coma) nequaquam impatientiae signa intellige, sed moderatam tristitiam & rationabilem lamentum, quae rationis dictamen naturae conforme nonnunquam admittere, imò assumere suadet ac iubet: quae admodum & ceteras affectiones quas παθη, id est, passiones Philosophi nominant. De quibus inter Stoicos & Peripateticos, grauis admodum & longa fuit contentio. Stoici enim (quorum fuit princeps Zeno) in ea fuerunt haeresi, ut putarent: virum sapientem debere profusum liberum esse & vacuum ab huiusmodi affectibus quas passiones vocant, ita ut neque tristari aliquando posset, neque dolere, neque irasci, neque omnino aliqua passione tangi. Contra, Peripatetici (quorum fuit princeps egregius Aristoteles) παθη istam Stoicam damnantes, dixerunt, virum sapientem ac probum posse quidem tangi passionibus, sed non vinci, aut superari ab eis: virtutisque officium esse dixerunt, non quidem omnino abiicere passiones, sed frenare eas, atque domate sub rationis imperio, ne supra quam oportet exarscant, aut mediocritatis normam transcedant. Quod quidem Peripateticorum dogma, ut magis consentaneum rationi, scripturarum auctoritati, & sanctorum exemplis, orthodoxorum patrum sententia confirmat. Nam in veteri testamento, sancti patres leguntur super defunctis parentibus, vxoribus, & liberis fleuisse, & luctus tempus ac mores obseruasse. Et in nouo testamento ipse Christus dominus, praeter quod imminens passionis hora cepit pauere & tædere, contristari & moerere esse, etiam super mortuis fleuisse scribitur, ut super Lazaro filio viduae. Quibus exemplis bene consonat monitio sapientis: Fili, inquit, super mortuum produc lachrymas, & quasi dolens passus incipe plorare. Quibus ille verbis, virtutis miseriam dixit docet officium, non animi muliebris vitium. Vnde & Paulus apostolus Thessalonicensibus hac de re loquens, non sic

Eccles. 38.

1. Thess. 4.

placit

pliciter luctum prohibuit super mortuis, sed luctum tantum
 immoderatū, qualē habebāt gentiles resurrectionis spē non
 habētes. De dormientibus (inquit) nolo vos ignorare fra-
 tres, vt nō cōtristemini, sicut & ceteri qui spem nō habent.
 Non ait simpliciter, vt nō cōtristemini, sed ne sic contriste-
 mini, vt illi qui spem nō habent resurrectionis. Christiani e-
 nim sicut naturæ indulgentes mortuos lugent, ita in spe re-
 surrectionis consolati dolori suo modū ponunt. Non ergo
 nunc vir sanctus quasi impius & impatiens accusari debet,
 vel quia dolorem intus admisit, vel quia doloris signa foris
 ostendit: sed quia à dolore se superari nō permisit, quia pas-
 sioni nō succubuit, quia intra rectę rationis limites passionē
 cōtinuit, à cōstātia & fortitudine animi cōmēdādus venit.
 Nec quia super charissimorū liberorū morte, & tali morte
 doluit, dolorēq; mōstrauit, mollis aut effceminatus cēseri
 debet (imō verō inhumanus & bestialis efferatq; animi ha-
 beretur, si non humana pietate super tam lamētābili filiorū
 oppressione commoueretur) maximē, cū nullum tristitię
 excessum gestibus ostēderit. Vnde non vestimenta scribitur
 dirupuisse, nō crines aut barbā euulsiisse, nō terrā momor-
 disse, aut super eā se volutasse, aut manibus pedibūsq; percu-
 disse, vt solēt facere impatiētes & furibūdi, sed modestē ac ra-
 tionabiliter, vestimēta quidē scidit, comā totūdit, & in terrā
 se adorandi gratia humiliter atque deuotē prostrauit. Quę
 quidē apud veteres symbola fuerūt rationabiliter lugentiū,
 quęadmodū & ex aliis nō paucis scripturę locis, & ex ca-
 pite proximē sequēti liquere potest, vbi eadē ferē tres amici
 ad iudiciū tristitię & cōpassionis pro amico, legūtur fecisse,
 quę modō Iob facit pro charissimorū filiorū morte. Scin-
 dunt enim illi vestes, aspergūt puluere, caput in cælū, sedēt
 in terra diebus multis, atq; etiā eleuata voce flent eiulātes,
 quod postremū de Iob non legitur, etiā si verisimile sit pius
 & modestas eū super defunctis liberis effudisse lachrymas.
 Sic & olim sanctus Iacob, pro morte filij sui Ioseph quē cre-
 debat à bestia deuoratum, similia luctus symbola assumpsisse *Gen. 37.*
 legitur: quę sacra historia refert, audita morte illius, scidisse
 vestimenta, & assumpsisse cilicium: quod etiam Iob fecisse,
 licet expressum non sit in historia, verisimile videtur, ex eo
 quod postmodum ipse subiungit: *saccum consui super cutem Iob. 16.*
meam. atque ita in fletu & luctu perseverasse multo tem-

pore. Cuius quidē Patriarchæ magni exemplū, si cum euctu
 & facto nostri Iob cōferamus, videbitur præ illo hic suo do
 lori parū admodum indulgisse, & virilis roboris plusculum
 exhibuisse. Illi nimirū ex duodecim filiis vnicus existimaba
 tur, nō erat, defunctus, relictis ad cōsolationē aliis vndecim
 in vita superstitibus: ex possessionib⁹ autē & gregibus, aliud
 nihil peirerat. Pro vno autē hoc filio, scisis vestibus & af
 sumpto cilicio, flet & eiulat, lugētq; multo tēpore: & adeo
 luget, vt cōgregatis ad ipsū cōsolandū pariter omnibus fi
 liis, nō voluerit accipere cōsolationē, perseueraueritq; in lu
 ctu multo tēpore. Huic verò in vno tēporis momento, post
 bonorū omnium direptionem & consumptionē, simul vni
 uersi liberi periere, ita vt ne vnus quidē ad patris consola
 tionē relictus esset superstes: nihil tamē amplius legitur iste
 quàm ille ostēdisse lugubre, nisi fortē q̄ comam totōdit, in
 signū perditionis omniū, & perfectæ nudationis: quod ille
 nō opus habuit ostendere, qui præter vnicū filiū nihil per
 diderat. Et ille quidē vndecim præsentibus filiis, atq; ad pa
 tris cōsolationē certatim laborantibus, noluit super vnus
 filiis morte accipere cōsolationē: hic verò orbatus omni
 bus liberis, & quasi arbori radicitus euulsæ similis, omni spe
 posteritatis secundū humanum iudiciū priuatus, copiosa ni
 hilominus in sua solitudine, inuenit super tot filiorū tam mi
 serabili morte doloris remedia. Descendā, inquit ille, inter
 viuentes vndecim filios non volens cōsolari, ad filium meū
 lugens, in infernū. Dominus dedit, iste inquit, inter defun
 ctorum decē liberorum stans cadauera, dominus abstulit: si
 cut domino placuit, ita factū est, sit nomē domini benedi
 ctū. O vocem nobilem, & per omnia secula memorabilem,
 quæ tanto interuallo tanti Patriarchæ in tam impari euen
 tu superasti gloriā. Cæterū, quæ Origenes & Chrystos
 mus prædictum locum enariantes scribunt, ideo virum san
 ctum conscidisse vestimēta, & comam totōdisse, vt nudus
 cū nudo luctaretur diabolo: quasi his modis potius ad no
 ua certamina sese paratū declarare voluerit, quàm dolorē a
 nimi demonstrare, pulchrē quidē illi in allegoria philosophā
 tur. Illud tamē quod à nobis iam dictū est, ad literalem sensu
 sum propinquius videtur pertinere. *Nudus egressus sum de
 utero matris meæ, &c.* ad contemptum rerum externa
 rum, & patientiæ in illarum amissione exercitium, mirum
 in modum

in modū valet cōsideratio nostri tū introitus in mundū, tum
 egressus è mūdo. Vterq; enim in nuditate æquè celebratur,
 cū neq; in hunc mundū venientes quicquā adferamus, neq;
 abscēdētes quicquā inde auferamus. Hinc sapiens Ecclesia- *Ecclesiast. 5.*
 stes volens auarorū, qui in illis nimīū fidūr, detestabilē ostē-
 dere miserā, introitū & egressum vtrūque in nuditate pro-
 ponit, dicens: Sicut egressus est de vtero matris, sic reuertetur,
 & nihil auferet secū de labore suo. Miserabilis profus
 infirmitas. Quomodo venit, sic reuertetur. Ex eadē quoque
 consideratione, Paulus Apostolus fideles docet huius mūdi
 bona nō magnificare, & necessariis cōtētos supervacanea
 nō sectari, cū ait: Nihil intulimus in hūc mundū, haud dubiū, *1. Tim. 6:*
 quia nec auferre quid possumus. Habentes alimenta & qui-
 bus regamur, his cōtēti simus. Nimirū ex cōsideratione illa
 originalis simul & finalis nostrę nuditatis, discimus eviden-
 ter, & quasi demōstratiua probatione cogimur agnoscere, q̄
 bona ista externa qualiacūque sint quæ per fortunā à nobis
 auferri possunt, propriē nō sint dicēda nostra bona: neq; vl-
 lā nos habere causam indignationis aut querelę rationabilē,
 si à nobis illa auferātur, cū nemo iustē possit cōqueri de abla-
 tione eorum quæ sua nō sunt, si ab eo tollantur cuius sunt.
 Quēadmodū theologismus ille philosophus Severinus Boē-
 tius in libris de Philosophico cōsulatu pulcherrimē decla-
 rar, & suauissimē persuadet: fortunā ipsam (cui⁹ externa hæc
 esse bona dicūtur) introducēs ita cū eo qui in terū suarū a-
 missione querulatur, exposulātē. Quid tu (inquit) o homo,
 ream me quotidianis agis querelis? Quā tibi fecimus iniuriā?
 Quæ tibi tua detraximus bona? Quouis iudice de opū di-
 gnitatūmq; mecū possessione cōtēde, & si cuiusquā morta-
 liū propriū quid horū esse mōstraueris: ego ea tua fuisse quę
 repetis sponte cōcedā. Cū te matris vtero natura produxit,
 nudū rebus omnibus inopēmq; suscepi, te meis opibus fovi,
 & (quod nunc te impatiētem nostri facit) favore prona in-
 dulentius educaui, & omnium quæ mei sunt iuris affluen-
 tia & splendore circumdedi. Nunc mihi retrahere manum
 libet. Habe gratias, velut vsus alienis: non habes ius querelę,
 tanquā profus tuā perdidideris. Quid ergo ingemiscis? Nulla
 tibi illata à nobis violentia est. Opes, honores, cæteraq; ta-
 litum mei sunt iuris. Dominam familię cognoscunt, mecū
 veniunt, me abeunte dicedūt. Audaacter affirmem, si tua forēt

ANNOTATIONES

quæ amissa cōquereris, nullo modo perdidisses. Alia quoq; plura pro sua in externis bonis libertate, aduersus impatientum hominū irrationabiles querimonia, loqui illa secundū profopoeiæ figurā fingitur: quæ secundū naturalis rationis iudicium, meritò debeant superuacaneas hominū querelas cōpescere, atq; ad sustinendum quæ à fortunæ volubilitate proueniūt aduersa, animū roborare. Quibus apertissimè cōsentiunt, quæ Lucius Anneus Seneca, in via naturæ morum formator optimus, in eandē sententiam scribit: Non est, inquit, tuū, quod fortuna, fecit esse tuū. Alienum est omne quicquid optādo euenit: & nihil ipsius propriū putari licet, quod eripi potest. Ac rursus: Nihil propriū dicas, quod mutari potest fortuna. Reposcit quod dedit donū: quod dari potuit, auferri potuit: & quod fortuna nō dedit, non eripit. Patet itaq; quemadmodū ad exercendam nostrā humiliationē & patientiam in externarum rerū amissione, multum conducat originalis nostræ & finalis nuditatis cōsideratio. Verūm hoc pharmacū nobis est cū ethnicis cōmune: quorum pleriq; morali tantū philosophia instructi, ex eadem cōsideratione potuerunt externas diuitias etiā vltro contemnere, & insuper charissimorū liberorum mortes æquanimitè ferre: & (vt ipsis vtat sacræ apud Boëtium philosophiæ verbis) nondum ista sunt morbi efficacia remedia, sed adhuc contumacis aduersus curatiōnē doloris quædā tantū fomenta, quæ animū tantisper sustentent, donec efficaciora pharmaca, quæ in fundū vsq; penetrent, & ex radice morbo medeantur, tēpestiuè adhibeantur. Vnde noster modo Iob, nō hic sibi quiescendū putat, sed ad altiora transit à philosophia ad theologiā, in Deum regerens cōsideratiōnē, vnde possit aduersus impatiētix morbū solidiora inuenire remedia. Quod enim deinde secūdo loco adiūgit: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factū est, sit nomē domini benedictū, lōgè eminentiorē habet sententiā, & multò efficaciorē cōsolationē, cuius nō sunt participes, qui sunt expertes fidei & pietatis erga Deū. Hæc enim est validissima & sola vera in aduersis cōsolatio piis mētibus, si ad deū oculos leuantes, recogitent ipsum esse cuius volūtate omnia tā prospera quàm aduersa dispēsantur, quæ fide credunt, omnia pro sui nominis gloriā & nostra salute fidelissimè disponere. Quod vbi attendunt, nihil potest esse

non esse gratissimū, quod sibi norunt à tā benefico & sui amātissimo domino provenire. Ita sanè & Heli ille sacerdos, *1. Reg. 3.* cum audisset dura sibi ac domui suæ nūciari, talia vtrique, vt quisquis ea audiret tinnirēt ambę aures eius, in cōsideratione ramē eius vnde ista proficiscebatur correptio, ad patientiā se præparabat, dicens: Dominus est, quod bonū videtur in oculis suis faciat. Ad eundē modū sanctus David cū grauissimā sustineret à filio Absalon aliisque, illi adherētibus persequutionē, in dei potissimū voluntate accepit cōsolationē. *2. Reg. 15.* Præsto sum, inquit, faciat quod bonum est corā se. Paulus *Philip. 1.* quoque; Apostolus, quicquid tandē de se eueniat paruipēdit, siue ad vitā, siue ad mortē, modò in ipso dei volūtas adimpleatur, & sanctum eius nomē glorificetur. *Nudus reuertar illuc.* Aduerbiū illuc, accipi potest demonstratiuē, vt fiat demonstratio ad intellectū. Veluti cū apud Paulum dicitur: *Quam reddet mihi dominus in illū diem.* i. in diem quē ipse nouit & constituit. Sic in proposito, illuc reuertar, subaudi, quo me deus reuerti cōstituit, vel quo redeundū est omnibus, nempe in terrā. Potest nihilominus & aliter accipi, relatiuē: non quidē secundū relationē numeralem, sed secundū relationē generalē: vel relatione ad vocē, non ad rem. Est enim sensus: *Nudus reuertar in vterū matris meæ.* Verū non eadē est mater in quā nudus homo reuertetur, cū illa è qua nudus egressus est. Duas enim habemus singuli matres: alterā peculiarē, in cuius vtero coaluimus: alterā omnibus communē, nempe ipsam terram, è qua genus humanū omne formatur, diuina operatione & paterni feminis virtute. De vtero itaque matris suæ singularis, quisque; egreditur nudus. In vterū verò cōmunis omnium matris, nudi item omnes reuertentur. Duplicē verò hanc matrē, etiā sapiens in oratione vna cōiunxit, cū ait: *Occupatio magna creata est hominibus, & iugū graue super filios Adā, à die exitus de vtero matris eorum, vsque; in diē sepulturæ, in matrē omnium, id est, terrā.* Quod verò etiā priori loco terrā intelligunt, eo quod de ipsa formatus sit Adam primus pater omnium, absque; fœmina. Sed quæ prius dicta sunt, magis videntur cōuenire. *Dominus dedit, dominus abstulit.* Sancti homines vt illæsam seruent patientiā, cū damna quælibet patiuntur, nō ipsos considerāt homines aut dæmones à quibus illa sufferunt: ne fortè aduersum illos indignatione plus iusto moueātur, sed in Deū im-

Eccle. 11. 40.

ANNOTATIONES

diatè regerunt considerationē, eiuſq; voluntatē & diſpoſitionem ponunt ob oculos: cui ſicut obſiſtere nō poſſunt ita obmurmurare nō volunt, ſcientes quicquid ab illo proficiſcitur, nō modò in ſe iuſtū eſſe, verū iſtis etiā vtile, & ad ſalutē vehemēter expediēs. Vnde ſanctus Iob cūm facilē cognofcere potuerit, ac veriſimiliter etiā cognouerit, tot ſimul ac tāta nō abſq; diaboli procuratione, vel certē adminiſtratione, tā ſubitò mala eſſe perfectā, nō aduerſus diabolū queſtus eſt. Non accuſauit dæmones mali totius authores, non Sabros & Chaldæos prædatores, nō ignē cremantē oues & pueros, nō ventū opprimentē liberos. Nō illorū cuiquā maledixit, aut vllum querimonix vel indignationis verbū aduerſum illorū quēquā protulit. In ſolum autē deum oculos leuans, ſine cuius permiſſione nullam creaturā aliquid vel minimum poſſe ſciebat: ita ſe in illius ſuauiſimę voluntatis

2. Reg. 16. arbitrio conſolabatur. Sic & ſanctus vir David, cūm in grauiffima illa quam à filio ſuſtinebat perſecutione, ab homine belial nomine Semei maledictis plurimis afficeretur, non iniuriantem conſiderauit hominē, ex cuius tamen ore audiebat maledicta procedere: ſed voluntatem domini ſolā attendens, in ea ſe conſolabatur, adeò vt neq; in minimo aduerſum maledicentē hominē indignaretur. Quinetiam oblatam ei à miniſtris de impio homine vltionē prohibuit, dicēs: Dimitte eum, vt maledicat. Dominus enim præcepit ei, vt malediceret David. Et quis eſt qui audeat dicere, quare ſic fecerit? Et ruruſum: Dimitte eum vt maledicat, iuxta præceptū domini: ſi fortē reſpiciat Dominus afflictionē meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Quod quidē Davidis verbū, licet admodū cōſonet cum illis quæ modò Iob loquitur, eandēq; ſeſe patientiam ſonet, aliqua tamen ex parte ſi diligenter expendatur, inuenietur inferius, & minus perfectionis habens. Ille enim tametiſi in dei voluntate primā atq; præcipuam ponat cōſolationem, tamen ſecundariò ad ſeſe & propriū cōmodū maius, quod ex perſecutione illa patienter lata ſperat ſibi poſſe obuenire, reſpectitur. Sic enim ſonat quod dicitur: Si fortē reſpiciat dominus afflictionē meā, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Iob verò nihil attendens propriū, ſolam domini reſpiciat & cōmemorat voluntatem: inque ea ſola, totum ſux cōſolationis pondus conſtituit

Ibidem.

talem

talem suæ gratiarū actioni ponens terminum: Sit nomē domini benedictum. *In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.*

In Hebræo non habetur in labiis suis, sed ex 70. interpretibus adiectū est: quemadmodum & illud paulò antè: Sicut domino placuit, ita factum est, totū in Hebræo non legitur, sed ex septuaginta in nostram lectionem illatū est, propter sententiæ dignitatem. Hebræa ad verbum sic habent. In omnibus his nō peccauit Iob, nec dedit absurdum deo, vel obloquutus est contra deum. Cuius verbi prima pars de omni generaliter peccato, vel potissimū de peccato cordis, secunda autē peculiariter de peccato oris intelligitur. Vt sit sensus: Non peccauit corde vel cogitatione, neque etiā absurdo verbo impatiētiæ siue blasphemix. Græca autē editio sic habet: In omnib⁹ his quæ obuenerūt ei nō peccauit Iob neque in labiis suis, neq; dedit insipientiā deo. Cuius similiter prima pars potest generaliter de omni peccato intelligi, ad hunc modū: In omnibus his Iob nō peccauit vllō peccato, adeò vt nec in verbo offenderit, quod tamen facillimè euenit: quomodo nos etiam lectionē nostrā Latinā in Elucidatione enarrauimus, vt particula illa, in labiis suis, emphaticè adiecta intelligatur. Quanquā ea particula: ne in vetustis quidē Latinorū libris magis emēdatis, hoc in libro inuenitur: quēadmodū diuus Bonauētura in Cōmētariis quos in librū istū Postillarū (vt vocāt) more scripsit, apertè testatur dicēs: illud ī labiis suis, nō esse de textu, cū nec Hebraica veritas, nec antiqui libri Latini id habeāt, nec Gregorius exponat. Vnde ipse sic enarrat: Nō peccauit corde. Thomas verò ex cōmentario particulā illam legisse videtur. Nos quoque eam suo loco mouere nolimus, eo q̄ passim exēplaria omnia quæ in manibus sunt ita legāt, & iuxta nostræ enarrationis modū nihil perit sentētiæ. Vide autē hīc breuem & magnificā narrationis hui⁹ clausulā. In exordio quippe narrationis, multiplicē viri eius cuius erat describēda historia fœlicitatem cōmemorat: ea potissimū ratione, vt euidentius postmodū narranda clarescet multiplex eiusdē miseria, iuxta vulgatum illud: Quantò gradus altior, tantò casus grauior. Et illud ægrotantis Boëtij. In omni aduersitate miserrimū genus infœlicitatis est, fuisse fœlicē. Post descriptā verò hominis istius fœlicitatem, mox diaboli subiicit inuidentis calūniam. Subiungitur deinde, permittente & spectāte Deo

ANNOTATIONES

pugna terribilis colluctantibus in agone, impio dæmone & homine iusto. Ille agebat, iste patiebatur: ille inuadebat, iste sustinebat: vibrabat ille venenatis iaculis ignea tela, iste patietia lorica induit^o, fidei scuto excipiebat omnia: multiplicabat iudus ille plagas & verbera, multiplicata humilis iste ferebat in patietia. Superest iudicis sententia, vt cui tandè huius pugnae cesserit victoria, audiamus Interim enim dū illa pronūcietur, suspēsū herēt spectantiū oculi. Exhausta ergo & sagittis omnib^o, euacuata iā oppugnātis diaboli pharetra, cū adhuc illeſus perſtaret in sua rectitudine homo sanct^o: lassatis illius feriedo brachiis & pugnis cedēdo deficiētibus, cū iste dorsum infractū adhuc præberet & insuperabile: arietib^o illius omnib^o iā admotis & in sese dissipatis, cū iste velut colūna immobilis & inexpugnabilis ciuitas in suę perſtaret infirmitatis robore, malleis illius omnibus iā cōfractis, cū iste adhuc adamantinus infractus, & indissolubilis permaneret: camino illius iā frigescente igneque; proſus extincto, cū aurū illud probatissimū multo amplius refulgeret, cū adamantinus iste nec liqueſieri nec dissolui flāma tanta potuisset, surgens Agonithetes Deus, pugnae totius ſpectator & iudex, qui velut à lōginquo certaminis huius modū & ordinē, intitiū & finē, oculo illo quē latere nihil potest inspexerat, strenuū militē glorioso coronat encōmio, victorē illum palam omnibus apertissima voce pronūcians. Scribā quoque suū (id est, spiritū sanctū) titulū illi triūphalem, tam glorioſę victorię nunquā intermoriturū monumētum, voluit exarare: quo ad cōsummationē vsque ſeculi, & ipse à posteris digna laude celebrabitur, & ad cōsimilia gesta ingenui ſpectatorū animi accēdentur: In omnibus (loquitur Deus, scribit spiritus sanctus) nō peccauit Iob labiis suis, neque stultū quid contra deū loquutus est. O magnificū testimoniū. O nobile encōmiū. O splendidissimū victorię titulū. O monumentum quouis ære perēnius: quod neque inūdantiū aquarū impetus subuertere, neque ardentium flāmarum voracitas vnquam abſumere poterit. Nemo regum aut principū suis iaut fornicibus, aut ſtatuis, aut alijs quibuslibet quātumuis elaboratis monumētis, aſſequi eā poterit immortalitatem, & clarissimi nominis gloriā, quā huic præſens iste titulus, quem deus fixit & non homo, in omnia ſecula duraturū præſtabit. O terque quaterque beatam animā, cui non imputauit dominus peccatum

catu
ipse
culis
huius
nare
mus



deo
laud
mali
tere,
carn
Q
igno
bi cō
impr
ſū v
cubu
rā ſe
dam
bitat
Si
viro
ſice g
ſius a
tand
rem i
ſimpl
& ab
nem
nis p
prop

catum

carum: imò cui tam còsummata gloriæ apertissimum idem ipse perhibet testimonium. Vtinam & nobis miseris hominibus tuarum precum intercessione, ô Iob beatissime, animû huiusmodi omnibus aduersarij potestatibus superiorem donare dignetur, qui te sic roborauit & coronauit, deus optimus atque piissimus, in secula benedictus. Amen.

SECUNDI CAPITIS ELUCIDATIO.

Postquã vir sanctus omnia hæc mala tanta mē. *Cap. 2.*
 tis còstantia superasset, nec in vlllo profecisset. *Factum est*
 aduersus eû diaboli maligna sæuitia, factû est autē, cū qua-
 die quadã, vt sancti angeli, peractis ministeriis dñi die venis-
 ad quæ fuerat emissi, corã deo se exhiberent *sicut filij Dei*
 deoq; astarent, tanquã ministri & filij toto affectu parati eû & *starent co-*
 laudare, & per omnia eius exequi volûtatē. 2 Inter quos & *ram domino,*
 malignus aduersarius præsentē se exhibuit, corã deo (quē la 2 *venisset*
 tere, vt cupit, nō potest) & corã eo assiluit, ad eû modû quo *quoq; satã in*
 carnifex assiluit præfecto à quo potestatem accipit puniēdi. *ter eos, et sta-*
 3 Quē dominus, vndenã adueniat, interrogat: nō tanquam *ret in conspe-*
 ignorãs, sed quasi dominus à seruo nequã exigēs rationē si- *ctu ei?*, vt di-
 bi cõmissi officij & potestatis traditē: tū etiã vt superbo suã *ceret domin?*
 improperaret præsumptionē, qua ausus fuerat aduersus san- *ad satã:*
 ctû virû loqui calūniã & pugnã suscipere, in qua victus suc- 3 *Vnde venis?*
 cubuit. 4 Respõdēte verò satã cū superbia & tumore, ter- 4 *Qui respõ-*
 rã se circuisse & perãbulasse in latitudine sua, ad perquiren- *dens ait: Cir-*
 dam sibi cõmodã prædã quã posset vorare, aut cõmodã ha- *cuini terrã et*
 bitationem in qua posset requiescere, mox intulit dominus. *perambulani*
 5 Si terrã omnem perlustrasti, age, quid tibi de illo videtur *eam.*
 viro nobili in terra Huz, in quo ego vt fideli seruo magni- 5 *Et dixit do-*
 fice gloriior, aduersus quē iam ante, tibi dederã potestatem, ip- *min?* ad satã
 sius animo demoliēdi. 6 Nunquid nō aduertisti, vel nunc 6 *Nūquid cõ-*
 tandē, quã sit eximiis virtutibus præditus? 7 ita vt sibi pa- *siderasti ser-*
 rem in vniuersã terra non habeat alterum: 8 nimirum vir *uû meû Iob?*
 simplex animos, rectus & iustus in opere, verus dei cultor, 7 *q; nō sit ei*
 & ab omni malo sollicitè declinans: in super post probatio *similis in*
 nem tantam, post dãna grauissimã in omnibus externis bo- *terra,*
 nis perlata, pristinã etiamnum retinens innocentiam, ita vt 8 *Vir sim-*
 propter illa omnia rot ac tanta dãna, ne verbulum quidem *plex & rect?*
 impa-

*actimēs deū, impatiētiæ ore protulerit aut blasphemie vel cogitatiūculi
 & recedēs à villā in corde admiserit.* 9 Tu autē inuidia me aduersus il-
 malo, & ad- lum cōmouit: quoniā te postulāte, potestātē tibi in illū con-
 buc retinens celsi nihil commeritū, vt grauissimis eū affligeres malis. Sed
 innocentiā. neque hæc omnia tibi quicquā profuerūt, ad intētōnis tue
 9 Tu autem propositū: frustratus est labor tuus, & conat⁹ tuus omnis su-
 cōmouisti me ctus est irritus, illius patiētia tuā inuidiā & astuta cōsilia om-
 aduersus eū, nia superāte: ita vt tu vict⁹ & cōfusus doleas, ille victor glo-
 vt affligere riosus exultet. 10 Tali exprobratione stimolata satanæ in-
 eum, frustra, uidia, necdū victoriā agnoscit victori: virtutiq; vsque adeo
 10 Cui resstō- iā probatē necdū cessat detrahere, imò ad pugnā denuò vi-
 dēs satā ait: ctore audeat prouocare. 11 Pellē, inquit, pro pelle, imò om-
 11 Pellem pro nia quæ habet, homo facillē dederit pro anima sua. Non ma-
 pelle, et cum- gnū (inquit) videri debet, q̄ innocentiā adhuc ille retineat,
 Et que ha- cū tantū in externa ipsius bona scuitū sit, neque vel pellis
 bet, homo da eius cōtacta fuerit. Libētē homo pellē dabit alienā, vel co-
 bit pro ani- riū abiiciet alienū, vtpote iumentorū, ministrorū, aut etiā li-
 ma sua. berorū, modo suę pelli cōsulat, & coriū propriū intactū cu-
 stodiat. Nō ita magnū est, si quis perdat cetera omnia, si mo-
 11 Alioquin do ipse in se nihil patiat⁹ mali. 12 Si verò ipsum seriō ap-
 mitte manū probari velis, & seriō de illo vt victor triūphare, rursū ex-
 tuam, & tā- tende aduersus eum manū tuam ad puniendum illum, &
 ge os eius, & afflige corpus eius quod hæcenus mihi non licuit cōtinge-
 carnem, re: neque in superficie aut cute tantū afflige, sed carnē in-
 13 et tunc vi- teriorē, vsque ad ossa & medullas ossium: 13 & tunc certif-
 debis, quod sima disces experiētia, q̄ apertam blasphemiā in faciem tuā
 in faciē be- profetre nō formidabit, qui hæcenus in prosperis & mino-
 nedicat tibi, re aduersitate, visus est dei cultor fidelis. 14 Volens autem
 14 Dixit er- dominus & serui victoriā perfectā declarare, & inimici in-
 go dominus uidā rabiem inexcusabili confusione traducere, eiusq; erga
 ad satan: electos malitiam (etiā tunc cū maxime scuire videtur) ni-
 15 Ecce ī ma- mium impotentem ostendere, propositæ postulationi facillē
 nu tua est. le annuit dicens: 15 Ecce corpus illius, sicut postulas, do in
 manus tuas: & potestati tuæ: illius carnes & ossa (quæ in se-
 cundam hanc pugnam seruata videntur) expono ac trado,
 vt & in carne & in ossibus, atque etiam in ossium medullis,
 16 Verūtamē sicut voles, & quantum voles, eum affligas: 16 ira tamen, vt
 animam il- eum non interficias, neque animam à corpore seiungas, ne-
 lius seruas. que itē rationis ab eo auferas vsū, qua illū necesse est tecū
 pugnare. Alioqui citra mortem & saluo rationis vsu age cū

eo vt volueris, & doloribus quâlibet magnis eũ exerce, ne iterum habeas quod queraris, si iam secundò succubueris.

17 Qua accepta potestate, impius sathan mox à facie domini egressus, ad exequendum quantocius potestatem acceptam, im- igitur sathā à misit in corpus sanctis viri Iob corruptionē pessimi & scē- facie domini, tidissimi vlcis: quæ quidē corruptio totū corpus occupa- percussit Iob bat, ab imò pedis, vsque ad verticē capitis: neq; in superficie vlcere pesti- tantū cutis hērebat, sed carnes ipsas penetrās, etiā ossa & os- mo, à planta sium medullas ipsas peruadebat: ita vt nullū esset in corpore pedis vsq; ad eius membrū, quod nō inestimabilibus torqueretur dolori- verticē eius. bus. 18 Ipse verò tabefactis carnibus & sanie horribiliter è 18 Qui testa singulis mēbris desicēte, omnib⁹ horrēdus, ac vix seipsum se- saniem rade- rēs præfēctore, egressus foras, sub dio sedit in fimario, quo bat, sedēs in cōgeruntur hominū atque iumentorū stercorea, illicque se- sterquilinio. dens, defluentē, imò ebullientē, sanie testa, quæ illic fortē ad manum occurrebat, à vulneribus abrađeabat, atque in fima- rium proiiciebat. Sic vir sanctus in patientia firmatus, ne in tantis quidem doloribus vllum ostendit impatientiæ signū: sed magis seipsum humiliās, in quiete & humilitate refedit: affligentemq; se velut ex parte aliqua adiuuans, non mol- libus pannis sanie abstergebat, non lenientibus cataplasma- tibus vlcera circūfouebat, sed dura testa superducta saniem abrađeabat. 19 Quam in eo tantam miseriæ passionem, nec 19 Dixit au- minorem in passione patientiam, vidēs vxor eius (quæ for- tem illi vxor tasse in hoc officium fuerat seruata à dæmone, vetus orga- sua. num suum ad virorum deceptionem, probè agnoscente) ita viro loquuta est, haud dubium qui impio suggerēte diabo- lo. 20 Etiam nunc in tantis miseriis, tu eligis permanere in 20 Adhuc simplicitate & reſtitudine tua? 21 Quin potius, vbi iam cer- tu permanes tissima didicisti experiētia, pro bonis tibi euenire mala, ne- in simplici- que maiora mala tibi posse contingere, maledic deo, & lo- tate tua? quere aduersus eum verba blasphemix: vt vel sic moriens 21 Benedic illius vltione miseriā istā euadas: quoniam quidem me- Deo, & mo- lius tibi magisq; optandum videtur mori, quàm in tantis vere. miseriis viuere. 22 Vir autem beatissimus, tanquam colum- 22 Qui ait na immobilis in sua stabilitate persistens, & velut adamas ad illam. frangi aut emolliri non valens, prauæ suggestioni stultę mu- lieris nequaquam acquieuit: hac in re fortiorem se exhibēs in scetoris sterquilinio, quàm Adam in voluptatis paradiso. Quinimò correptionē acrem stultæ mulieri debitā, officio maritali

- maritali impendit (quā vtiā & ille nō neglexisset. malo enim molliter cōsentiēs) ita eam respōsione rationabili abiiciens. 23 Tu quidē hac in re stultitiæ maximæ verbū proloqueris, atq; de stultarū mulierū numero, qui admodū est magnus, vnā te esse, his verbis cōprobasti. 24 Nequaquam enim ita, vt tu suades, Deo expedit maledicere. Nā siquidē donāte deo, bona hactenus & magna & multa cū gratitudine tu & ego suscepimus, mala ista pœnalia quę ab eodē proficiscūtur. quare nō similiter in patientia sustineamus, atque etiam cū benedictione & gratiarū actione suscipiamus gaudeāter, quicquid ab illa manu proficiscitur, siue latū, siue triste, dulce vel amarū propter mittētis reuerentiā; cū patientia & benedictione æquum est vt suscipiatur tū quia iusta sunt quę ille operatur omnia, tū quia non nisi ad nostrā vtilitatem ex amore nostri disponit vniuersa. 25 Denique in his omnibus, stabilis in patientia, & in gratiarum actione perfectus vir sanctus, adduci nō potuit, vt vel in verbo (in quo facillimus alioqui est lapsus) delinqueret. Fuerūtq; etiam in hoc congressu irriti omnes satanę nequam malitiosi conatus: triumphauitque Iob sanctus, iam secundo victor, de inuidio diabolo. 26 Habuerat autem sanctus Iob ante plagā istam amicos tres peculiare, viros religiosos & honorabiles, ac inter suos magni præcij, qui statim vt audissent miseriam tantam amici sui (solent enim huiusmodi rumores noui, potissimū de nobilium virorum aduersis casibus, celeserit longē lateque peruagari) venerunt singuli ex locis in quibus habitabant, vel etiam principabantur: simulque adunati, vt esset trium simul iunctorum efficacior consolatio, ad ipsum Iob peruenerunt. 27 Primus inter eos dignitate siue autoritate, Eliphaz appellabatur Themanites: secundus Baldath Suites: tertius, Sophar, Naamathites: sic nimirum cognominati, vel à locis in quibus habitabant aut principabantur, vel à progenitoribus, vel simul ab vtrisque. 28 Hi enim tres, cum essent vnius viri amici, ex conditō diem in commune statuerunt, siue per verba siue per nuncios, quō pariter conuenirent ex suo quisque loco, ad amicum positum in aduersis inuisendum & consolandum: verorum amicorum rectē in hoc præstantes officium, quōd eum quem in prosperis habuissent amicū, in aduersis nollent derelinquere. 29 Cumque iam appropinquare incipien-

23 Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es.

24 Si bona suscepimus de manu domini mala autē quare non susceperimus?

25 In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.

26 Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, uenerunt singuli de loco suo.

27 Eliphaz Themanites & Baldath Suites, et Sophar Naamathites.

28 Condiixerunt enim, ut pariter uenirent eum: & consolarentur.

29 Cūque ele-

incipi
distat
homi
eum a
quā
subi
præ a
vlulat
se am
mos
spars
liante
lante
bare
res ap
terra
aut a
ita v
N
ad ce
34
cred
prop
silen
apud
vis p
part
veh
lator
A
strā
atq;

incipientes loco in quo Iob residebat, ex loco aliquantulum uassent pro-
 distante (secundum distantiam qua se uicē agnoscere solēt *cul oculos*
 homines) oculos suos eleuassent ad eum conspiciendum, nō suos, non co-
 eum agnouerunt, præ immutatione nimia, tam in corpore, gnouerunt
 quàm in externo statu & habitu. 30 Quem cū in tanta *eum.*
 subitō miseria cōspexissent, tacti dolore cordis intrinsecus 30 Et exclā
 præ amaritudine animi & nimia erga amicum cōpāssione, *manes, plo-*
 ululatū simul & fletū miserunt. 31 Et ut verē ostēderent *rauerunt.*
 se amico cōdolere, uestibus suis cōscissis (qui apud veteres 31 *Scissisque*
 mos erat grauer dolentiū) etiā puluere supra caput suum *uestib⁹, spar*
 sparserunt, corā deo: in cœlū: quasi ante oculos dei se humili- *serunt pulue*
 liantes, & ab ipso misericordiā pro amico suppliciter postu- *rem super ca*
 lantes. 32 Atq; etiam ut fidem suam erga amicum cōpro- *put suum in*
 barent, nō ad horam tantū illū inuisebant, sed per dies plu- *cœlum.*
 res apud ipsum permanebant: sedentes nimirū iuxta eum in 32 *Et sede-*
 terra, abiectē & humiliter (iuxta morem lugentium) nō vnū *ruunt cum eo*
 aut alterum solū diē, sed perpetuos septē dies cū noctibus, *in terra, se-*
 ita ut uix ad modicum temporis spatium ab eo abscederēt. *ptem diebus*
 33 Nemo tamen ex tribus illis sermonem ullum prolixiorē, & septē no-
 ad consolationem vel exhortationem, corā eo loquebatur: *ctibus.*
 34 quoniam dolorem ipsius conspiciebant esse supra quam 33 *& nemo*
 credi posset uehementissimum, & uix homini tolerabilem: loquebatur
 propter quod, nō ausi sunt ad illum os aperire, donec prior *et uerbum.*
 silentium rumperet, quemadmodum monstrat experientia, 34 *Videbant*
 apud illos qui grauissimo affliguntur dolore, nō facile quē- *enim dolorē*
 vis præsentium prolixiorē proferre sermonem, nisi ipse qui esse *uebe-*
 patitur loquendi prior dederit occasionem. Dolor nanque *mentem.*
 uehemens, prolixiora uerba, quantum uis uideantur conso-
 latoria, non æquo satis animo sustinet.

ANNOTATIONES IN CAPVT II.



T autem cōmouisti me aduersus eum, ut affigerem
 eum, frustra. Quod ait dominus, se à Satan cō-
 motum fuisse aduersus Iob, more humano lo-
 quitur: eò q̄ ipsi ex inuidia postulanti, in Iob
 potestate indulserit. Quod autē adiicitur, fru-
 strā ad diaboli conatū debet referri, nō ad dei permissionē
 atq; propositū, neq; itē ad ipsius Iob passionem. Deus enim

non

ANNOTATIONES

non frustra diabolo illam dedit potestatem, nec frustra Job
 tētari permisit & voluit, neq; suo proposito & sine est ipse
 frustratus, in eo quod tentationibus aduersarij, Job nō suc-
 cubuit. Imō hoc ipso cōsequutus est deus: quod intēdebat,
 & finē, ob quē permiserat aduersario potestatem. Nimirū in
 beati Job gloriosā victoria. Primū quidē Dei gloria incla-
 ruit, qui in seruatorū suorū fide quā maximē gloriatur. De-
 inde serui ipsius tentati corona sumpsit augmentū, quoniā
 (vt ait Apōstolus) virtus in infirmitate perficitur. Postre-
 mō impij tētatoris grauiter confusa est inuidia & clarē pa-
 tuit impotentia: qui nec tanta accepta potestate & mōstra-
 ta crudelitate, quicquam aduersus virū sanctū profecerat.
 Hęc autē tria Dominus intēdebat, virum sanctū in manum
 Satanae tradens. Sic & beatus Job nō frustra afflictus intelli-
 gitur, qui & Dei gloriā promouit, & coronā propriā auxit,
 & insuper hostis impudentiā cōfudit. At verō diabolus fru-
 stratus est intētionē propositi sui: qui quod intēdebat, con-
 sequi nō potuit, sed eius omnis conatus factus est irritus, &
 sine effectu intēto permanit vacuus. Proinde, aduerbiū fru-
 strā, non est coniungendū, cū eo quod immediatē præcedit
 verbo, affligerē: sed cū eo quod primo loco est positū, com-
 mouisti, in hunc sensum. Tu frustra cōmouisti me aduersus
 eum, vt eum affligerem. Secundū quam constructionē legit
 Chrysostomus, in hunc modū. Tu autē quare incassum di-
 xisti: Perde omnia quæ possidet? quare inuanū eius inuidisti
 substantiæ? In eandem omnino sententiā enarrat Origenes,
 prolixē & pulchrē declarans, quomodo nō ipsi Job frustra,
 aut sine causā fuerit illa rerum omnīū perditio, diabolo au-
 tē sine causā & frustra fuit. Beatus autē Gregorius videtur
 aduerbiū istud, iungere cū verbo posteriori, affligerē, dicēs:
 beatū Job secundū aliquid frustra percussū & afflictum à
 Deo, secundū aliquid non frustra. Beatus Job, inquit, & non
 frustra percutitur, quia augetur meritum: & tamen frustra
 percutitur, quia nullum punitur admissum. Videtur autē ac-
 cipere aduerbiū, frustra, improprie. Secundū propriam nan-
 que significationē, frustra fieri id dicitur, quod non conse-
 quitur finem ad quē ordinabatur, iuxta Aristotelis defini-
 tionem in secūdo libro de auditu Physico. Quo sanē modo
 dici non potest, quod frustra Deus virum sanctū afflixerit.
 Improprie verō interdū dicimus frustra fieri, id quod fit si-
 ne ratio-

ne rati
 dicem
 eum d
 strā lo
 loquer
 Job, (s
 fuerit,
 nes, ni
 riri. A
 (vt Ph
 ludenc
 noua c
 sumpt
 ciem c
 los de
 teneri
 le, & c.
 quani
 sus sen
 libente
 detrim
 pter re
 guat po
 cis ind
 mnia sp
 prius v
 poralis
 seruire
 omnib
 grauio
 in cor
 Qua in
 demor
 de inu
 aliam.
 tris pa
 secund
 piter d
 eius ter
 riu: A

ne rationabili causa mouente: quemadmodū si dicamus iudicem frustra punire innocentē, eò q̄ causa non subsit, quæ eum debeat mouerē ad illū puniendū. Aut si dicamus, frustra loqui illū, qui nullam iustā causam habet se mouentē ad loquendū. Ita secundū aliquid frustra percussus intelligatur Iob, (iuxta sententiā beati Gregorij) eò q̄ peccatū in eo nō fuerit, propter quod percuti debuisset: cū non soleāt homines, nisi pro peccatis, tā enormibus & singularibus plagis ferri. *Pellem pro pelle.* Prouerbiali sermone & ludicro, atq; (vt Philippus ait) ioculari ludificatione Satan vititur, velut ludendo à se depellere volens exprobrationē domini, & ad noua certamina iustū deposcere. Gregorius prouerbiū inde sumptum arbitratur, quòd sæpe dū venire ictum contra faciem cernimus, manū palpebris opponimus, vt ab ictu oculos defendamus: & corpus vulnere obiciamus, ne in parte teneriori vulneremur. Vnde quod dicitur: *Pellem pro pelle,* &c. sic interpretatur idcirco Iob, tot extra se flagella æquanimiter patitur, quia pauet ne ipse feriat. In eadē prorsus sententiā enarrat Origenes, dicens: sicut corium manus libenter datur pro corio capitis, sic & Iob exteriora omnia detrimēta paruipēdere, ac sine blasphemia sufferre, nō propter religionē, sed propter metum, tantūm, vt corporis effugiat pœnam. Eandem quoq; sententiā Chrysostomus paucis indicat: Nihil magnū, inquit, si pecunia excidit: libet̄ omnia spreuerit, quo sese seruet. Vnde patet, q̄ diabolus sicut prius virtuti Iob detrahebat ex cōsideratione mercedis tēporalis, dicens: ipsum non nisi spe temporalium bonorū Deo seruire, quæ si auferentur Deū ilico blasphemaret: ita nunc omnibus illis ablatis, fingit improbus, metu tēporalis pœnæ grauioris ipsum patientiā simulare, ne videlicet feriarur etiā in corpore, qui in cæteris omnibus iam fuerat percussus. Qua in re insatiabilem suū ad calumniam animum patenter demonstrat, qui vna calumnia per virtutem superata, statim de inuido & mēdaciis sæcundissimo pectore suo ad fingit aliam. *Veruntamen animā eius serua.* Dupliciter id à sanctis patribus exponitur. Primum quidem, de vita spiritali secundō de vita corporali. Secundum priorē sensum precipit̄ diabolo, seruare animā Iob, quia prohibetur animam eius tentando superare: quemadmodum ait beatus Gregorius: Aduersatius seruare animam dicitur, cum hanc tentando

tando superare prohibetur. Verū hic sensus potius moralis videtur, quā literalis. Nam secūdam historiam quomodo conueniens possit iudicari, vt dominus sanctū virū Iob diabolo ad pugnā & certamē singulare tradēs, eidē prohibeat, ne illum tētatione superet, animamq; eius in peccatū ne deducat: cū ad hoc diabolus à deo postulauerit vexare illū in corpore, vt eundē superare possit in anima? Pro anima nāq; sancti Iob, ipsi diabolo res agebatur: intendebat enim satan (quod est indubitātū) per plagā infligēdam corpori, animā in blasphemiam inducere: atq; sub hac spe ad certamen virum iustum poposcit, & postulātū in certamen singulare suscepit. Quorsum autē satan voluisset, cū Iob descendere in praeliū, si ex domini prohibitione certō præscisset se nō posse illū superare? Si enim hoc sibi à domino prædictū audisset: Prohibeo ne illū superes, adēpta spe victoriæ, quorsum pugnā appeteret & susciperet? Deniq; quæ hæc est emissio militis ad pugnā, vbi aduersario prohibetur, ne illum vincat aut superet? Quorsum pugnabit, cui iam antè prædicatur, qd non possit obtinere victoriā? Magis itaq; ad literā & historiam conuenire videtur, illa quā nos in Elucidatione proposuimus intelligentia de seruanda temporali vita. Quam & Origenes posteriori loco ponit, & peculiariter historiā appellat, post priorem expositionem ita subiungēs. Aut adhuc secundum ipsam historiam: Animam, inquit, eius ne tetigeris: hoc est, ne eam ante tempus de corpore eiicias. Ac si diceret: ita demetire ipsum dolorem, atq; corporis pœnam, vt ipsam animā ante tempus de corpore exire non compellas. Noli ergo mortificare corpus, ne ante perfectionē cōstātia, vel cōsummationē tolerantia discadat anima. Posset etiam nō incōmodē secundū historiam istud intelligi, vt prohibeatur satā auferre à Iob rationis vsum, sine quo proculdubio, nō potuisset diabolus patiendo superare. Quasi autē animā perdit secundū quod rationalis est, qui rationis vsum amittit, etiamsi re ipsa in corpore permaneat anima, aliarūque virium solitas exercent operationes. Hūc sensum manifestè exprimit abbas Serenus, collatione septima, cap. 12. cuius hæc ibidem sunt verba, Nonnūquam in illis membris in quibus vigor animæ continetur, immundus spiritus insidens, eisque importabile pōdus imponens, obscuritate teterima intellectuales eius obruit sensus, instigans ea quæ nō vult vel quæ

ignorat proloqui, quòd nonnunquã etiã vini febrísq; vitio, alijsq; ægritudinibus extrinsecus superuenientibus videmus accidere. Quod ne beato Iob diabolus moliretur inferre, præcepto domini prohibetur, dicētis: Tantū animã eius custodi. i. tantū modo eum amantē ne facias, & obruas intellectum ac sapientiã resistētis, principali scilicet cordis eius tuo pondere præfocato. Hanc etiã intelligentiã priori loco indicare videtur Origenes, cum ait: Hãc animã ne tetigeris, neq; hinc appropinquaueris, neq; huic communicaueris, neque cõmisceris, neq; seduxeris, neq; obtuderis, neq; infatuaueris, neq; fatigaueris, neq; deceperis. Quanquã in his verbis illam etiã aliquatenus videtur indicare sententiam, quam ex Gregorio primo loco cõstituimus. Nos tamen in Elucidatione posteriores duas intelligentias, prima omiſſa, expressimus. *Percussis Iob vlcere pessimo.* Vulnus siue vlcus istud, quidam (vt refert Philippus) elephantie morbũ fuisse existimant. Idem enarrans caput 16. super verbo illo: Conuulnerauit lumbos meos, effudit in terrã viscera mea, ita scribit: In lumbis vulneratis, & effusis in terram visceribus, hoc intelligendũ puto, quod nõ solũ foris toto corpore cõputruerit, verum etiã totus intrinsecus putredinis sanie liqueſcebat, ita vt & ipse Iob, quodã loco diceret: Halitũ meum exhorruit *Iob. 19.* vxor mea: & ita omnia interiora cõuerſa ei in sanie fuerãt, vt per secretiora alui paulatim in terrã effusa sint. Vbi inter cetera mala pœnarum suarum morbo dysenterici languoris se percussũ esse significat. Idem rursus tractans illud 19. capite: Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum, dicit ipsum laborasse marasmo, quod Græcum vocabulũ Latinis significat tabefactionẽ & resolutionẽ, exiccationẽq; totius corporis. Non dissimile est quod ait Chrysostomus, plagã viri sancti nõ aliud fuisse, quã fœdã quandã totius corporis corruptionem. Quã autẽ graue hoc fuerit vlcus, & quã sæua plaga, Origenes prolixius declarat, his verbis: Percussit sathan Iob plaga sæuissima, lamentabili, vrenti, affligenti, flagranti, incendi, dolenti omne supplicium in se habente, & putredinem, & vermes, & ossium diuisionẽ, & nervorum fatigationem, membrorũ debilitationem, ac totius carnalis compaginis passionẽ atq; dolorem. Nam sicut nullum membrorũ corporis prætermisit malignus, neq; vllum dereliquit illæsum: sic identidẽ nullũ dereliquit supplicium,

D neque

neq; pœnâ, neque dolorem, quem huic plagæ non commi-
scuisset. Propterea autê vna plaga memoratur: quia totum
corp⁹ iusti illius, & omnia mēbra eius vno cōtexit vulnere,
atq; ad vnū cōuertit dolorē. Hactenus Origenes. Ex quibus
verbis patet, non vanū esse quod in Elucidatione diximus,
vlcus illud beati Iob, corruptionē fuisse, & carnes, & ossa, &
neruos, atq; etiam medullas ofsiū peruadentem. Non enim
est verisimile, diabolum vlli corporis parti pepercisse, post-
quam corpus ipsum totū in sua accepisset potestate. Et (vt
paucis dicam) meritō tantus debet à nobis aestimari dolor
plagæ huius, quantus ab homine citra mortē sustineri po-
test: in qua credendum est multas pessimorū morborū spe-
cies, simul fuisse conuolutas, & omnium naturalium dolorum
tormenta simul conglobata. Quū enim hæc esset pugna no-
uissima, ex qua diabolo tota pendebat spes victoriæ, nihil
dubiū, quin extremū suæ virtutis malignus in antagonistā
suum ostenderit. *Sedens in sterquilinio.* Hoc loco in ædi-
tione antiqua nonnihil aditur, quod in Hebræis non ha-
betur. Sic enim illa habet: Et sedebat super stercus, extra ci-
uitatem. In quo signāter notant Græci doctores, Origenes
& Chrysostomus, qui æditionē istam sunt sequuti, similitu-
dinē domini nostri Iesu Christi, qui (vt ait Apostolus) extra
portā passus est: in aceruo vtique stercorū, id est, in monte
Caluarie, loco fœtido & horrido mortuorū cadaueribus.

Hebræor. 3.

Dixit autem ad illum vxor sua. Miretur forsitan quispiam,
quare non simul cum filiis vxor quoq; perierit. Cū enim
à domino accepisset satan potestati in omnia quæ Iob ha-
bebat, siuē quæ ipsius erant, ita vt etiam liberos de fœmore
eius genitos ex hac concessione interficere potuerit: quare
non simul ex eadē cōcessione vxorē interfecit? Huic qua-
stioni duabus rationibus potest satisfieri. Primū quidē di-
cendo, non accepisse diabolus in mulierē vllam potestati,
sed exemptam eam fuisse simul cum viro, dicente domino:
Tantum in illum ne extēdas manū tuam. Cū enim (iuxta
domini & Apostoli testimonium) vir & mulier non sint
duo, sed vnum, sintque duo in carne vna: dum vir excipitur,
simul & mulier exempta intelligitur. Voluit enim dominus
illam seruari, vt ex eadem postea liberos ipsi Iob suscitaret
in locum priorum. Hanc sententiam vtcunque confirmat
& satis verisimilē reddit nimia diaboli malitia. Cū enim
amot

Matth. 19.
I. Corint. 6.
Eghe. 5.

amot
exter
coni
rei te
mo
qu
corar
& da
si qui
eam f
gi vid
ties v
gnom
tur sic
impro
samme
re, ac p
dolore
luctum
citur, à
educt
præual
seduxe
sic & m
opinion
mines f
ipli suo
riam vic
tando s
Ecce fac
aditric
manes in
tentiam
referuar
rom iuste
bolus ha
transfue
vt postq
suum per
acque sp

amor conjugalis longè superet omnem amorè alium, & rerù
 extarnarum, & filiorum atq; filiarum: ac proinde, de morte
 conjugis omniam sit grauisimus dolor, qui potest ex vllius
 rei temporalis amissione haberi, non videtur, q̄ impius dæ-
 mon à muliere abstinuisset, si in eam habuisset potestatem:
 quin potius, post mortem filiorù, etiam vxoris mortè illum
 coram oculis cernere fecisset, vt dolorè omnium maximum
 & damnum grauisimum ei inferret, loco nouissimo. Quòd
 si quis dixerit, fortè minus prudentem & minus religiosam
 eam fuisse (id quod ex suasionè pestifera probabiliter colli-
 gi videri possit, nisi eam passionis enormitas, & sexus molli-
 ties vtcunq; excusent) atq; ob hoc beatum Iob non ita ma-
 gnum ex eius morte potuisse accipere dolorè. Vanè loqui-
 tur sic obiciens: Nam qualiscunq; sit mulier, siue proba siue
 improba, ipsam vt coniugem debet qui timorem dei habet,
 summo amore præ omnibus quæ sunt in hoc mûdo, dilige-
 re, ac proinde damnum estimare grauisimum eius mortem,
 dolorèmq; secundù rationis dictamen assumere maiorè &
 luctum, quàm in perditione cæterorum omnium. Aliter di-
 catur, à diabolo seruata esse mulierè, vt ea tandè vteretur ad
 seductionè viri, si per seipsum & sua omnia machinamenta
 preualere ei non posset, sperans, quomodo olim per Euam
 seduxerat Adam, quem per seipsum superare nō cōsidebat,
 sic & modò per sceminā, Iob superare. Quemadmodù iuxta
 opinionem dicentium, nuntios ad Iob venientes veros ho-
 mines fuisse, seruati illi dicuntur à diabolo, ad enarrandum
 ipsi suos dolores, & aggrauandam tristitiam, Quam senten-
 tiam videtur indicare diuus Gregorius, quum ait: Ecce ten-
 tando satan omnia abstulit, & tentando mulierem reliquit.
 Ecce sancto viro callidè cuncta diripuit, sed valde callidius
 adiutricem suam mulierè reseruauit, quæ dicat: Adhuc per-
 manes in simplicitate tua? & c. Origenes verò vtranque sen-
 tentiam tangit, in his verbis: Siue enim deus præcepit hanc
 reseruari, sicut & præcepit, ob hoc vt suam secundam vxo-
 rem iustus ille Iob accipere opus non haberet: siue ipse dia-
 bolus hanc conseruauit, tractans, vt hanc ministram iniqui-
 tatis suæ haberet, vt hanc haberet pro nouissimo Iob laqueo,
 vt postquā per omnem rem desperaret, tunc per vxorem iu-
 stem perderet, sicut ipse arbitrabatur infelix estimabat,
 acque sperabat. Hac ille Posset verò secundum illos qui

ANNOTATIONES.

hanc vxorē Iob dicunt fuisse Dinam filiā Iacob (cuius sententiæ author est Philo, in libro de antiquitatibus Hebraicis) etiā hæc reddi ratio, quare ipsa seruata sit: quoniā ob reuerentiam & sanctitatē Patriarcharū, de quibus fuit primogenita, tangere illam spurcissimus dæmon permissus non fuit.

Benedic Deo, & morere. Variè istud vxoris verbū accipitur & enarratur. Nos per antiphrasin benedicere positū arbitramur pro maledicere, quemadmodū supra in verbis Satan semel & iterū. Sensum autē hunc assignauimus, vt impatiens mulier à dæmone exagitata, virū exhortetur ad maledicendum Deo, vt vel sic à Deo, percussus moriatur, ac per mortē omnibus his malis liber euadat. Quem sensum manifestè etiā assignat Origenes, cuius hūc in locum ista sunt verba: Dic aliquod verbū quod irritet, quod exacerbet, quod exasperet, dic aliquod verbū in dominū, criminare, irride, de malitia reprehēde, de impietate. Dic aliquod verbum quod neget illum, & prouidentia eius atq; prouisionem. Sic ergo dic aliquod verbum, & morere. Si enim huiusmodi aliquid dixeris, cōtinuò morieris, cōtinuò de omnibus presentibus laboribus securus atq; alienus redderis. Hactenus ille: Alij verò sic enarrāt: Quandoquidē tibi benedicēti Deo, aduersitas & indies maior superuenit, maledic potius Deo, vt sic prosperitate potiaris. Nec est quod metuas: morere, id est, pro mortuo te computa, nō melior es quàm mortuus, quia nihil tibi videtur residuū si in hac tua simplicitate perseueres, nisi vt moriaris post tātas misérias. Possit & sic intelligi: Postquā tibi benedicenti tanta mala Deus immisit, vt iā certa mors te maneat, vt in aliquo te contra Deū vindices, antequā hinc per mortē discedas, maledicito Deum, qui sic te benedicentē affixit, vt crudelē & qui tyrannicē tecū egerit, ne profus moriaris inultus. Valde enim hic affectus incidet hominibus, vt in rebus etiā desperatis pro virili vlciscense studeant, iuxta illud: Ergo moriemur inulti? Quidam verò, benedicere hoc loco in propria significatione accipiūt, sed per ironiam totam orationem legunt, in hunc sensum. I nunc, o simplex Iob, & lauda Deum tuū solito more, etiā nunc quum moreris, quū nihil tibi præter mortem videtur restare. Quasi dicat: iam tandē vides, nihil tibi istam tuā simplicitatē & gratiarum actionē profuisse, quum post omniam mortē ipsam nequeas effugere. Vnde imperatius morere, secundum

Vergil. Æneidos. 4.

secu
dus
vel
qua
absq
de
dica
que
n. V
brad
tua?
riorē
nia ic
gis ex
In a
705, v
dixit
ter O
tum v
ait) ex
pauc
Iob tr
Saluat
dicaui
tanquā
sum est
intellig
mum d
per nec
pus ad
delecta
diabolu
Nihil er
bolus v
vniuers
conuin
nimirū
suum ter
rei testis
superua

secundum hunc intellectū quasi conditionaliter accipien-
 dus videtur, ac si dicatur, licet moriaris, vel etiāsi moriaris,
 vel etiam cū tibi sit moriendū, quū sis morti proximus, &
 quasi morti obiectus. Hebræus quidā Moses Gerundensis
 absq; ironia sic exponit; Lauda nūc Deum, & gratias ei age
 de perpeffis malis, & benedicendo ora vt moriaris. Quasi
 dicat: Sat iam perpeffus es malorum, age deo gratias pro iis
 quę tulisti, & post hac mori magis velis, quā mortē differ-
 ri. Verūm id nō satis videtur conuenire cū eo quod expo-
 brādo eadem præmittit: Adhuc tu permanes in simplicitate
 tua? Ipsa quoq; Iob respōsio increpatoria, satis indicat ama-
 riorē fuisse verborum illorū sententiam. Inter hæc autē om-
 nia id quod primo loco dictū est videtur simplicius, & ma-
 gis ex mente mulieris fuisse. *Dixit autem ad illum vxor sua.*

In æditione antiqua sic legitur: χρόνῳ δὲ πολλῷ προβεβηκό-
 τος, ἡ πύρι αὐτῶ, &c. Hoc est, Multo autē tempore transacto,
 dixit ei vxor sua. Circa quod verbū admodum rationabili-
 ter Origenes disputat de tempore huius miserix Iob, quan-
 tum videlicet tēpus in ea trāsēgerit. Nonnulli enim (vt ipse
 ait) existimauerunt breuissimū omnino fuisse tēpus, vtpote
 paucorum dierum. Alij econtrariō, nimis longum: dicētes,
 Iob tres annos & dimidium egisse in sua miseria, in typo
 Saluatoris, qui tres annos & dimidiū in labore multo præ-
 dicauit. Quam assertionem pluribus rationibus ipse reuicit,
 tanquā irrationabilē. Cuius verba nobis hīc subscribere vi-
 sum est operæpretium: Nos, inquit, scripturæ consentientes
 intelligamus; & sicut intelligimus, ita & asseramus. Hoc pri-
 mūm dicētes & quærētes, cur benedictus deus diutius esset
 perneaturus iustum illum, quum sufficeret breuissimū tem-
 pus ad superandum malignissimū diabolū? Non enim hoc
 delectabatur Deus, vt Iob torqueretur: sed hoc potius, vt
 diabolus conuinceretur, & beatus Iob iustus cōprobareretur.
 Nihil ergo aliud expectauit deus, nisi hoc solū, quando dia-
 bolus vniuersam iniquitatem suā perficeret, & quando Iob
 vniuersam tolerantiam suam adimpleret, vt inexcusabiliter
 conuinceretur diabolus, & iustus verē appareret Iob. Hoc
 nimirū non diuturno annorum spatio, sed breuissimo men-
 sum tempore irrefutabiliter consummatū est. Huius nanq;
 rei testis cōprobatur etiam ipse Iob, dicens: Sustinui menses
 superuacuos, non annos. Nam sicut de mensibus non siluit

Iob, ita multominus de annis nō siluisset, si annos sustinisset. Debuerant ergo hi qui tres annos & dimidiū fuisse passionis Iob astruūt, tres mēses & dimidiū dicere, vt certē vel ex parte veritati nō resisterēt, & dominicū exemplum illud cōsimilarent. Tribus nāq; annis & dimidio prædicauit dominus à baptismo vsq; in passionem. Sic & ipsa historia nō tres annos significat, sed breue mēsu tempus. Primū quidē, per hoc quod cōtingit, cū ei ipsas plagas intulit malignus. Nā semper adhuc primo loquēte, alius superueniebat nuncius. Deinde statim sine mora, læuissima ac terribili illum percussit plaga. Item mox per vxorem seduxit. Deinde cōsequenter in ordinē per amicos reprehēdit. Quæ vniuersa, in paucis mēsibus perfecit. Protinus subsequenter dominus ad eum loquutus est, iustū illum omnibus demonstrans, atq; sanctū illū cunctis testificans, & illis qui tunc fuerunt, & illis qui erunt vsq; in perpetuum. Hæc nanq; intra paucos menses perfici potuerunt. Non enim erat iustum, neq; amplexus est Dei bonitas, vt plurimis annis lamētabilem illam passionem, iustus sufferret Iob. Omnibus itaq; modis demonstrari potest, quia nō plurimis annis, sed paucis mensibus hæc vniuersa impleta sunt. Quomodo enim sufferre poterāt carnes Iob, vel membra, vt tribus annis & dimidio à vermibus ac putredine essent comesta? Quomodo poterant sufficere carnes eius & ossa, vt tribus annis & dimidio amarissimo dolore fuissent vexata, in qua amarissima pœna omnis furor & indignatio maligni diaboli est demōstrata? Hactenus Origenis verba: quæ nos idcirco prolixius citauimus, quod admodū rationabiliter de hac re loqui videatur: nec sit inuoluntate, quid de tēpore passionis Iob sentiri debeat, cognoscere.

Postremò & hoc est notādū, in æditione antiqua plurimā hęc verba interponi vxoris Iob, antequā ad maledictionem suadendam accedat, quæ in Hebræis voluminibus non inueniuntur, neq; item in vulgata modo nostra æditione Latina, quæ tamen Origenes antiquæ æditionis cōmentator, vt ceteras scripturę huius partes, enarrat. Ea tamen non ita multum videantur ad rem facere, quoniā muliebrem tantū exprimunt querimoniā, tamen ob curiosos lectores, ex Græcæ æditione huc transferre volumus. Sic itaque æditio illa habet: Multo autem trāfacto tempore dixit ad illum vxor sua: Vsquequo tu sustinebis, dicens, Ecce expecto adhuc mod-

cum
nata
tus &
auter
Et eg
cum
cidar
nunc
& m
math
mine
cipes
ces g
ri) se
las ci
rum;
tē ast
man
mada
septem
tinuō
cessio
nimir
Alij p
cibum
natur
septem
potior
lud ap
quod
vacan
di in l
illam
detur.
non si
minim
spatio
anteq

cum tempus, sperans spem salutis meæ? Ecce enim exterminata est memoria tua de terra. Filij & filia vteri mei, gemitus & dolores, quos in vacuum portavi cum laboribus. Tu autem ipse in putredine vermium sedes, sub dio pernoctas. Et ego vaga & habitu ancillæ perambulans, de loco in locum, & de domo in domum: expectans solem quando occidat, vt requiescam à laboribus meis & doloribus, qui me nunc comprehendunt. Sed dic verbum aliquod in dominum & morere. *Eliphaz Themanites, Baldath Suites Sophar, Naathabites.* Secundum Origenis sententiam, non vulgares homines aut contempribiles isti erant, sed egregij fuerunt principes, regionum atque prouinciarum suarum domini, & duces gentis suæ. Apud Idumæos enim (cuiusmodi erant hi viri) secundum consuetudinem omnium gentium, per singulas ciuitates & regiones, reges fuerunt & duces prouinciarum; & singuli in regione sua regnabant. Cui sententiæ aperte astipulatur antiqua æditio, quæ sic habet: *Eliphaz Themanitarum rex, Baldath Suitarum tyrannus, & Sophar Nomadarum rex. Sederuntque cum eo in terra, septem diebus & septem noctibus.* Origenes arbitratur, tres istos amicos continuò assèdisse amico suo, absque vlla vel ad momētum discessione, absque cibo item & potu & absque somno, diuina nimirum virtute confortatos, & amici doloribus inebriatos. Alij putant, non sic assiduè illos sancto viro assèdisse, quin cibum potumque statutis temporibus, item & somnum ad naturæ sustentationem, acceperint. Quod autem dicuntur septem diebus & septem noctibus cum eo sedisse, secundum potiorē temporis, illius partem intelligunt, quomodo & illud apud Lucā de Anna prophetissa videtur intelligendum, Luc. 2. quod non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus vacans nocte ac die. Frequens enim est scripturis, huiusmodi in loquendo excessus. Diuus Gregorius in ambiguo rem illam vt incertam, relinquit, nec ad rem facere ita multum videtur. Quod etiam sequitur: Et nemo loquebatur ei verbum, non sic videtur intelligendum, quasi ne verbum quidem minimum quisquam illorum protulerit illo septem dierum spatio: sed quoniam prolixiorē sermonem nemo audebat, antequam Iob ipse occasionem dedisset, incipere:

TERTII CAPITIS

ELUCIDATIO.

Cap. 3.

*I Posthæc au-
rem aperuit
Iob os suum.*



Ostea verò quàm hæc omnia talia ac tâta cer-
tamina pertulisset sanctus Iob: postea quâ tem-
pore aliquâto in tâ inestimabilibus illis dolo-
ribus egisset, atq; cû amicis suis perpetuos se-
ptē dies in silētio sedisset: vt occasione daret

loquendi amicis, quos præ dolore & pudore videbat à ser-
mone cessare, ipse prior nō passione agitatus impatiētē, sed
ex rationis dictamine motus, labia sua ad loquendū aperuit,

*2 & maledi-
xit diei suo.*

Atque vt dolorem suū inestimabilē quantū posset expri-
meret, ei que ex parte aliqua satisfaceret vel indulgeret, que-
rimoniā proposuit, ad excessum vsq; (quantū prima facie vi-

*3 & loquu-
tus est:*

deri possit) grauiissimā: incipiēs à maledictione diei natiuita-
tis suæ iam olim præteritæ, quæ sibi fuit initiū malorum om-
niū quæ perferebat. In hanc videlicet diē mala multa secun-

*4 Pereat
dies, in qua
natus sum.*

dum imprecationis modū congerens, quæ tristibus & infau-
stis diebus solēt inesse, diei illius infelicitatē & tristitiam in

*5 & nox in
qua dictū est
conceptus est
homo.*

qua ad tâta mala ferēda mūdo processit, ita voluit declara-
re. 3 Secundū rationem itaque enūcians, quæ secūdū affe-
ctum sensitiuū patiebatur, in hūc loquutus est modū. 4 O

*6 Dies illa
vertatur in
tenebras.*

tātis perferēdis misēriis edidit in lucē. 5 Et o noctē terque
quaterq; infelicē, in qua cōceptus sum in vtero matris, vt
verē de me dici poterit: Hac nocte puer iste cōceptus est.

*7 Nō requi-
rat eum deus
desuper, et nō
illustretur lu-
mine.*

6 Debuit profecto dies ille habere quicquid est horridum,
& quicquid tristē aut odiosum hominibus reddit diē. Hor-
rēdis videlicet tenebris debuit obscurari, nō adornari sere-

*8 Obscurent
eum tenebræ
& vmbra
mortis.*

neque illū requirere ad illustrandū lumine, sicut dies cate-
ros: sed magis in tenebris debuit ille permanere, ad modum
noctis horridus. 8 Obscurare illū debuerunt tenebræ den-

*9 Occupet eū
caligo, et in-
uoluatur a-
maritudine.*

sissimæ, vt esset quasi mortis quædam vmbra horribilis, &
quasi tenebrofi inferni quædā imago. 9 Occupari debuit

10 Noctē il-

& superuinci à nubibus dēfissimis, & obscura scēridāq; ne-
bula, ne lucidus fieret aut serenus: & (vt summatim dicam)
totus ille dies omni debebat inuolui amaritudine, debebāt-

que in hunc cōuenire quæcunque tristē, in amaritū, odio-

lum & ingratum apud homines efficiūt diēm. 10 Sic item

nox

nox
deb
tas
est d
fuer
bu
nox
ita f
mag
ria a
mer
quer
star
L. di
que
nebr
vitio
uiat
lum,
cum
bere
sti no
genu
na es
la ter
earu
ipsa c
dign
lumin
dign
nati
hi ini
toler
clufic
ram,
niam
ne in
sem n
oculis
cipere

nox illa conceptionis meæ, tenebroso & horrido turbine *lam tenebro-*
 debuit cōfundi, ne esset in ea tranquillitas aut grata sereni- *sus turbo pos-*
 tas, quæ bonas & gratas hominibus noctes efficiunt. II Nō *sideat,*
 est digna dies illa vt cōputetur inter dies anni: sed quasi nō *II Nō cōpu-*
 fuerit, sine memoria potius debet præteriri, neque in mensi- *terur in die-*
 bus simul cum aliis diebus connumeretur. 12 Neque etiam *bus anni, nec*
 nox illa conceptionis meæ digna est, quæ simul cum adiun- *numeretur in*
 ta sibi die cōnumeretur cæteris anni diebus. Debet autem *mensibus.*
 magis nox illa, tanquam nimium infausta & infœlix, solita- *12 Sit nox il-*
 ria æstimari, & cæteris nequaquam comparari vel conu- *la solitaria,*
 merari, nec vlla laude vel vllis carminibus lætis celebrari, *nec laude*
 quemadmodum solent noctes quædam, ob rerum in eis ge- *digna.*
 starum memoriam, in canticis & gaudiis expendi. 13 Ma- *13 Maledicant*
 ledicant huic nocti etiã illi qui diei solēt maledicere, diem- *ei qui male-*
 que & lucem habere odio, noctem potius amantes cum re- *dicunt diei.*
 nebris, homines nimirum impij, ofores veritatis & virtutis,
 vitiorum autem amatores: 14 qui parati sunt suscitare le- *14 qui parati*
 uiathan, serpentem tortuosum draconem antiquum, diabo- *sunt suscita-*
 lum, eius suggestionibus & desiderijs perficiēdis sedulo in- *re leuiathan.*
 cumbentes: Etiam hi (inquam) impij quãuis soleant odio ha-
 bere lucem diei & amare tenebras noctium, huic tamen no-
 cti non benedicant, sed maledicant potius, quæ ad tãtas me-
 genuit miseras. 15 Debit vtique meritò tã tenebris ple- *15 Obtene-*
 na esse nox illa, vt etiam stellæ firmamenti lumen suum in il- *bratur stellæ*
 la terris non possent effundere, atris & caliginosis nubibus *caligine eius.*
 earum claritatem offuscantibus. 16 Denique ad occasum *16 Expectet*
 ipsa declinante, cum iam diei videretur aduentura claritas, *lucem, & nō*
 dignum fuisse non aduenire lucem, quæ nouissimum eius il- *videat, nec*
 luminaret, neque ab aurora surgente in primo exortu solis, *ortum surgē-*
 digna fuit illuminari. 17 Idcirco autē sic mala precor diei *tis auroræ.*
 natiuitatis & nocti conceptionis meæ: quoniã vtraque mi- *17 Quia nō*
 hi initium fuit & ianua, ad hæc omnia quæ nunc patior in- *cōclusit ostia*
 tolerabilia & ineffabilia mala: quoniam videlicet non con- *ventris quæ*
 clusit dies illa, sed aperiri permisit, matris me gestantis vt- *portauit me.*
 rum, vt immundum prodire ad omnes has miseras, & quo- *18 Nec abstru-*
 nam nox illa non timuit conclusum matris meæ ventrem, *lit mala ab*
 ne in eo conciperer. 18 Si enim conceptus tunc non fuif- *oculis meis.*
 sem neque natus, mala ista omnia iam nō sustinerem, neque *19 Quare nō*
 oculis meis in memetipso viderē, nec sensibus cæteris per- *in vultu mōr-*
 ciperem. 19 Heu me miserum tantis passionibus natum. *tus sum?*

- 20 *Quare* 20 Nonne præstitisset mori in utero matris, antequam in lucem egressus ex utero non statim mori fuisset æditus; aut certè statim à partu, priusquàm ad rationis usum peruenissem, & passionum istarum fecissem periculum? 21 Ut quid me de utero egredierem sedula obstrictrices exceperunt genibus atque fouerunt, & nõ potius in terram colapsus fui mortuus, ut istas modò nõ sentirem miserias? Vel quare postmodum me lactauit mater uerberibus, & non magis fame perij, si tanta me in hac misera vita manebant pericula atque supplicia? Longe namque minor fuisset dolor, si tunc perissem, quando nondum uigebat ratio, nec erat sensus integer doloris, quam nunc sit ista intolerabilis passio, in qua infelix uitam miseram dego. 22 Nam si quidem tunc perissem, nõ mihi nunc ita male esset in tantis afflictionibus corporis quas patior: sed quasi dormiens, olim uita defunctus, nunc requiescerem, ab istis que sunt in hac uita passionibus prorsus liber & immunis, nec ulla me turbaret afflictio.
- 23 *cum regibus & consilibus terra, qui edificantes sibi solitudines.* 23 ex illis quibus in hoc mundo nunc affligor, 23 essem que hac in re par regibus & magistratibus siue imperatoribus mundi huius, qui sibi dum in mundo uiuerent edificabant magnifica palatia miræ amplitudinis, ut quasi solitudines quædam & deserta esse uideatur. 24 item cum principibus seculi huius diuitiis auri & argenti aliarumque rerum præstantibus, qui affectu peculiari aurum diligunt ac possident; argentum uero in tanta coaceruant abundantia, ut quasi domos uideantur illo implere. Cum his (inquam) ego nunc æqualem haberem portionem, si olim in utero, aut statim post partum perissem. Nam post mortem, quantum ad ea que in hoc mundo sunt, æqua est fors omnium. 25 Item quomodo abortiuum in utero matris absconditum, quod nunquam uitam accepit rationale, expers est omnium miseriarum que hic sunt in mundo: 26 similiter & illi fœtus, qui in utero quidem uitam acciperunt rationalem, sed rursus eam perdunt antequam prodierint in lucem: sic & ego nunc nõ subsisterem in tantis afflictionibus, nec præsentis uitæ ulla mala sentirem. 27 illic id est in morte, magna est rerum præteritarum commutatio. Impii namque hominum oppressores, qui cum uiuerent omnia miscbant tumultibus, & inquietudine sua mundum uidebantur conturbare, illic in morte siue post mortem, ab omni huiusmodi tumultu cessant. 28 Et qui donec hic uiuerent in uita corporis, seipos defatigabant in robore suo, uiti bel-

licosi aut operarij fortes, illic i morte ab omni suo opere ces- *qui uerunt fes*
 sabunt, nec se ultra laboribus vitæ pristinae de fatigabunt. *si robore.*
 29 Et illi qui olim in vita ab oppressoribus uincti teneban- *29 & quon-*
 tur, grauibúsque affligebantur malis vitæ præsentis, illic pa- *dã uincti pa-*
 riter cum prædictis sine vlla molestia requiescunt, liberi ab *riter sine mo-*
 omnibus illis malis quibus hîc per vim opprimebantur, *lestia,*
 30 Neque audiunt illic minaces voces exactorû suorû, aut *30 non au-*
 dominorû siue oppressorum; à quibus uincti detinebantur, *dierunt vo-*
 à quibus solent pauere, timentes rapi ad mortem, vel ad sup- *cẽ exactoris.*
 plicia: illic ab omni huiusmodi timore & periculo erunt li-
 beri. 31 Non est ibi inter magnum & paruû, diuitem & pau- *31 Paruus &*
 perem, nobilem & ignobilem, fortem & debilem, vlla diffe- *magnus ibi*
 rentia. 32 Est quoque illic seruus liber & absolutus à iure *sunt,*
 domini, non ultra illi obligatus & obnoxius, vt erat dum in *32 & seruus*
 mundo uiueret, nec in vlllo ultra subiectus aut inferior. Si *liber à do-*
 quidem cum morte perit seruitutis obligatio, vna cum au- *mino suo.*
 thoritate & iure dominij. 33 Et quorsum iis qui in mise- *33 Quare mi-*
 riis vitam degunt, datum est videre lucem istam corporei *sero data est*
 solis, postquam ea non possunt ad gaudium & lætitiã per- *lux, & vita*
 frui? Aut quorsum data est illis vita, qui affliguntur amari- *bis qui in a-*
 tudine animi, ita vt non eis liceat ad voluptatem & iucun- *maritudine*
 ditatem vitæ perfrui? Optabilius siquidem videtur (quan- *animi sunt?*
 tum ad hanc corporis vitam attinet) omnino non videre
 solis lucem, quàm videre & in ea non posse gaudere: item
 non viuere, quàm in doloribus viuere. 34 Illis (inquam) *34 Qui expe-*
 quorsum data est lux & vita, qui præ miseria & amaritu- *lant mortẽ,*
 dine animi mortem desiderant & auidè expectant, nec ta- *& nõ venit,*
 men eam possunt assequi: qui cum magno & anhelo desi- *quasi effodiẽ*
 derio mortem quarunt & concupiscunt, ad eum modum *tes thesaurũ.*
 quo effodientes terram ad inueniendum thesaurum quæ-
 runt & anhelant auidissimè, donec inueniant. 35 adeoque *35 Gaudẽtq;*
 ingens habent huius vitæ tædium & mortis vehemens de- *vehementer,*
 siderium, vt mirum in modum gaudeant & exultent, cum *cum inuen-*
 mortem appropinquare viderint, & quasi sepulchrum sibi *rint sepul-*
 parari conspexerint, cum alterum iam pedem cœperint mit- *chrum,*
 tere in sepulchrum: scientes per temporalem mortem om-
 nium malorum huius vitæ finem imminere. 36 Quare (in- *36 Vivo cutus*
 quam) vita & lux data est hominibus, quorum est abscon- *abscondita*
 dita in tenebris via vitæ huius? 37 qui præ miseria igno- *est via,*
 rant quid agant, quos deus quasi tenebris circûdedit, tristitia *37 & circû-*
 & ad-

- dedis eū do-* & aduersa plurima super eos inducēdo, ita vt uiuant in so-
minus tene- licitudine & auxietate maxima, vt prę miseria nusquā libeat
bris. vel liceat prodire in lucē, sed magis in tenebris eligant per-
 38 *Antequā* manere absconditi? 38 De quorum numero proculdubio
comedam su- nunc sum ego, qui sine suspiriis multis cibū sumere non va-
spiro et quasi leo, neque proposito cibo à suspiriis me cohibere: & prę ui-
mundātes a- mis doloris acerbitate sic clamo & quasi rugio, ad eum mo-
quæ sic rugi- dum quo aquæ multæ inundantes & crescentes, quasi ru-
tus meus, gitum quendam emittunt. 39 Nimirum quia id quod sem-
 39 *quia ti-* per secundū naturam corporalem, siue secundū sensitiuum
mor quem ti affectum timui, iam mihi euenit: & à quo semper secundum
mebam eue- sensum abhorruit, id nunc mihi accidi, afflictio uidelicet gra-
uit mihi, & uisissima & miseria summa, quā semper exhorruui, quemadmo-
quod vere- dū & naturaliter omnis homo quæ corporis afflictio sunt
bar accidit. meruit, & quæ delectabilia prosequitur. 40 Et in omnibus
 40 *Nōne* his, nullius, mihi sum conscius mali, quo aduersitatem istā tā
disimulauit? grauem uideri possim cōmeritus. Ego enim inter homines
 (quātū quidem mihi attestatur conscientia) non in crudeli-
 tate aut iracundia vixi, sed in lenitate & māsuētudine: adeo
 non opprimens alios vel inuadens, vt læsus etiā ipse vindi-
 ctā non poposcerim, sed potius dissimulauerim: malens inu-
 riam ipse pati, quā aliis inferre. 41 Sic & linguā pro uirili
 41 *Nōne* *41* In quiete insuper & pace vitam ducere semper labora-
silui? *ui,* à tumultibus aliarum rerum atque secularium negotio-
 rum occupationibus, quantum mihi licuit, me ipsum abdu-
 cens: quibus quise nimium ingerunt, frequēter non imme-
 42 *Nōne* *42* ritō in casus graues incidunt. 43 Quantumuis autem sic
quicui? *ui,* mansuetudine, in silentio & quiete, conatus fuerim semper
 43 *Et uenit* ritō in casus graues incidunt. 43 Quantumuis autem sic
super me in- mansuetudine, in silentio & quiete, conatus fuerim semper
dignatio. uitā ducere: his tamen omnibus non obstantibus, nunc ad-
 uersum me indignationem dei sentio, plagam & correptio-
 nem grauisimā sustineo: unde me dolor cogit, tam tristem
 querimoniam lamentabili uobis o amici eiulatu proponere,
 vt vos deinde rupto liberē silentio, grauissimē afflictio
 uerbum proponatis solatij.

ANNO TA.

ANNOTATIONES IN CAPVT III.

Post hac aperuit Iob os suū, & maledixit diei suo, &c. Consurgit hoc ex loco perplexa satis difficultas super verbis istis maledictionis quæ protulit sanctus Iob diei suo maledicens. Malitiosi Hebræorū Rabini ex impatientia verba ista procedere, ac blasphemiā sapere impudenter asseuerant. Itē & alia multa ipsius beati Iob verba in sequēti disputatione, quæ à catholicis viris piē exponuntur, impij isti in sensum peruersum interpretantur, quasi Iob nimia passione perturbatus, quæ nō decet falsitatis dogmata præ impatiētia protulerit, vt solēt nōnunquā homines ex passionis impetu effundere cōtraria, iis quæ ante passionē sentiebāt. Nec mouentur illi scripturæ verbis nec domini testimonio, nec deniq; sentētia illa finali, quā post absolutā disputationem pro sancto viro dominus protulit. Cum enim aduersum illos adducitur testimoniū domini ad Satan: Nunquid considerasti seruū meū Iob, quod nō sit ei similis in terra, &c. Item illud scripturæ post vtramq; victoriam. In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neq; stultū quid contra deum loquutus est, respondent dicta hæc esse de Iob, antequam ingrederetur disceptationē, nondū prolatis impatientiæ verbis. Diebus namq; aliquot patientē illū dicūt perseuerasse in passionibus, postmodū verò rupto silentio in blasphemiā quandā & stultitiā prorupisse. Vnde & hoc signanter notandū putant illi improbi, quòd in laudibus beati Iob non legatur, sapiens fuisse aut prudens, sed rātūm de simplicitate & rectitudine, & timore dei ac fuga mali commendatur, istaq; impatientiæ & stultitiæ verba, insipientes illi in argumentum assumunt, quod Iob sapiens non fuerit. Quorum vel ex hoc insipientia satis clarē deprehenditur & meritò refellitur, quæ simplicitatem & rectitudinem à sapiētia disiungi posse existiment, quæ abinuicē separari haudquaquam valēt. Deinde quod in fine dominus pro Iob sententiā proferens, ait: Non estis loquuti rectū coram me sicut seruus meus Iob, ad pœnitentiam beati Iob referunt, dicentes ipsum apparente sibi domino ex animo egisse pœnitentiam de stultitia & blasphemia quā fuerat proloquutus cum esset in passione possit &

ANNO TATIONES

tus & quasi à Deo ad tēpus auersus, vt solent ad cor redire homines Deo ad se visibiliter, vel inuisibiliter, per gratiam adueniente, qui dum videretur eis abesse Deus, per tērationem aliquam paululum fuerant auersi. Horū autē Iudæorum improbā sententiam, & impiam interpretationē catholico- rum virorum nemo sequitur, omnibus vno ore beatum vi- rum Iob, per totā libri huius seriem ab impatientia & omni blasphemia liberrimū asserentibus. Cū enim in hoc libro san- ctus Iob posteris omnibus proponatur in singulare exēplū, & peculiare spectaculum patiētiae, quemadmodū ex Iacobi epistola supra ostēdimus, nequaquā conueniēs videtur ad- mittere, quòd per ipsam suā probationem ad impatientiam adactus verba blasphemia, & impia protulisset. Alioqui in eo non patientiae, sed impatientiae exemplum monstratur, po- tiusq; Hebræorū iudicio penitentis formā, quā patientis, nos ipse exhibebit. Deinde & Hieremix nos illis proponi- mus exemplum, & quid de illis verbis secundū speciem, nō minus impatientiam, aut blasphemiam sonantibus sentiant interrogemus, qui non solum diem maledixit suæ natiuitatis, sed illum quoq; qui patri huiusmodi nuncium attulisset horrenda maledictione percussit, ita vt eū Sodomę & Go- morrhæ subuersis igne & sulphure optet fieri similem. Ma- ledicta dies, inquit, in qua natus sum, dies qua peperit me

Hierem. 20. mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir qui annuncia- uit patri meo dicens: Natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille, vt sunt ciuitates quas subuertit dominus & non pœnituit eum. Audiat clamorem mane & vluuū in tēpore meridiano, quia non me interfe- cit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrū, & vulua eius conceptus æternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderē laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei? Alibi quoq; exclamans ait: Væ mihi mater mea, vt quid genuilli me? Hunc verò in vtero sanctificatū, non at bitrot impatientiae & blasphemiae à Iudæis nota infamandū. Nec proinde sanctus vir Iob, qui tam magnificū habuit à domi- no testimoniū, ex verbis istis blasphemus, aut impatiēs asse- mari debuit. Sed quid nos aduersus improbos illos agimus? Origenem potius illorū insipientiam & impudentiā tradu- centē audiamus. Hæc inquit verba Iob, audientes quidā ex vertibus ac insipientibus, atq; imperitis accusare, atque

reprehen

reprehen
blasph
restitit
struen
cusasti
mici te
ti quic
Iob. Q
mulun
quis sa
gredia
maxim
vt etia
ret, &
stum e
vel acc
omnia
diem
accuse
maledi
natioit
quetus
go rep
accusa
cusat, v
enim &
sunt. E
Sed &
glorio
me qu
post m
Si autē
sicut H
Anteq
de vult
deinde
tionē c
fuisse s
Iob ser
dicti su

reprehendere iustum Iob ausi sunt, quasi qui Deum suum blasphemauerit & diem suum maledixerit. Quibus duriter restitit ipse Deus, in finem huius scripturæ, cum veracem a-
 struens Iob dicit ad Eliphaz: Peccasti tu qui de peccato accusasti Iob, Iob verò non peccauit. Peccaui tu & duo amici tui. Ob quã rem? Ob hoc, inquit, quia non estis loquuti quicquam veritatis in conspectu meo, sicut famulus meus Iob. Quẽ ergo ipse Deus irreprehensibilem confessus est famulum suũ eum appellando, & hoc in finẽ totius tolerantie, quis sanus criminari audeat? Quis sapiens reprehendere aggre-
 diatur? Quis enim accusabit aduersus electos Dei? Iustum maximè quẽ tantũ elegit & sibi dignũ testificarus est, ita ut etiam sacerdotẽ illum delinquentiũ amicorũ constitueret, & per illum peccata eorũ illis promittere remitteret. Iustum ergo qui à Deo purgatus est, quis audeat reprehẽdere vel accusare, quasi illicitè diem suũ maledicẽtem? Super quẽ omnia ò viri si ob hoc reprehenditur Iob, vel accusatur, quod diem suum maledixerit, reprehendatur pariter cum illo, vel accusetur sanctissimus Hieremias propheta. Nam sicut Iob maledixit diẽ natiuitatis suæ, ita & Hieremias deuouit diẽ natiuitatis suæ, & omnia consequenter similiter ut Iob loquutus est de die natiuitatis, atq; de cæteris omnibus. Si ergo reprehendit quis, vel accusat, utroq; reprehendere vel accusare debet & Iob, & Hieremiã: & si de blasphemia accusat, utroq; debet accusare & Iob & Hieremiã. Vterque enim & Iob & Hieremias similia dixerunt, similia loquuti sunt. Eundẽ diẽ natiuitatis suæ maledixerũt, atq; deuouerũt. Sed & Iob beatus est in cõspectu domini & Hieremias est gloriosus cũ sanctis. Væ autẽ his qui sanctos blasphemauerunt qui amicos dei accusauerint, maximè quos etiam deus post mortẽ memoria honorificauit, sicut Iob de quo dicit. Si autẽ steterit Iob & Noë & Daniel, in cõspectu meo, aut sicut Hieremiã, quẽ in vita plus omnibus magnificans dicit: Antequã formarem te in utero noui te, & antequam exires de vulua sanctificauit te, & prophetã in gentibus posui te. Ac dein de concludens sermonemq; ad verborum Iob explanationẽ conuertens sic ait: Postquam autem irreprehensibiles fuisse sanctos ostendimus, nõ nos sed etiam ipse Deus beati Iob sermonũ commemoremus, qui bene à sancto illo sancti dicti sunt, male autem ab impijs in blasphemiam versi sunt.

Hæc nos

ANNOTATIONES

Hactenus Origenis verba, quæ nos idcirco prolixius hinc adduximus vt nō solū rationis apparētia, sed grauioris insipientia sue potius infātia, qui cū deo pugnare & quasi ex opposito sibi iudicij soliū cōstituire nō formidāt. Quibus proinde in sua cæcitate relictis, quibus ob immodicū generis carnalis amorē & alienigenarū vetus odiū, nihil tortè libere bene vel sentire vel dicere de Iob non Israēlita ad catholicorū & orthodoxorū sententias trāseamus, & quibus rationibus ab impatiētia Iob defendi possit videamus. Et primū quidē veterū qui in hūc librū cōmētarios edidere, sententiā proponamus. Beatus Gregorius in ea est sententia, vt verba ista nequaquā secundū literā posse intelligi existimet, et proinde mysticū intellectū primariō hīc esse requirēdum, iuxta regulam de ratione exponēdi scripturas sacras à sanctis patribus traditā, illic primario mysticum sensum aliqui esse perquirendū intus absconditū, vbi superficies ipsa verborū nullū ostendit cōmodā intelligentiā literalē. Sic & in supraposita maledictione Hieremię Prophetę, idem doctor mysticē omnia interpretatur, per Prophetā fluctuātē, intelligens generis humani mutabilitatem, per patrem eius matrem istum in quo nascimur, per nunciū natiuitatis diaboli aliāq; huiusmodi. Itē & illā maledictionē Dauid pro morte Saul & Ionathæ, Montes Gelboë nec ros nec pluuia veniat super vos, nec sint agri primitiarū, quia illic abiectus est clypeus fortiū, clypeus Saul quasi non esset vnctus oleo omnia mysticē interpretatur de Iudæorū sterilitatē. Sic & in proposito moraliter omnia dicit intelligenda, vt per diem cui maledicitur mortalitatis hoc tēpus in quod per peccatum incidemus intelligatur, in quo quā diu agimus, æternitatis lumen non videmus. Propter quod optat vir sanctus diem istum perire, tanquam si dicat: Dies mutabilitatis pereat, & lumen æternitatis erumpat. Eiusdem sententię est & Philippus illo multo antiquior, vtpote Hieronymi auditor, qui licet paucis literalem sensum attingat, quasi ex aliorum sententia, ipsē tamen moralitatem ex sua sententia præhigit. Nos, inquit, potius hoc dicamus quod & omnes doctores Ecclesię tradunt, quia Iob qui typum habuit saluatoris, in se humani generis mortalitatem defleuerit, quæ propter peccatum ex Dei iustā sententia homini sit inflicta, & inde loqui

Io
Ch
mi
& l
ph
(i
spir
ver
fitt
nihil
dun
Ori
se d
velu
est c
creat
inter
terat
bus i
omni
ratio
uitat
nis fir
tius b
ctus d
admo
hæc m
rō ore
lo, neq
neque
feceru
rit Iob
omni
rem qu
aurē di
ception
clarat. I
tiam su
re natu
turam a

loqui incipiat, dicēs: Pereat dies in qua nat⁹ sum. Redeat per
 Christū immortalitas quā per Adā reatu prauaricationis a-
 misit, & abeat mors à me, quam alio delinquēte cōtraxi. Sic
 & Hieremiā dicit maledicere diei natiuitatis, ambōsq; pro-
 phetię spiritu impletos ī futura tēpora respexisse. Nō enim
 (inquit ipse) in totū stomachātes hoc dicūt, sed prophetię
 spiritu adimpleti, futura tēpora Christi pronunciant. Græci
 verò authores Origenes & Chrysostomus, in verbis propo-
 sitis nullā quærunt moralitatē, sed ad literā ea accipiunt, ac
 nihilominus ab omni blasphemia Iob liberū seruare cōten-
 dunt. Idque plurimis rationibus. Primū quidē hoc notant
 Origenes & Chrysostomus, q̄ Iob scribitur nō maledixisse
 diei dei, neque creaturę aut creationis dei, sed diem suum,
 velut indicare volens q̄ non diem natiuitatis quatenus dei
 est creatura malediceret, tanquā iniuriam cupiens inferre
 creatori, sed tantū suos dolores atque miserias deplorare
 intendens, quorū omnium natiuitatis dies sibi initiū præsti-
 terat. Siquidē natiuitatis dies quæ introitū præbet homini-
 bus in mūdū hunc miserabilē, initium est homini malorum
 omniū, quę sustinere ipsum hīc cōtigerit. Qua etiā cōside-
 ratione, Ecclesiastes dixit mortis diē esse meliorē diē nati-
 uitatis, q̄ hæc initium præbeat multorum malorum, illa boni
 finem faciat malorum omnium, aditūque præstet to-
 tius boni. Non solū autem deo non fecit iniuriam vir san-
 ctus diē suum maledicens, sed nulli omnino creaturę, quę
 admodum expressē testatur Origenes his verbis: Vniuersā
 hæc mala sustinebat Iob gratias agens deo: loquebatur ve-
 rò ore ea quæ nec deo, nec angelis, eius sanctis, neque cœ-
 lo, neque terræ, neq; hominibus, neque pelago, neque aëri,
 neque vllis quæ sunt in natura, ad aliquam contumeliā pro-
 fecerunt. Et iterum: Cū ista ergo quæ non sunt maledixe-
 rit Iob, & ea quæ non sunt perire voluerit, irreprehensibilis
 omnino in omnibus permanebat. Vehementem enim dolo-
 rem quem sustinebat, desiebat absque vllius molestia. Quod
 autē dicit Iob maledicendo diei & nocti natiuitatis & con-
 ceptionis suæ, nulli rei maledixisse, duobus modis ipse de-
 clarat. Primū, intelligens diem non habere vllam substan-
 tiam siue naturam. Sic enim ait, diem vel horam non habe-
 re naturam neque substātiā, & nomen quidem habere, nā
 turam autem non habere, videlicet quoniam tantūm secun-

dum transitum consideratur ipsius solis siue lucis solaris super terram, & quia sic solum in transitu & decursu consistat stabile nullum esse habens, ut ipsi in se nocere quisquam possit. Secundò diem considerans ut iam præteritum qui tum non erat, cum ei vir sanctus malediceret, sed multo antè tráserat. Quæ ambo in eodè verbo Origenes insinuat, cum concludendo antè latius dicta, sic ait: Iob benedicendo & gratias agendo deo, diem qui nec visionem, nec naturam, nec substantiam habet maledicebat, vel potius eum qui non erat, sicut superius ostensum est. Verùm aduersus hanc Origenis sententiam Gregorius literalem sensum horum verborum prorsus destruere & subruere contendens, ita argumetur: Cur, inquit, vir tantum ei malediceret rei quam nequaquam subsistere non ignoraret? Sed fortasse aliquis dicat, quod ex eo pondus virtutis eius aspicitur, quia tribulatione commotus illi rei maledictum irrogat, quæ constat, quod nequaquam subsistat. Sed hoc citius perspecta ratio destruit, quia si subsistebat res cui malediceret, pernitiosum maledictum intulit: si autem non subsistebat, otiosum. Quisquis verò eius spiritu plenus est, qui dixit: Omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, rationem reddent de eo in die iudicij, ita otiosa admittere, sicut etiam perniciosam formidat. Hactenus Gregorius prædictam Origenis sententiam, authoris tamen nomine tacito aperte oppugnans. Cui sanè obiectioni ex ipsis Origenis verbis, quæ ad supra citata euestigio adiungit, non magno negotio potest satisfieri. Cum enim verbum otiosum, (iuxta ipsiusmet Gregorij in fine septimi libri Moralium definitionem,) censeatur illud esse quod aut ratione iustæ necessitatis, aut intentione piæ utilitatis careret, manifestum erit verba Iob secundum eum sensum quo diem suum qui non erat maledixisse, intelligitur non esse verba otiosa, si declaratum fuerit ea vel rationem habere iustæ necessitatis, vel intentionem piæ utilitatis. Pulchrum est verò Origenes in his verbis intentionem declaratam piæ utilitatis, quum ita post supra citata subiungit: Sed fortassis dicit aliquis. Cur omnino hoc dicit, vel cur hoc loquutus est? Audi o homo. Ob hoc loquutus hæc dicit, quia validiores dolores eum apprehenderant, magis quam nunc tu arbitrari possis, quia lamentabiliores sustinebat miseras, magis quam tu cogitare vales. Nam quæ ille sustinebat si nunc videres, nec ad videndum omnino sufficeres. Ac post pauca: Loquebar

quæbatur (inquit) nimirum quasi miseriam ventilans, quasi
 ærem verberans, quasi dolorem deferens, quasi atædiatus,
 & molestiam passus atque anxius pro vehementioribus pas-
 sionibus, & fortioribus doloribus, loquutus est tanquã qui-
 libet in dolore positus querens remediũ, tanquã quis in do-
 lore dentiũ, aut oculorũ, aut aurium frequẽter parietes un-
 gulis exarat præ nimietate doloris quẽ sustinet, corrasis os-
 sibus & palpebris atque auribus. Sic & beatus Iob cũ perfo-
 rarẽtur ossa eius, & liquefierent carnes eius, locutus est ma-
 ledicens diem qui non erat. Hactenus Origenes: In quibus
 omnibus, satis lucidẽ nobis proponitur piæ utilitatis inten-
 tio, quæ in verbis beati Iob considerari potest. Intendebat
 videlicet vir sanctus, absque ullius nocumento vel iniuria,
 suo dolori inestimabili & intolerabili, aliqua ex parte vel fa-
 tiffacere, vel indulgere. Quemadmodum enim nonnullam
 adfert consolationem iis qui in grauissimis agunt passioni-
 bus, parietem cedere, pannos mordere, manus complode-
 re, ululatum emittere, item quomodo plenis animi mœsti-
 tudine nõ nihil leuaminis præstant lachrymæ, suspiria, & ge-
 mitus, sic in proposito de beato Iob in acerbissimis dolori-
 bus constituto ille videtur dicere, quod huiusmodi maledi-
 ctione in rem quæ nusquam subsistebat prolata, & huiusmo-
 di querimonia in qua suam miseriam deplorabat, suum ut-
 cunque dolorem leniebat. Quomodo autem illa quæ iam
 dicta sunt, grauius laborantibus præsent nonnihil leuami-
 nis manifestius per contrarium discimus: quoniam si fortẽ
 vel per vim, vel per pudorem, vel alio quouis modo illi in
 grauissimis doloribus positi prohibeantur ab eiusmodi, id
 est à querimoniis, ab ululatu, à fletu, ab apprehensione cir-
 cunstantium rerum, ad quæ tales ex passionum vehemen-
 tia excitari solẽt, aggravabitur illis dolor & passio. Quem-
 admodum igitur nec impiæ, nec otiosæ sunt lachrymæ, ne-
 que gemitus otiosi hominis in grauissimis passionibus con-
 stituti, quos emittit causa animi leuandi aut mitigandi dolo-
 ris, sic ista Iob querimonia grauis, quæ à maledictione incipit
 rei non subsistentis, nec impia est, nec otiosa. Siquidem iis
 qui plenum amaritudine gestant animum, libera querimo-
 nia etiam soli nonnihil præstat leuaminis, multò verò magis
 apud amicos. Ioannes quoque Chrysostomus in verbis Iob
 utilitatis piæ intentionem considerat, cuius primũ ver-

ba super hac re proponemus, deinde sententiã clarius explicabimus. Sic itaq; ille ait : Cum illos amicos calamitas superasset, nemòq; ausus fuisset silētij vocē frāgere, primus ipse verba incipit, ianuã aperit patiens non patientibus. Scimus omnes quoniam his qui passionibus, qui tribulationibus aut alio mœstitiæ morbo laborant, prius vocē rumpere quisque pudore tenetur, ne importunus aliquis virtute aut exempli magister videatur. Si autem viderit incipientē sine periculo & pudore sequetur. Hoc fratres & consuetudo docet, & re ipsa exercitatio suggerit. Vt ergo vidit Iob passionem amicorum solatiũ excludere, portã aperit patiens, & quãprimum incipit velut tragœdus quidã de calamitate dicere, prorsus vbique blasphemix sensum fugiens. Prima vox Iob: Pereat dies in qua nat⁹ sum, &c. Nō impiè agēs hęc dicit, sed patiens. Et vide quid facit. Quemadmodũ si quis apostematis morbo circũuentus ferro recidatur à medico, non habens quomodo recidenti aduersetur, circũstãtia rãgit siue apprehendit, atq; astantes mordet, illis quidem inferre nil habens, ad medicũ autẽ extendere manũ nō volens. Sic & Iob blasphemix magnitudinẽ timens, facit inanimatis iniuriã, atq; fiduciam passione adauget, nō cõtra deum audens, sed se deniq; accusans. Hęc ille: In quibus verbis dũ primo loco ait, Iob idcirco loquutum esse, vt portã loquendi aperiret amicis tantibus, intentio vtiq; piæ vtilitatis vna consideratur. Ad hoc enim verba ista Iob prior dicitur loquutus, vt amicis suis ex quibus consolationem aliquã se accepturũ sperabat, ausum occasionemq; loquendi præberet, tã graui verò querimonia est vsus, vt ex hoc æstimata doloris magnitudine, efficaciorẽ amici satagerent adhibere cõsolationẽ. Quãtò enim grauior est querimonia amici patientis, tãtò efficacior requiritur cõsolatio amici cõpatientis, apud quem fit querimonia. Deinde quem ait Chrysostomus, adhibita similitudine patientis, & medici incidētis, sanctũ Iob à blasphemia Dei abhorrentẽ inanimatis facere iniuriã, altera ostẽditur piæ vtilitatis intentio. Quemadmodum enim prudenter & bene facit patiens, cum parietem, aut lecticã, aut aliquid huiusmodi cui nocere nō potest pugnis cedit, aut etiam seipsum, vel seruum & ancillam in quos habet libertatẽ & potestatem, si propter reuerentiam erga chirurgicum id faciat, eo sine vt ab eo in aliis occupatus manus absteineat, nec illi irrecue-

irre
vel
pat
de l
die
qu
uita
mul
Qua
nibu
infe
cien
beat
debe
dolo
rietẽ
hem
bitõ
mat.
detur
litera
tiofir
affigr
riq; a
lit. Ea
malec
solam
seculi
ex vu
nequ
beati
maxim
ser ser
(Tan
nibus
perser
tentio
plam
cione
dolor

irreuerentius contingat, non autem vt vlli rei vel animatæ vel inanimatæ noceat, neq; vlllo pacto hoc debet ascribi impatientiæ aut stultitiæ, sed magis prudentiæ & paciëntiæ: sic & de beato Iob dicendū purat, idcirco eum de suo natiuitatis die multa mala dicere, ne fortè verbum excidat in creatorē, quod vllam ei blasphemiam inferat. In diem enim suæ natiuitatis preces secundū speciē malas cōgerit, & seipsum multis querimoniis onerat, ac quasi pugnis cedit, dum ait: Quare non in vulua mortuus sum, & c. Quare exceptus genibus, lactatus vberibus? sic nulli rei nocuentū inferēs, vel inferre cupiens, suo autem dolori quærendo vtcunq; satisfaciens, ne fortè si nimium restringatur, & penitus exire prohibeatur, magno impetu tandē erumpens, in eum in quē non debet euomat maledicta: quēadmodū si quis in grauissimis doloribus positus, prohibeatur etiam lecticā cedere aut patientē, verendū est ne in caput incidentis chirurgici, vbi vehementia doloris nimium increuerit, ille manus violentas subitō iniiciat, aut si cohibeantur manus, linguę conuitia euomat. Et hæc quidem quæ hætenus dicta sunt, vtcunq; videtur literali sensui sufficere, sanctiq; viri verba etiā secundū literæ superficiem intellecta, ab omni tum impietate, tum otiositate sufficienter excusare. Verū est & alia ratio ab iisdē assignata authoribus, quæ magis videtur ponderanda, maiorq; apparatus impietatis & otiositatis à verbis propositis tollit. Ea est hæc, vt per grauissimam istam querimoniam quæ à maledictione diei natiuitatis initium sumit, innotesceret nō solum tunc præsentibus amicis, sed cunctis posteris in futuris seculis olim nascituris, ineffabilis & inestimabilis dolor quē ex vulneribus vir sanctus sustinebat, quem non ita sentire neque æstimare quisquam posset, qui nō grauissimam istam beati viri querimoniam legisset vel audisset. Et quoniam maximè nostra referebat cognoscere, & quantum fieri posset sentire in nobis grauissimos illos beati viri cruciatus. (Tantò enim validius quisque exemplo Iob in suis passionibus consolatur, quantò melius in seipso dolorum illius persentit acerbiter) voluit Spiritus sanctus cuius erat intentio in hoc libro absolutissimum nobis paciëntiæ exemplum proponere, tam graui querimonia grauissimas afflictiones quasi ante oculos proponi. Nam mediocres quidem dolores, querimonia mediocri absq; vlllo excessu satis pos-

ANNOTATIONES

sunt mōstrari. Vbi autē non est passionū modus ad indicandum prementis ponderis magnitudinē, vehementia magna, imō & excessu quodā opus videtur. Donec enim excessus nullus cernitur, passionū acerbitas nō quanta fuerit, aestimatur. Hanc sententiā pulchrē tam Origenes, quā Chrysostrōmus prosequuntur pluribus verbis, quorū aliqua magis ad rē facientia hoc in loco citabimus. Malumus enim his in rebus præcipuē ad improborum Hebræorū confusionē, aliorū partem, quā nostras sentētiās proponere. Sic itaque ait Origenes: Super omnia quæ superius memorata sunt est etiam hoc præcipuū, quare maledixit Iob diē natiuitatis, quia nisi ita amarē desleret Iob pœnas ipsas atque dolores, nō vtiq; existimaret homo, neq; crederet q̄ ita aspera & amara fuissent ei ipsā supplicia atque tormēta. Nūc verō volēs omnibus ostēdere beatus Iob immanitatē amarissimā pœnarum atq; dolorū, quæ ei diabolus ingessit, deslet, cōqueritur, & ita amariter & miserabiliter atq; lamētabiliter, vt diē natiuitatis suę malediceret. Et itē: Hęc nimirū dicit beatus Iob, vt ostēderet omnibus quales sustinebat dolores, vel qualia supportabat supplicia. Sic beatus & sanctissimus Hieremias in suggilatione animæ deuolutus similia vt Iob locutus est, iuxta omnia quæ superius veraciter memorata sunt. Super quę vniuersa hoc etiā debemus aduertere, quia non deseruerunt sanctis dolores ac tribulationes, molestię quoq; & passionēs nō tantū pro se quantū pro nobis: vt nouerimus nos atq; informemur, quia per tribulationes & labores, per passionēs & miserias, per dolores quoque ac gemitus omnes sancti deo placuerunt, & omnes iusti introierunt in regnum Dei, & hæredes facti sunt apud Deum æterni refrigerij. His Origenis verbis per omnia cōsentiunt, quæ beatus Ioannes Chrysostrōmus eadem de re loquitur in hunc modum: Hęc omnia quasi mœsta quædam tragœdiisq; simillima sancti exprimunt: vt tu postea discas, non in delitiis eos egisse vitam, sed mala innumera tolerantes in agone certasse. Adducens deinde plurium sanctorum exempla, nempe Hieremias, Moysi, & Abacuc subiungit: Fleuit ergo Hieremias dicens: Heu mihi mater mea, vt quid me peperisti virū? Et patiebatur quidē veluti homo, sustinebat autem quasi dei amicus. Moyses pari modo magn⁹ legislator, & ipse præ multitudine calamitatum deo dicebat: domine, tu dixisti quomodo inuenisti

inuenisti gratiam apud me, & noui te super omnes. Si ergo
 inueni gratiã in conspectu tuo, tolle animã meam à me, non
 possum ferre onus populi huius, penè me lapidabãt. Nūquid
 ego eos genui? nunquid ego eos pepererim? quoniã dicis porta
 eos quomodo portat nutrix puerũ. Nō possum ferre popu-
 li defectus, Tamen ingemiscens & flens vt homo, nō vt infi-
 delis blasphemauit, sed ostendebat naturæ passiones quasi
 per ipsas argueretur. Sic ex perfectis quisq; ingemiscit. Simi-
 liter Abaccuc dicit: Vt quid ostēdisti mihi labores & inspi-
 cere miseras hominũ? &c. Ac deinde lectorē conueniēs ne
 fortè ex his imprudenter sibi sumat impatiētia vel occasio-
 nē vel excusationē, ita subiungit: Sed hæc loquens haud ad-
 tuæ intentionis conuenientiã trahas, neq; dixeris: Nunquid
 ego melior sum Hieremia, cōtra mundũ clamitãte? neq; sa-
 nitatis verba tibi vulnera fiãt. Hæc autē scripta sunt vt dis-
 cas qualem agonē illi pertransierunt, vitãmq; quibusdã pe-
 riculis plenã duxerunt. In quibus verbis hoc prudēter indi-
 cat Chrysostomus, excessum istũ querimoniarũ in sanctis vi-
 ris Moysē, Iob, Hieremia, Abacuc, posteris non tã ad imita-
 tionem quam ad admirationē esse propositũ, non vt similia
 inquã passim nos proloquamur, sed magis, immensitatē pas-
 sionũ quas illi pertulerũt considerãtes, ad modica quoque
 illa quæ fortè nobis veniũt perferēda reddamur alacriores.
 Huiusmodi nanque sunt pleraq; sanctorũ gesta in scripturis
 etiã sanctis nominatim & diligēter conscripta, quæ nequa-
 quã ad imitationē proponuntur, sed magis propter admira-
 tionē aut alterius alicuius rei instructionē. Insuper viri san-
 ctitate præcellentes, præ familiaritate & fiducia quam erga
 Deũ habent admodum singularē, nonnulla interdũ liberius
 vel dicunt vel faciunt, citra offensam Dei, quæ non passim
 sunt in imitationē trahenda, nec à quibuscumq; indifferenter
 sine culpa dicerentur vel fierent. Non q̄ personarum acce-
 ptor sit Deus, vt quod vni ad peccatum imputat, alteri pro-
 pter personæ respectũ non imputet, sed quia cordiũ ipse est
 cognitor, vt cordis simplicitatē quæ in vno dictũ aut factũ
 excusat, in alterũ idem opus faciente aut sermonē eundem
 proferente nō agnoscit, vt per eã sermo ille vel opus possit
 excusari. Quemadmodum & inter homines, familiaris in-
 terdum & liberius audet amicus quamuis multò inferior a-
 micum subinde alloqui, quàm alius non tam peculiari ami-

ANNOTATIONES

citiz sc̄dere illi coniunctus. Libertatē enim hanc & fiduciā
amicitia suggerit. Maximè verò tūc amici fertur libertas, cū
in graui dolore ab amico laborare cernitur. Ita planè &
Deus erga homines peculiari sibi amicitia cōiunctos, tolerā
tia quadā & patientia vtitur, si quādo illos cōtigerit præa
cerbitate dolorū, quos pro eius nomine aut secundum eius
voluntatē sustinet, aliquid liberius atq; vt ita dicam licen
tius vel dicere vel agere, quod nō ita passim velit à quibull
bet trahi in exemplū. Deniq; non solum exemplo sanctorū
prophetarū Moyfi, Hieremię, & Abaccuc, beatus Iob à blas
phemiā & impatiētiā nota excusatur, verū illius etiā qui
Prophetas omnes spiritu prophetico olim afflauit, ac poste
rius in carne mortali apparens omnimodā perfectionis exē
plum absolutissimū nobis in seipso mōstrauit. Id quod pul
chrè admodum & suauiter Origenes declarat his verbis.
Quid autē miramur q̄ Iob ita ingētes sustinēs dolores con
questus fuerit, vel alij sancti, cū terreni fuissent homines et
corpore & anima verè plasmati, cum & ipse qui omniū san
ctorū rector & conditor cœli ac terræ, & mediator Dei &
hominū Iesus Christus filius dei viui, cū humano se indue
ret corpore, cū corruptibilē sibi circundaret formā cū iret
ad passionē atq; crucē, questus est dicēs: Pater si fieri potest
transeat à me calix iste (hoc est, hæc passio) & cœpit trepi
dare & mœstus esse? Non quia trepidauerit deitas, sed quia
carnis infirmitatē ostēdit. Sicut ergo illic dominus vt osten
deret, quia nō erat phātaσμα, sed corpus verè corruptibile
habens, se dolorem atq; passionem crucis timere ostēdit: sic
etiā Iob & Hieremias atq; alij sancti, vt ostenderēt quia cū
essent carnales, cū dolore sustinuerunt atq; supportauerunt
supplicia atq; pœnas quæ eis acciderunt. Hactenus ex an
tiquissimorū patrū sentētiis, Hebræorū stultitiā vanā prout
potuimus clarius ostēdere conati sumus. Si quis verò plura
desiderat, aut magis particulariter quæ Iudæis infidelibus
pro sua falsitate obiiciantur, quæque cōtrā à catholicis pro
veritatis defensione respondeātur cognoscere, ea requirat
apud Paulū Burgēsē in libro qui scrutiniū scripturarū ap
pellatur, qui ista prolixè à proposito prosequitur, & loca se
rè omnia quæ aliquā vel impatiētiā vel doctrinā sonare vi
dentur explicat diligenter. Nobis impræsentiarū ista suffi
ciant. *Aperuit os suum.* Quod antè descriptionem verbo
rum

rum ipsius Iob, præmittitur aperuit os suum: primùm quidem hoc innuitur, quod in Elucidatione paucis indicatùm est, sanctum virum non hæc loqui ex passionis impetu, sed ex dictamine & deliberatione rationis. Cùm enim quis passione aliqua agitatus in verba prorupit, nõ ipse sibi propriè os aperire ad loquendùm dicitur, sed passio magis os illi aperit, quæ cum ad verba sine rationis dictamine cõpellit: veluti cum equus lasciuens: equa conspecta, naturaliter ad emittendam vocem hinnitus impellitur: Hoc tamen est notandùm, quod quanuis ex ratione Iob verba ista loquatur, sic tamè ea loquitur, ut per ea dispositionem corporalis & sensitiui affectus potissimum enunciare velit, ita ut quasi ratio pro sensu loqui videatur. Quemadmodùm videlicet in illo verbo domini nostri Iesu Christi ad patrem: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me: certùm est verba ista ab eo secundum rationem esse prolata: sunt tamen ab ipso quasi pro sensu illicite pronuciata, ut videlicet per id quod loquebatur ratio, indicaretur in qua esset dispositione infirma carnis sensualitas, quãtò præmeretur illa timore, & quanta laboraret angustia. Sit itè in verbo illo dicendùm: Tristis est anima mea usque ad mortem: quod utique à ratione proferebatur, sed pro sensualitate, ad horrorem qui eam tùm apprehendebat ex cõsideratione passionum imminentium, verbis testificandùm. Similiter & pauorem & tedium, admisit quidè & assumpsit secundum rationis dictamem, sed pro sensualitatis tantùm infirmæ declaranda afflictione. Ita sanè & Iob nunc lamètabilia ista loquitur, secundùm rationem quidè, sed pro infirmo sensu carnis afflicta, ut eius ineffabile utcumque exprimat dolorè, quod nisi graui & excessiua quadam quærimonia fieri cõmodè non potuit. Præterea in illo quod præmittitur de oris apertione, intelligi potest verborum proponendorum grauitas. Admodum enim grauias sunt, & quasi tragica quædam verba, quæ vir iste in tantis doloribus positus enunciat. Vel si ad totam subsequentem disputationem cui hæc verba Iob initium præstiterunt intendamus oculos, ideo præmittitur oris apertio, ut indicetur, sermonem qui Iob loquente inchoatur prolixiorè futurum, atque in longam disputationem tandem euasurum. In quem ferè modum diuus Augustinus illud accipiendum putat, quod apud Matthæum ante descriptionem sermonis domini in monte præmittitur:

Aperietur

Aperiens os suū, docebat eos. Ista inquit circūloquutio quæ dicitur, Aperuit os suū, fortasse circa ipsa maiora cōmendat aliquanto longiorē futurū esse sermonē. *Maledixit diei suo, & ait: Pereat dies* Maledicit rei, qui ei mala imprecatur. Illa, inquit, quæ secundū suā naturā mala æstimātur rei cui maledicitur. Vnde nō eodē modo rebus omnibus maledicimus. Qui enim homini maledicit, imprecatur ei egestatē, infirmitatē, exiliū, mortē, aliāq; huiusmodi, quæ homini æstimantur mala, & secundū suā naturā incōueniētia. Qui terrę maledicit sterilitatē & ariditatē ei imprecatur, quæ admodū Dauid maledicēs mōribus Gelboë, Montes Gelboë, inquit, nec ros nec pluuia veniant super vos, nec sicut agri primitiarū, quia illic ceciderūt fortes Israël. Sic dominus terræ maledicēs, ad hominē inquit: Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Arboribus qui maledicit, sterilitatē iū eis imprecatur, vt fructus bonos nō proferāt quæ admodum exēplū habemus in Euāgelio domini saluatoris, qui sicū maledixit folia tātū habētē cū ab ea fructū requireret. Amplius, inquit, ex te fructus nō nascatur in æternū. Sic diei & nocti, Iob maledicēs, ea inducit quæ diē & noctē incōueniētes, & iuxta hominū estimationē malas, faciūt. Dies enim bonos appellāt homines, in quib⁹ nō sunt tēpestates neq; tenebrę, sed claritas atq; trāquillitas aëris. Dies autē obscuros vel tēpestatibus turbulētos, malos appellāt. Sic & de noctibus suo modo, bonas eas vocāt, quę claritatē & serenitatē habēt, in quibus sydera clarē fulgēt: malas verò, quę tēpestatib⁹ turbātur aut atris nubibus obtenebrātur, ne stellę terris lumē suū possint infūdere. Hęc ergo mala, imprecari videtur Iob diei noctiuitatis & nocti cōceptionis suę. Est præterea aduertēdū, licet in maledictionibus semper ferē verbo optatiui modi sit vsus: interdū tamē: nō tā desiderii aut imprecationē significari, quā prænūciationē eorū malorū quę proponūtur. Quæ admodum de multis locis, tū apud Psalmistam, tū apud alios prophetas, in qb⁹ forma ponitur maledictionis, à sanctis doctoribus dici solet: verba illa quæ secundū formā maledictionis vidētur proferrī, potius esse quasdā prænūciationes malorū quę secundū diuinā iustitiā impiis obuenerēt, quā imprecationes aut (vt ita dicā) optationes vllius nocuenti, quod ipsi inimicis ex affectu optēt, nisi quatenus secundū cōformitatē diuinæ iustitiæ quę Deus vult & ipsi volūt. Vnde cū in

eiusmodi

eiusmodi
quali
euen
aliqu
dū an
hoc p
tis ell
quæ r
tur in
ex aff
teritis
quod
bebāt
in seq
sunt q
redire
bine c
ri: & q
cari v
di illa
nib⁹ p
pli gra
vt die
gnifica
dine: v
nis, ips
mūdo
ius rei
rē hoc
maritu
ceteris
tim par
perqui
re, in q
ter illu
tationi
vī; cir
sponde
& Gra
MULTI M

eiusmodi maledictionibus dicitur: Fiat hoc, eueniat illud,
 quasi per futurū indicatiuū sensus redditur. Fieri hoc, illud
 euenire, secundum diuinæ iustitiæ æquitatē debet, vt hoc
 aliquādo illis eueniat, diuina expostulat æquitas. Quēadmo-
 dū autē in istis maledictionibus dicūt sancti viri, prophetas
 hoc potissimū significare voluisse, quæ pœna impiorū pecca-
 tis esset debita, & in futuro reddenda: sic in his verbis Iob
 quæ maledictionē prę se ferre vidētur, cum ait: Dies verta-
 tur in tenebras, inuoluatur amaritudine, & huiusmodi non
 ex affectu mala vult imprecari vir sanct⁹ diei & nocti iā prę-
 teritis, quasi redire illos cupiat ac mala huiusmodi sustinere,
 quod admodū videretur ridiculū: sed q̄ dieb⁹ illis mala de-
 bebatur siue cōpetebāt, significare intēdit. Vnde quæ hīc &
 in sequētib⁹ dicūtur secundū modū optādi, nō sic accipiēda
 sunt quasi Iob hæc pferens seridē optauerit, diē illū cū nocte
 redire, sicq; amaritudine inuolui, & tenebris occupari, & tur-
 bine cōfundi. Dicta autē sunt de re pręterita per modū futu-
 ri: & quæ rebus pręteritis secundū faciē vidētur mala impre-
 cari vctura, nō aliud secundū sensum significāt, quā cuiusmo-
 di illa pręterita tūc cū essent fuisse debuerāt, vt suis cōditio-
 nib⁹ pręteritis pręsignassent miserię præsēntis horrorē. Exē-
 pli gratia, quod dicitur: dies illa inuoluatur amaritudine, nō
 vt dies illa redeat postulat, ac amaritudinē ferat, sed hoc si-
 gnificat, talē diē illā esse debuisse, vt esset inuoluta amari-
 tudine: videlicet vt ipsa cōditione sui horroris & amaritudi-
 nis, ipsius patiētis respōderet præsēnti miserię: ad quā ipsum
 mūdo edidit, & quasi iā tūc ad ista olim ferēda parabat. Cu-
 ius rei explicandæ gratia, in verbis istis elucidādis, vbiq; se-
 rē hoc loquēdi modo vsi sumus. Debit dies illa inuolui a-
 maritudine. Debat nox illa occupari caligine atq; ita in
 ceteris. Nō est autē opus in hac querimonia, singulas sigilla-
 tim particulas perscrutari, ac diuersum in singulis intellectu
 perquirere, & nouas in singulis particulis rationes adueni-
 re, in quo nimīū anxie quidā laborāt. Meminisse enim opor-
 tet illius quod in prologo ait Hierony. de filo huius disputa-
 tionis. Nimirū totū hūc librū ab eo loco, Pēreat dies, &c.
 vsq; circiter finē libri, dicit esse versib⁹ Hexametris dactylo-
 spondeoq; currētibus conscriptū, quasi in modū Poëmatis,
 & Græcorū Rhetorū vocabulo signanter librū istum ἱερωνι-
 μου μέγρον appellat, id est, figurale siue figuratiuū, eo quod
 figuris

figuris & coloribus vtatur rhetoricis. Solent autē rhetores subinde eandē sententiā pluribus verbis replicare, maxime cū aliquā rē exaggerare vel aggrauare voluerint, quemadmodū in proposito suam lob miseriam verbis multis exaggerat.

Pereat dies in qua natus sum. Consuetū est, vocabulo illo, pereant, maledicere vel execrari quippiā, vel infaustum & infœlix prædicari. Veluti cū dicitur: Pereant qui crastina curant: non hoc verbo illo seridō optatur vel postulatur, vt illi omnes perdātur in nihilum & morte absumātur qui crastina curant: sed hoc tantūmodo illo modo dicēdi significatur, infœlices illos esse & miseros, qui nimia sollicitudine contra domini verbū de futuris sunt anxij, perinde ac sic dicamur: O miseros & infœlices homines, qui de crastino nimia sunt cura solliciti. Ob hoc in Elucidatione loco huius, *Pereat dies, &c.* nos ita diximus: O diē infaustū atq; infœlicē atroque lapillo consignandū. Quōd autē diei & nocti maledicēs, si gnanter diē natiuitatis & noctē conceptionis dicit, ideo facit, quia in nocte regulariter magis fit conceptio, cū nocturnū tēpus quasi à natura sit deputatum ad vacandū amplexibus, propter tenebras honestatem tegentes. Natiuitas verò frequēter in die fieri cernitur, & magis habetur illustris quę sit per diem natiuitas. Vel quia natiuitas diurna (secundum Astrologos) laudabilior est, fœliciori sydere, i. sole existēte super terrā, quā natiuitas nocturna, in qua sydus infœlicius & minus dignū, id est, luna apparet & dominatur super terrā.

Maledicant ei qui maledicūt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Admodū variē locus iste enarratur ab iis qui mysticos sensus sectantur, dimissa litera. Imò & ab iis qui litera inhærēt diuersæ assignātur intelligētix. Quod à nobis in Elucidatione positū est, videtur simplicius & facilius: vt per maledicētes diei intelligātur homines studentes impietatibus, qui lucē odiunt, iuxta verbum domini: Omnis qui male agit odit lucē: tenebras autē diligūt & observant, iuxta id quod infra dicitur. Oculus adulteri obseruat caliginē. Qui etiā tribro diei maledicūt maturius aduenienti, cū ab eius claritate prohibētur sua parua cōsilia perficere, quemadmodū infra cap. 24. de huiusmodi dicitur. Si subitō apparuerit aurora, & in tenebris quasi in luce ambulāt. Hi impij rectē dicuntur parati ad suscitandū Leuiathan sive diabolum (qui etiam alibi appellatur Leuiathan) dicente

Esaiā:

Ioan. 3.
Iob. 24.

Esaiā:
ni & g
toros
perfic
que q
Dec
tio ad
tatis n
ledice
impat
cū au
testate
vitā fi
ra: qu
Leuia
piscib
grādia
intelli
quē fo
uathā
menta
de nau
huius
dum c
gar, eō
quā m
scibus
ritaten
iustino
niatur,
rit. A
re intra
& peri
su. Sic
ta, sic
piam a
thā ma
Hebræ
rum. H
tos, q

Esai. In die illa visitabit dominus in gladio suo duro & for-
 ti & grádi, (super Leuiathá serpenté tortuosum) quoniá se-
 totos deuouét obsequiis impij dæmonis, eiúsque desideria
 perficere & quæ ille amat pmouere pro virili saragúr, eúm-
 que quasi deú erigere exaltare & colere vidétur, contépto
 Deo verò qui virtutú studio colitur: vel posset ista suscita-
 tio ad impatienciá referri, in húc sensum: Sit dies ista natiui-
 tatis meæ in exemplú maledictionis, omnibus qui volút ma-
 ledicere diei suo, id est, vitá suá execrari & maledicere per
 impatienciam, qui vsque adeo sunt impatiétes, vt parati sint
 cū audacia & temeritate etiá diabolú suscitare, id est, in po-
 testatē se illi resignare, aut diabolú contra se prouocare, vt
 vitá sibi quátocius auferat, quò liberi sint à præsentí mise-
 ria: quorú vtrúque facere solét extremè impatiétes. Alij per
 Leuiathá intelligút, non diabolú, sed aliquē ex magnis illis
 piscibus, de quibus dicitur Genesis primo: Fecit Deus cete
 grádia: vbi in Hebræo habetur Leuiathá. De quo etiá illud
 intelligitur à nōnullis, quod in Psal. 103. dicitur: Draco iste
 quē formasti ad illudendū ei, & c. Nā & híc in Hebræo Le-
 uathá ponitur pro dracone, quē admodū diximus in Com-
 mentarijs libri Psalmorū. Intelligunt autē quod híc dicitur
 de nautis, qui per tempus noctis occupantur ad capiendum
 huiusmodi piscem grandem: qui adueniente aurora, si non-
 dum ceperint illum, maledicunt diei, quòd tam citò exur-
 gat, eò quòd diem minus commodū habeant ad id negotij,
 quàm noctem. Quāuis alijs econtrariò dicant, huiusmodi pi-
 scibus capiendis minus cōuenire tenebras noctis, quàm cla-
 ritatem diei. Secundum quos intelligi potest, nautas in hu-
 iusmodi opere occupatos maledicere diei, eò quòd tā citò fi-
 niatur, nocte celerius superueniente, antequā prædā cepe-
 rint. Alij de nautis intelligunt maledicentibus diem quo ma-
 re intrauerint, postquā obuiantē sibi viderint cetú marinú,
 & periculú imminere sibi conspiciūt, ab eius subitò occur-
 su. Sic enim solent antiqua consuetudine prompti esse nau-
 tæ, sicut & aurigæ, ad maledictiones & dira, statim vbi quip-
 piam aduersi se obtulerit. Ex Hebræo verò alijs, pro Leui-
 athá malunt vertere, luctum suum. Est enim æquiuoca dictio
 Hebræa, ad significandum leuiathan piscem, vel luctum eo-
 rum. Hi simpliciter satis intelligunt, de hominibus calami-
 tosis, qui maledicunt diem suum, excitantes sibi luctú & la-
 menta.

*Esai. 27.**Gene. 1.**Psal. 103.*

menta.

menta. Pro nostra interpretatione facit æditio antiqua 70.
 interpretū, quæ expressè habet de magno ceto. *Nec videtur
 ortum surgentis auroræ.* In Hebræo est: Non videat palpe-
 bras auroræ. Metaphoricè enim palpebras diei vocat primū
 exortū, ad similitudinē hominis, qui mox vt à somno enigi-
 lat, priusquā adhuc surrexerit è strato quietis, palpebras le-
 uat & oculos aperit. Sic dies qui per noctē dormire videtur
 & quasi palpebras habere clausas, mane in primo diluculo
 quasi palpebras aperire videtur, dū se primū ostēdere inci-
 pit hominibus, & quasi ad ortū parare. Rectè proinde no-
 ster interpres Latinus sententiā explicuit, dicens: *Nec videtur
 ortū surgentis auroræ. Qui ædificat sibi solitudines.* Alij in-
 telligūt de reædificatione locorum quæ ab aliis fuerūt de-
 structa vel derelicta. Ea enim posteri nonnunquā restaurat,
 propter celebrationē sui nominis. Magnū enim quiddā vi-
 detur, ea quæ sub maioribus perierūt à posterioribus resti-
 tui. Signū enim videtur maioris potētiae vel industriæ. Cui
 sententiæ bene fauet quod alij vertūt ex Hebræo, deserta vel
 desolata, pro solitudinibus. Alij intelligunt de locis amœnis
 extra vrbes ad venationē aptis, cuiusmodi solent ædificare
 sibi ad solatium principes. *Gaudētque vehementer cum inue-
 nerint sepulchrum.* Particulam istā licebit ad diuersā referre.
 Iuxta sensum à nobis suprā datū cōnecti debet cū illo, quod
 in capite huius sententiæ positū est, qui expectant mortē: vt
 significetur homines calamitosos, qui mortem diu expecta-
 rūt, vbi mortē viderint aduenire, pro adimplentione sui desi-
 derij vehementer gaudere. Iuxta hunc sensum dicuntur in-
 uenisse sepulchrū, qui mortē diu desideratā aduenire intel-
 ligūt, & quasi de proximo sibi inuenire cōsiderāt, vt (iuxta
 prouerbiū) alterū iam pedē in sepulchro habere se putent.
 Atq; hæc cōmuniō est, & magis obuia intelligentia. Potest
 secūdō hæc particula cōiungi, cū eo quod proximè ante-
 cedit, quasi effodiētes thesaurum, in hunc sensum. Sicut qui
 thesaurū effodiunt, & qui cū sepulchrū aliquod inuene-
 rint, vehementer gaudent ex inuentione sepulchri, sperātes
 in eo thesaurū indubiè se reperturos; propter quod studio-
 sus, iam & auidius percepto sepulchro fodere pergunt, nec
 desinūt donec sepulchrū aperuerint. Nec est incōmoda hæc
 intelligētia: quoniā quidē antiquitus in sepulchris principū
 & magnatum thesauri solent recondi, quemadmodū aperte
 testat ut

testat
 per i
 scrib
 & qu
 cond
 lo &
 vsq;
 gi cō
 repon
 ex ce
 dā R
 ex lap
 quo i
 script
 stabat
 nefici
 laceb
 tificis
 iecto.
 pidā &
 thesau
 irrita f
 duxim
 pra po
 cōspic
 cui reg
 ria, ape
 dūtaxa
 sepulc
 Is indi
 tē nō v
 esset) n
 tes, refe
 nit, sed
 tarpis
 Ante
 illud a
 tis præ
 ipius I
 non pr

testatur diuus Hieronymus in Cōmentariis Hieremiæ, super illo cap. 8. In tēpore illo, ait dominus, eiciant ossa, & c. scribens in hunc modū: Solebāt iuxta antiquū morē, aurum & quædā ornamenta, vel mulierū, vel virorū in sepulchris condere. Hæc quoq; frāgebat & effodiebat auaritia, vt cælo & luci proderentur. Hæc ille: Huius etiam rei veritatem vsq; hodie testatur experiētia, ybi antiqua monumēta effringi cōtigerit. Nōstris siquidē tēporibus, ante annos paucos, tēpore pontificatus Iulij eius nominis secundi (quæadmodū ex certa fidedignorū relatione accepimus) cū in tēplo quodā Romæ foderetur, repererūt fossores sepulchrū quoddā ex lapidibus, vt mos est magnatibus sepeliri, cōstructum: in quo iacebat corpus Iuliæ filiæ Octauiani Cæsaris, vt ex inscriptione sepulchri cognoscebatur. Subter quod corpus stabat olla plena optimo & pretiosissimo balsamo, cuius beneficio corpus à corruptione & putredine fuerat seruātū. Iacebat etiā corpus idē super laminas aureas, quas iussu pontificis simul cū balsamo tulerūt, cadauere in Tyberim proiecto. Herodotus quoq; libro primo historiam quandā & lepidā & vtilem narrat, in qua illorū qui propter pecuniā, vel thesauros veterū sepulchra effrangebant, pulchrè taxata & irrita fuit auaritia, quā huic loco vt illo scripta est, inserere, duximus operæpretiū Regina quædā (inquit) Nitocris, supra portas Babylonis, cuius erat regina, in loco edito atque cōspicuo sepulchrū sibi cōstruxit, atq; his literis inscripsit: Si cui regū Babylonis post me futurorū, fuerit pecuniæ penuria, aperto sepulchro sumæ quantūcūq; libuerit, pecuniæ dūtaxat indigēs. Aliter ne aperiat, nō enim sati⁹ fuerit. Hoc sepulchrū tā diu fuit immotū, dū regnū peruenit ad Dariū. Is indignū esse ratus, se neq; vti quippiā his portis (ideo autē nō vtebatur, q̄ supra caput ipsius trāseūtis mortuus situs esset) neq; sumere pecunias repositas, & eas ipsum prouocātes, reserauit monumentū. In quo non quidē pecunias inuenit, sed literas ita dicentes: Nisi pecunia esses inexplēbilis, & turpis lucri cupidus, haud aperuisses vrnas defunctorum.

Antequam comedam, suspiro. Nos in Elucidatione verbum istud accōmodauimus, ad exprimendū doloris & calamitatis præsentis magnitudinem. Alij accipiūt ad excusationem ipsius Iob, quasi his verbis protestari voluerit, se mala ista non propter suā culpā perpeti, atq; post vitā in pœnitentia, timore

timore & luctu etiam tempore fœlicitatis transactam nihilominus in mala tanta incidisse, in hunc sensum: Etiam cum essem in prosperitate, in tanto vivebam timore, vt cibũ non sumerem sine lachrymis, prius commemorans peccata mea & aliorum, iudiciumque dei considerans, quò sic carnis refrenarem petulantiam, & velut sagittis timoris illam confingerem. Attamen id quod semper timebam, tam graue Deo iudicium, nunc venit super me, sine meo demerito: cũ semper ab omni eo quo dei contra me possem prouocare iudicium, studiosissimè mihi cauerim. *Nonne dissimulaui?* &c. Ex Hebræo posse hîc loc^o legi sine quæstione, per absolutam negationem, quemadmodum nonnulli legunt recentiorum interpretum. Non fœlix fui, non tacui, nõ quietus fui, & venit super me commotio vel indignatio. Quod ita enarrat: Nũquã ego me fœlicem reputaui, aut quasi magnũ aliquid superbiui, nunquam tacui à laude & confessione Dei & ab instructione filiorum atque subditorum, nunquam in quiete & delitiis otiosus vitam duxi, sed in operibus bonis vitæ sedulis: & tamen post hæc omnia venit contra me ista grauißima conturbatio, plaga inaudita & intolerabilis.

QUARTI CAPITIS ELVCIDATIO.

Cap. 4.
Respondens
autẽ Eliphaz
Themanites
dixit:



HÆC vbi vir sanctus, tam amara querimonia & eiulatu planè tragico protulisset, quæ secundæ speciei hominis impatiētis, murmurātis & querulētis cõtra deũ verba esse videbãtur, tres autẽ amici viri cordati & metuentes deum, offensum sunt & scandalũ passi in excessu verborũ huiusmodi: exiliamãtes ea (vt prima facie sonare omnino videtur) murmuratoria esse, & quasi blasphema cõtra deũ. Vnde qui inter illos primus dignitate & authoritate videbatur, Eliphaz Themanites, quasi p̄ deo zelãs, ad amici correptionẽ, ita proponit: *Si ceperitis Iob querimoniis respõdere cœpit: 2 Siquidẽ tuis istis sermonibus iam tãto eiulatu & excessu profusis, prolixioribus (vt res postulat) respõdere cœperimus, futurũ est fortassis, vt tu grauatè nos audias: quemadmodũ solent ij qui in malignis cõstituti sunt afflictionibus, egrè audire aliorũ sermones, præcipuè si prolixiores fuerint, maximè verò illos quibus ipse*

2 Si ceperitis
mus loqui tibi,
si forsitan
molestè accipies.

ipsorū sententiæ contradicitur. 3 Verūtamē nō videtur hæc 3 *Sed conce-*
 mihi iusta esse causa, ob quam respōdere tibi omnino nihil *ptū sermonē,*
 debeamus. Nimis enim difficile est, quū quis animo cōcepe
 rit, meditatūque ac paratū iam habuerit sermonē vtilem &
 opportunū pro ratione tēporis, qui ad ædificationē audien
 tiū videatur profuturus, vt ob gratiā vel metū cuiusquā illū
 retineat, 4 imō irrationabile satis est & iniquū, opportu- 4 *tenere quis*
 num huiusmodi sermonē suo tēpore non proferre, maximē *poterit?*
 quū res ipsa videatur exposcere, quēadmodū mihi nunc sa
 nē cōscientia testatur, vtilē & necessariā tibi esse nostrā re-
 sponsonē, ne in huiusmodi cōtra Deū inutilibus ac forsītā
 impiis, querimoniis diutius perseueres. Vnde mihi videtur,
 hæc sanē in re nō sic esse tibi amico deferendum, vt veritati
 desimus, & dei honorē negligamus, cūm veritas omni pre-
 stet amicitia. 5 Illud itaque in primis ad memoriam redu 5 *Ecce docui-*
 cas quæso, o amice Iob, qualis tu olim fueris, & qualem te *sti multos.*
 cūm in prosperitatis statu ageres illis exhibebas, qui tum in
 huiusmodi videbantur esse statu, in quo nunc tu consistis:
 quando nimirum alios non paucos, sed plurimos, id est, nō
 filios tantū ac domesticos, verū etiam extraneos & ad te pa
 rum spectantes, erudiebas ad pietatē, religionem & patien
 tiam. 6 Quando eos qui videbantur defatigati iam esse la- 6 *& manus*
 boribus, tædioque affecti in actione bonorum operum, vt *lassas robo-*
 manu ad aratrū missa retro iam aspicere, atque de retrahen *raisti.*
 da manu deliberare secū inciperent, tuis efficacibus admo
 nitionibus cōfortabas in bono proposito. 7 Quando piis 7 *Vacillātes*
 tuis sermonibus, eos qui iam sub pondere tētationem peri- *cōfirmaverūt*
 clitabantur, ad modum eorum qui sub onere grādi vacilla- *sermones tui,*
 te & quasi ad casum parari incipiunt, confirmabas: vt absq;
 periculo subsisterent, viāque rectam sine casu pergerent.
 8 Illos quoque qui timore futurorū vel imminētium peri- 8 *& genua*
 colorum siue tētationum, ad eō cōcutiebantur, vt genuum *tremētia con-*
 iuncturæ tremerent, vixque pedibus valerent consistere, tu *fortaisti.*
 ad eō tuis monitis consolidabas, vt abiecto timore constan
 tes persisterent. Sic tu quidem aliis soles esse magister, mo
 nitor, confirmator & medicus. 9 Nimis igitur fuerit in- 9 *Nunc au-*
 decorum, si nunc vbi super te plaga aduersitatis huius ve- *tem venit su-*
 nerit, tētationi protinus succumbas, animoque deficias: *per te plaga,*
 10 si nunc vbi te manus Dei aduersā infligens contigerit, & *defecisti:*
 ita conturberis. vt prorsus desperes animūque despon- 10 *retiguit te,*
 F deas,

- Et conturbatus es.* deas, ita ut amissa patientia (quam alios semper docuisti) ad querimonias & murmuracione contra deum couertaris. Valde enim turpe est doctori, si ea quae alios docuit, ipse cum maxime opus fuerit negligat: & vitio datur medico, si cum aliorum curauerit, semetipsum curare vel non possit, vel non velit.
- 11 Vbi est timor tuus,* 11 Quod si ad hunc modum pergas murmurare, conqueri & maledicere, ubi quaeso manebit tua illa religiositas, quam in te solent omnes venerari? Quomodo ista impatiens & propere blasphemata murmuratio consistere poterit cum illo religioso timore tuo, quo deum soles timere, & colere insigniter praeter ceterum?
- 12 Et fortitudo tua,* 12 aut cum illa tua fortitudine quam praeter te ferebas cum esses in prosperis, per quam videbaris ad omnia quantumuis ardua superanda promptus, & quam praestare nunc maxime debebas quum opus est? 13 Aut cum patientia vera, quam olim pollicebaris aliis; docebas, & nunc maxime in temetipso exhibere debebas? 14 cum illa item simplicitate, & rectitudine ac singulari perfectione actionum tuarum, quam videbaris tenere donec in prosperitate vitam ageres, & nunc abiicere nequaquam debes? Profecto haec omnia quae prius in te singulari quadam excellentia fuisse credita sunt, grauiter admodum periclitantur, si ad hunc modum pergas, tam licenter aduersus deum obmurmurare. Sola enim impatientia ista potens est deuorare quicquid unquam in te boni videtur fuisse: quicquid ante congregasti meritorum perdes, & ficta fuisse in te videbuntur omnia, in quibus ante fuisti admirabilis, si nunc tam foemineo animo tam grauiter in impatientiam corruas.
- 15 Recordare obsecro te,* 15 Ne vero huic tuae murmuracioni & querelae, pro causa iusta tuam innocentiam possis praetextere, obsecro te per deum & amicitiam nostram, ut ad memoriam reuoces, quae in prioribus generationibus gesta vel legisti vel audisti, diuina iudicia, eaque diligenter expendas. 16 Inuenies profecto non esse hanc consuetudinem diuini iudicij, ut homines innocentes & probos, plagis huiusmodi insolitis percutiat ac perdat, 17 aut verum rectos & simplices sic penitus delet & destruat, quemadmodum nunc tibi accessisse vides: quibus & si nonnunquam aduersa quaedam dispensatione euenire permittat, non sic tamen funditus eos disperdit, quasi absque omni misericordia, quemadmodum tibi accidit, qui & substantiam omnem & liberos perdidisti, insuper & in corpore toto plaga grauisima & inauditis tormentis afflictus, paulominus quam

quod
exp
illuc
esse,
ratic
nalis
ecce
runt
suam
solea
faron
incip
horre
star l
rugit
proxi
quon
lij qu
quasi
tem in
suis vi
tantur
penite
absqu
bita, e
lorum
solent
plum
do ma
tuerit
sibus, C
quod q
ita, im
tua imp
ciusa t
murm
& info
si adhu
puniri,
reuelat

quã vitam perdidisti. 18 Quin potius illud inuenies per 18 *Quin potius*
 experientiam & diligentem considerationem, sicut & ego *tuis vidi eos*
 illud per experientia & consideratione cõprobauit verum *qui operatur*
 esse, quod homines impij & operarij iniquitatis, qui per ope *iniquitatem,*
 ratione mali culpæ sibi meretur, & quasi seminant mala pœ & *seminant*
 nalia, quæ etiam iusto dei iudicio accipiunt & metunt, (sicut *dolores,*
 econtrario iusti qui operantur iustitiã, seminant sibi & me- *metunt eos:*
 runt gaudia) 19 ¶ hi inquam, Deo stante, id est, iubente & 19 *stante deo*
 suam irã subito ostendete, nouis & insolitis plagis non raro *perisse, et spi-*
 soleat perire, & vehementia implacabilis indignationis siue *ritus iræ eius*
 furoris eius prorsus consumi, & ad nihilũ redigi, vt iam hinc *esse consum-*
 incipiat in eis, quod in æternũ cogentur ferre, durũ iudiciũ *pros.*
 horrẽde dãnationis. 20 Huiusmodi inquã, homines qui in- 20 *Rugitus*
 star leonũ sunt formidabiles cæteris quibus cõuiiunt, quasi *leonis, et vox*
 rugitu suo & tyrannide perterrefacientes & conturbantes *leona.*
 proximos. Nec refert, siue masculi hi fuerint, siue fœminæ,
 quoniam non est apud deum personarum acceptio. 21 Fi- 21 *& dentes*
 lij quoque huiusmodi tyrãnorũ & crudelium hominum, *catulorũ leo-*
 quasi leunculi quidam, paternam maternãque crudelita- *num contriti*
 tem imitantes, diuino item iudicio simul cum parentibus sunt.
 suis vltione eadem solent inuolui, & cum illis quorum imi-
 tantur scelera perire, vt potestas eorum & auiditas nocendi
 penitus coneratur: 22 Sic illi qui in modum tigridis sunt 22 *Tigris pe-*
 absque misericordia, diuino iudicio perduntur, vltione su- *rit, eo quod*
 bita, ex defectu rerum necessarium: 23 & quotquot sunt ma- *non haberet*
 lorũ imitatores ac scãtatores, quasi leonũ catuli, à Deo *pradam,*
 solent dissipari, penitusq; disperdi. Quorum omnium exem-
 plum memorabile ostensum fuit in generali diluio, quan- 23 *& catuli*
 do magni & parui omnes submersi simul perierunt, item in *leonis dissi-*
 euerfione Pantapolis, & aliãs frequenter in consimilibus ca- *patti sunt.*
 sibus. Quæ quum ita sint & comperta habeantur, meritò tu
 quoque tibi debes metuere, posteaquam tam graui & info-
 lita, imò ãudita plaga, à deo percussum te vides, ne propter
 tuã impietate ista iusto Dei iudicio patiaris. Neq; proinde
 causa tibi est iusta, tã liberè siue licèter aduersus Deum ob-
 murmurandi, qui non sine culpa huiusmodi tam enormes
 & insolitas plagas solet hominibus immittere. 24 Quòd 24 *Porrò ad*
 si adhuc contentiosè velis defendere, sine causa & culpa te *me dictũ est*
 puniri, nec tibi sufficiat ista experientia, audi quæ ex diuina *verbum ab-*
 reuelatione ad hanc rem faciẽtia accepi, quæ nõ potes non *scõditum,*

- 25 *Et quasi
furtive susce-
pit auris
mea venas
sufurrj eius.* magnificare. 25 Mihi nanq; reuelatus est à deo sermo oc-
cultus, què nò passim omnes intelligūt; & per diligentē sol-
licitamq; attentionē, in silentio & quiete, quasi furtiuè auri-
bus cordis mei suscepi inspirationes diuinę huius reuelatio-
nis, quasi venulas quasdā tenues diuini sufurrj. i. subtiles in-
spirationes siue alloquutiones, quibus velut susurrādo leni-
ter insibilat, inspirat, ac suggerit hominibus quæ voluerit.
- 26 *In horro-
re visionis
nocturna,* 26 Hæc autem reuelatio mihi facta est, nò sine apparitione
visibili, vt ne q̄s vanā tātū phātasīā vel inanē reputet imagi-
nationē, qualē patiūtur homines amātes atq; deliri. Noctura
no scilicet tēpore, ex sese propter tenebras horrido, quod re-
uelationibus diuinis propter silentium & quietē magis est
accommodum. 27 quando sōpnus homines solet occu-
pare, sic vt sensuum id eis virtutisq; motiuæ ligentur opera-
tiones, ac proinde magis idonea tūc est anima ad reuelatio-
nes diuinas capiendas, propter quietē corporis nò pestur-
bantis intellectū, quod plerunq; fit in vigilia. 28 Noctur-
no itaq; quodā tēpore, postquā quieti membra dedissem, su-
bitò timor quidā me inuasit, qui etiā tremere membra fecit,
ita vt ossa omnia mea terrore illo insolito fuerint concussa
& cōturbata. 29 Cūmq; flatus venti ante me, & me vidēte
vel audiente transiret, ad excitandū meum animū, diuināq;
preparandū reuelationi, horripilatio me inuasit p̄ timore,
steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit: vt euenire solet ho-
minibus in eiusmodi insolitis visionibus, propter carnis fra-
gilitatem, quæ ad præsentiam angelorum quasi impar con-
turbatur & obrigescit. 30 Sic autem in memetipso cōtur-
batus, vidi astantē mihi quēpiam, cuius ego quidē vultū non
agnoscebam quis esset, vt potē longē imparem mihi: imago
tamen & effigies quædā in oculis meis apparebat, quam aut
qualem ante, id tēporis nunquam viderā, ne fortē suspicari
potuissem ex domesticis aut familiaribus quempiam fuisse.
- 31 *Et cum
spiritus me
præsentē trā-
siret, inhor-
ruerunt pili
carnis meæ.* 31 Qui sic mihi astans, vt officium suum cuius gratiā appa-
ruit, expleret in me erudiendo, voce nequaquam turbulen-
ta aut terribili, sed placida & suavi, quasi in similitudine au-
ræ leniter flantis, siue potius sibilantis, (quod indicium est
inspirationis diuinæ, quæ sic cum lenitate fieri solet: non dia-
bolicæ illusionis, quæ magis fit cum inportuno impetu) me
alloquutus est, dicens: 32 Nunquid fieri potest aut verifi-
cabile videri, vt homo creatura pauper & misera dei compa-
ratione

ratio
qual
lent
habe
stia
ner
stific
obm
verit
stant
deus
ad qu
dei a
quer
mihi
vit de
omni
possu
ex ser
stia
tantū
stet
sent d
mister
tas in
illis sp
nitare
prauit
rat op
sed ex
tione
repper
colligi
biles in
cis) sec
creatu
corrup
ueniun
nec sua
magis

ratione iustificetur, ita vt iustitia hominis cum Dei iustitia *paratione in*
 quasi æqualis cõponi & cõparari possit, (quẽadmodum so- *stificabitur?*
 lent cõparari illa de quibus dubium videri possit, vtrum sit
 habendũ præstantius) ita vt possit vel debeat homo sua iu-
 stitia certare cũ iustitia dei, aut suam iustitiam diuinæ oppo-
 nere? quẽadmodum tu facere videris, qui coram deo te iu-
 stificare cõtendis, vt etiam dei iustitiã accuses, & cõtra eam
 obmurmures. 33 Aut nunquid fieri potest, vel vlla ratione *33 aut facto-*
 verisimile videri, vt homo quãlibet magnæ virtutis vel præ *re suo purior*
 stantia, purior inueniatur deo, ita vt ipse iustus inueniatur, *erit vir?*
 deus autem iniustus, aut ipse magis iustus, deus minus iustus?
 ad quod tu conari videris, qui iustũ te & innocentẽ asseris,
 dei autẽ iustitiam, q̃ te sine culpa punierit, murmurando &
 querulando accusas, Deinde & hæc adiungebat verba, qui
 mihi apparuit. 34 Ecce spiritus illi incorporei, quos crea. *34 Ecce qui*
 uit deus ab initio in ministerium suum, vt seruiat coram eo *seruiunt ei,*
 omni tẽpore, nõ habent in se stabilitatẽ vllam in bono, nec *non sunt sta-*
 possunt in se gloriari contra deum, aut diuinæ iustitiæ (quæ *biles:*
 ex semetipsa est perpetuò stabilis & immutabilis) suam iu-
 stitiam comparare, quæ ex se nullam habet stabilitatem, sed
 tantũ ex bona voluntate & gratia dei illos cõfirmãtis & su-
 stentantis in bono, ex sua autẽ natura facilẽ in peccatum pos-
 sent declinare. 35 Et quod in angelis etiam bonis dei mi *35 Et in an-*
 nisterio perpetuo addictis nõ sit ex ipsorum natura stabili- *gelis suis rep-*
 tas in bono, manifesto experimento probatur in apostaticis *perit prau-*
 illis spiritibus, qui ab initio in eadẽ naturæ dignitate & bo- *tatem.*
 nitate cõditi, post nõ longã à creatione sua moram, peccati
 prauitate sese inquinauerunt: quam non ipse Deus in eis fue-
 rat operatus, à quo boni & recti ab initio conditi fuerant,
 sed ex propria ipsorum voluntate, & liberi arbitrij mala ele-
 ctione exortam, Deus in eis quasi præter spem & opinionẽ
 repperit, deprehenditque & reprehendit. Vnde manifestẽ
 colligitur, ipsos quoque angelos bonos ex sese non esse sta-
 biles in bono (cũ sint eiusdem naturæ cum illis apostati-
 cis) sed tantũ dei gratia in bono sustentari. 36 Si itaque *36 Quanto*
 creaturæ istæ nobilissimæ, cœlestes illi spiritus, nulla carnis *magis hi qui*
 corruptione grauati vel inquinati, aliquid in se taxabile in- *habitans do-*
 ueniuntur habere, & iustificare se non possunt coram deo, *mos luceas,*
 nec suam iustitiam diuinæ comparare vel opponere: quãtò
 magis sentiendũ id videbitur de miserandis & vilibus ho-

- minibus, qui non puri sunt spiritus, sed ex spiritu siue anima vt parte præcipua componuntur, inhabitante corpus istud crassum & corruptibile, ex limo terræ compositum, alteram suæ compositionis partem: 37 qui de terra formati sunt, & puluerem terræ fundamentum, substantiam atque materiam habent, propter quod ex sua natura mortales sunt, ratione corporis corruptibilis, sicut ex puluere processerunt, sic & redituri in puluerem, 38 sicque velint nolint, quotidiana consumptione ad mortem tendunt, idque à corruptione carnis istam inhabitante, quasi ab intrinseco principio, ad eum modum quo panis à tinea ipsum inhabitante corroditur atque consumitur. Secundum animam quoque consumuntur & perduntur homines per peccata, quæ ex corruptione prauis sensibus in corpore isto corrupto habitatis exoriuntur, qui sic hominem corrodit atque consumit secundum animam, sicut tinea pannum. 39 Continuo (inquam) defectu & sine intermissione, à mane vsque ad vespem, à primo vitæ suæ natiuitatis exordio vsque ad vltimum terminum, donec mors ipsi adueniat, paulatim depereunt & marcescunt homines, vt non immerito tota ipsa vita mors quædam possit cæteri, ob quotidianum defectum, qui non est aliud quam quedam mortis prolixitas, ab exordio vitæ ad finem vsque perdurans. 40 Sed quia hæc sunt mortalitatis conditionem vix illi aduertunt nec volunt intelligere, vt se coram deo humilient, ac breue hoc & perexiguum tempus in eius sincero cultu expendant, sed bona pars hominum obliuio conditionis suæ, immortalitatem quandam sibi persuadent, neque cogitationem vel memoriam mortis volentes admittere, atque hinc in superbiam eleuantur & neglectum Deum hinc videlicet sibiipsis perditionem æternam conquirunt, suo demerito, vt de morte hac temporali, transcant ad mortem & damnationem sempiternam. 42 Si qui tamen inueniantur extra illorum numerum, qui conditionem suam intelligentes, & breuitatem vitæ necessitatemque temporalis mortis considerantes, sincero affectu Deum colere nunc student (quorum est perexiguus numerus, cum e contrario sit stultorum illorum infinitus) hi sanè non cum illis perditione æterna peribunt, 43 sed quasi reliquæ quædam peculiare seligentur & separabuntur ab illis impiis in partem alteram, ad perfruedum gaudiis sempiternis in dextera dum illi tormentis affligentur item sempiternis, in sinistra.
- 37 qui terrenum habent fundamentum,
- 38 consumuntur velut à tinea?
- 39 de mane usque ad vespem succidentur.
- 40 Et quia nullus intelligit,
- 41 in æternum peribunt.
- 42 Qui autem reliqui fuerint,
- 43 auferentur ex eis.

44 Morientur, in quâ illi non intelligentes & stulti, verum non in sapientia (quâ si prælegissent stultitiâ à damnatione seruantur, cum sapiëntia eos qui se apprehendunt à doloribus liberet) sed in sapiëntia sua, quam peruersa voluntate & cæco iudicio sapiëntiâ præelegerunt. Vnde & nunc tibi ô Job amice videndû est, ne tu mortalis homo sic liberè contra Deû obmurmures, atq; cû eo licenter audacterq; expostules, quasi nihil in te possit inuenire quod arguat, aut punitione dignum castiget: cauendûmq; est tibi, ne in huiusmodi stultorû numero inueniaris, vt tuâ cõditionis immemor, cõtra Deum cornu erigas, sicq; etiâ perditione sempiterna post tẽporalem hanc punitionem dignus inueniaris.

44 Morientur, & non in sapientia.

QVINTI CAPITIS ELVCIDATIO.

Quod si fortè mihi ista narranti quæ per diuinam accepi reuelationẽ, fidem habere non velis, tu ipse (si videbitur) Deum inuoca, si fortè tibi dignabitur reuelatione peculiari, vel hoc ipsum, vel contrariû manifestare. 2 Et ad aliquem sanctorum, vel angelorû Deo semper assistentium, vel spirituum sanctorû olim vita defunctorum, temetipsum conuertere, deuotè eorû implorâdo auxilium, si fortè ipsorum aliquis te super hac re melius aut certius dignetur edocere. Si enim hominibus viuentibus nolis credere, illa etiâ quæ ex diuina reuelatione acceperunt narrantibus, necesse tibi est ad Deû, aut angelos, aut homines olim vita defunctos recurrere. 3 Profectò non est viri sapientis officiû, occurrentibus aduersis casibus, per irâ & impatientiâ semetipsum perdere, quod faciunt stulti qui non nouerunt animo suo impedire, & exurgentibus iracundiâ motibus per rationis imperiû dominari. 4 Neq; item magnanimi & fortis viri est officiû, alienæ sc̄licitatis consideratione in semetipso quasi inuidendo contabescere, sed est hoc eorum qui sunt pusilli animi, timidiq; & nullius spiritus: qui si quando in aduersa incidant, alios autem prosperè agere videant, grauissimè in alienæ sc̄licitatis consideratione cruciantur. Ita & tibi ô Job amice, videndû est, ne stultis & pusillanimis hominibus hac in re, modò assimileris, sed virum sapiëntem fortèmq; &

Cap. 5.
Voca ergo, si est qui tibi respondeat.
2 & ad aliquem sanctorum conuertere.

3 Virum stultum interficit iracundiâ.

4 & pusillum occidit inuidia.

magnanimū (qualis semper es habitus) præstare te nunc maximè, cū res postulat, est opus. Porro, ne stultis & impiis hominibus iustus etiā in afflictione aliqua positus inuideat, & contra eos zelo maligno exardescat ad æmulationem, fari ipsā instabilitas infœlicitatis illorū vix momentaneæ persuaadet, & quæ post paululum subsequi non raro solet maxima

4 *Ego vidi stultum firma ra dice.* aduersitas. 5 Illud enim mentis oculis certò considerandum atq; etiam corporeis sensibus frequenter compertū habeo, de impiis hominibus, qui admodū pulcherrimè arboris loge ac latè ramos suos expandentis, propter radices in terra bene firmatas & sufficienter dilatatas, pulchrè virere & seriò triumphare videbantur, quòd ipsorum omnis pulchritudo, triūphus & gloria, breui infœlicè valde sortita fuerint exitum;

6 *Malè dixi pulchritudini eius statim.* 6 quos cum viderè adhuc florentes & triumphātes, cum viderētur adhuc bene firmati in sua prosperitate, nihil suspicātes aduersi, maledicēbā eorum pulchritudini statim, id est, periturā dixi quantocius, & malo sine claudendā omnem ipsorū prosperitatem.

7 *Logè sicut filij eius à salute & cōteretur in portis: nō erit qui eruat.* 7 Non solū enim ipsi impiorū in semetipsis post paululum miserè morientur, aut etiam in vita dura patientur, verū insuper filij eorū cum ipsis moribūt, & longè aberunt à vera salute, tam spiritali quàm corporali, sed in æquitate publici iudicij (quod fertur in portis) rapiuntur ad mortē: & non erit quisquā qui illorum misereator, vt à morte eos eruat. Sæpe enim etiam tēporā morte filij impiorū pereunt, publico iudicio damnati, dum paternam imitantur malitiam, vel propter nimīū odium parentum, etiam in filios non admodum nocentes sauitur & animaduertitur. Generaliter verò ab æterna salute longè erunt filij omnes impiorum, qui paternam imitantur (vt serè euenire solet) malitiam: & conterentur huiusmodi in portis, sine corā tribunali diuini iudicij, nec erit qui liberet eos de manu horrendi iudicis.

8 *Cuius messem famelicus comedet.* 8 Illis verò, tam parentibus quàm liberis perditis, labores illorū, vtpote messem & omnia quæ illi cum multo labore & longa industria cōgregauerunt, alieni vel aduersarij magna auiditate deuorabunt, & prodigè absument sine modo atque mensura.

9 *Ipsam rapiet armatus.* 9 Totūmq; ipsum quod in domo eius fuerit inuentum, omne aurum & argentum, & omnem supellestem, per violentiam rapiunt milites armati, certatim contententes, quis quantum rapiat: 10 & homines pauperes atque inopes, nascitur occasio.

10 *Bibent*

occasione, magna auiditate rapiēdi diuitias eius omnes ab-
 tument & abliguient, quemadmodū sitientes pro nihilo a-
 que magnos haustus bibendo absorbēt. 11 Deinde & il-
 lud considerare debes, o amice, ea quæ hīc super terrā fiunt,
 nō temerē aut fortuitō euenire sine causā vlla determinata,
 per casum & fortunā: sed prouidissimus sapiētissimūsq; re-
 rū humanarū administrator & gubernator Deus determi-
 natē omnia & certo ordine atq; ratione, quam nouit ipse,
 disponit atq; dispensat. 12 Dolor quoq; siue malū quodli-
 bet pœnæ, quod homo patitur in hoc mūdo, nō vltro venit
 & sine causā super homines, quāmodū ea quæ de humo
 nascūtur sine semine, vltro & sua sponte procedūt, sed ali-
 quā verissi mile est subesse causam, & mala eiusmodi pœna-
 lia ex malis culpæ oriri. Vnde mala ista quæ nūc pateris, cre-
 das nō fortuitō tibi accidisse, sed à Deo dispēsante ea pro-
 cedere: neq; putes ea tibi profus innocēti accidisse, sed po-
 tius tuis peccatis illa imputa, ac pro correptione & emēda-
 tione tua esse tibi immissa persuasum habe, vt à cœptis desi-
 stas querimoniis. 13 Postremō, illud animaduertere debes,
 quod sicut auis naturale & peculiare officiū, ad quod nascitur
 & quo ab aliis distinguitur generibus ac speciebus anima-
 lū, est volare de loco ad locū, quo officio sibi suisq; pullis
 de cibo prospicit, & peculiari modo Deū glorificat: sic ho-
 minis rationale officiū, cui secundū rationē incumbere & à
 quo ad finē à Deo sibi præstitutū, id est, ad finalem beatitu-
 dinē tāquā ordinato & necessario medio peruenire debet,
 est laborare, id est opera virtutis (quæ ex se difficilia sunt &
 laboriosa homini pro statu corruptionis huius) diligenter
 operari, & quæ perferenda in hoc mundo ex necessitatibus
 corporis vel animi obueniūt mala, æquanimiter ac patiēter
 tolerare. Vnde sicut auis esset vita indigna, quæ pro susten-
 tādā vita corporis nollet volādi laborē suscipere: sic æterna
 vita meritō iudicaretur indignus, qui pro illa consequendā,
 nollet occurrētes subire ac sustinere labores. 14 Eam ob
 causam cæterāsq; omnes iā dictas, nollē ego vllō vnquā tem-
 pore, quicquid mihi tandē obuenirer, contra Deū impatien-
 ter querulari aut murmurādo blasphemare, sed magis sem-
 per in humilitate & mansuetudine volo illū deprecari, vo-
 cōm; orationis meæ ad illū in oratione & gratiarū actio-
 ne eleuare. 15 Neq; id quidem immeritō, quādoquidem
 id me-

*sitiētes diui-
 tias eius.*

*11 Nihil in
 terra sine
 causa fit.*

*12 Et de hoc
 mo nō egre-
 dietur dolor.*

*13 Homo na-
 scitur ad la-
 borē, & auis
 ad volatum.*

*14 Quāobré
 ego deprecā-
 bor dominū,
 & ad Deū
 ponam elo-
 quiū meum.*

15 Qui facit

- magna & in scrutilia.* id meretur eius adoranda maiestas & nimis admiranda potestas, quâ luce clarius ostendit in operibus suis, quæ facit valde magna & mole, & multitudine, & perfectione, ita ut eorum perfectione & dignitate nemo hominum vel angelorum funderis queat perscrutari: 16 facitque opera admiranda in celo & in terra, quorum tam est ingens numerus, ita ut à creato intellectu determinate cognosci non possit. 17 Qui sua ineffabili bonitate, pluuia est nubibus decidere facit super terræ superficiem: & aquis, partim pluuiialibus, partim fluuiialibus vniuersa terræ nascencia caposque omnes & sylvas & prata irrigat, quantum expedire nouit ad conferendam eis sufficientem pinguedinem atque fecunditatem, pro necessitatibus hominum cunctorumque uiuentium: sine quibus aquis breui deficerent: siti exhausta, cuncta terræ nascencia & vegetabilia superficie terræ. 18 Ob hoc uero vel maxime illum debemus cum humilitate & patientia deprecari, quonia ipse est qui homines sub potestati manu eius sese humiliantes, benigno aspectu suo respicit & exultat, ad celsitudinem spiritualium donorum eos subleuans, non raro etiam in temporalibus eosdem exaltans, cum sibi pro illorum salute & gloria sua uisum fuerit expedire.
- 19 *& merces erigit sospitate.* 19 Illos quoque qui doloribus cruciantur aut merore & tristitia animi sunt depressi, si humiliter ipsum fuerint deprecati, restituit sanitati, eos ab animi sui angustia, atque etiam ab externis doloribus liberans. 20 Quæadmodum uero humilibus assillit & gratiam præbet, ita e contrario superbis & malignis gratiam negat atque consolationem suam: imò palam illis resistit, prorsus dissipans omnes eorum cogitationes atque consilia, ne possint opere complere quod decreuerant, & quod tetare incœperant ad effectum consummatum perducere. 21 Eorum quoque qui in sapientia mundi huius uel carnis (quæ inimica est Deo, nimirum animalis & diabolica) gloriatur atque confidunt, ipse apprehendit, capit, ac uelut illaqueat, in calliditate astutia suæ, ita ut uide sibi putant illi magnam comparare laudem & emolumentum plurimum, inde eos Deus in confusionem & damnationem adducat. 22 Denique sua potentia & sapientia dissipat omnia prauorum consilia, ut nullius sint roboris, nihil proficiat, quonia non est sapientia, non est consilium contra dominum. Qua quidem in re, gloriatur Deus aduersum superbos istos in potentia atque sapientia sua confidentes, suæ uirtutis robor & potestatis terrorem ostendere: quæadmodum e contrario

erga supplices, suae bonitatis dulcedinē & benignitatis clementiā gaudet demonstrare. 23 Euenit enim hoc illis oculis & iusto Dei iudicio, exigente id superbia eorū, vt e-
 23 *Per diem incurrent tenebras.*
 24 & obscuritate maxima ambulantes: quōdque maius est, in iis quae per se videntur manifestissima atque clarissima, illic nonnunquā maxima perplexitate hæsitar, & quasi palpando incedunt, nescientes quid agendū vel omittendū, perinde ac si res foret obscurissima: quod est, ac si quis in medio diei, quando est claritas maxima, palpando manibus iuxta parietes incedat, nesciēs quo vadat, tanquā in mediæ noctis obscurissimis tenebris. Quae quidem plaga, acrisia spiritalis rectē potest appellari, eaque non rarō percutiuntur à Deo sapientes huius seculi, vbi affectum suū à Deo auerterint, totūque in terrena desideria cōuerterint: qui nō rarō in satis apertis casibus, in quibus etiā mediocris ingenij homo incorruptum habens iudiciū facilē perspicit quid sit agendū, toto cælo aberrant, efficiunturque duces cæci caecorum, vt cadant ambo in foueam. 25 Pauperes autē & humiles spiritu, qui nec in potentia nec in sapientia sua confidunt, sed de seipsis penitus desperantes totā fiduciam suam habēt in domino, cui cōmendant in benefactis animas suas, hos saluos faciet dominus à gladio oris illorum, id est, à malis illorū consiliis pestiferisq; suasionibus & erroribus, quibus interficiunt multorū animas, indicādo eis veriora, meliora & viciniora salutē. 26 Sicut autē pauperes illos dominus liberabit ab astutia sapientum huius seculi, ita eosdē eruet de potestate illorum qui sunt potentes in hoc seculo, ac per potentiam violenter opprimunt alios, sic vt nihil ab illis patiantur incommodi, quod ad animarum salutem spectat. 27 Ita quidem pauperes spiritu & humiles, meritō sperare in Deo possunt & debent, quoniam paratus est & gaudet eis benefacere. Cæterum illi qui student iniquitati, susque totos abiecto timore Dei tradiderunt impietatibus, non est quōd sperēt in domino Deo, vt ab eo exaudiantur vel ab eo quicquam accipiant: non est illis locus aperiendi os apud Deum, vt ab eo quicquam postulent, posteaquā illum prorsus contemnant & palā abiiciunt. Veniētque temporis confusionis eorum, quando non solū non gloriabuntur iactantes peccata sua, verumetiam quasi obturatum habent.


23 *Per diem incurrent tenebras.*

24 *& quasi in nocte, sic palpabūt in meridie.*

25 *Porro saluum faciet genum à gladio oris eorum.*

26 *& de manu violenti pauperem.*

27 *Et erit egeno spes, iniqtas autē contrahet os suum.*



ELUCIDATIO

habentes os, coram iudicio Dei palam erubescunt, non habentes quid respondeant iudici examinanti, & diiudicanti eorum dicta & facta singula. Proinde & tu nunc videris, ut superbia ista & presumptuosam querimoniam omittas, in humilitate & mansuetudine ad Deum deprecando potius quam disputando loquaris.

28 *Beatus homo, qui corripitur à domino.*

28 Ego sane illum qui à domino in presenti vita aduersis exercetur & paterna disciplina corripitur, non solum non miserum & deplorandum iudico, verum etiam beatum & felicem reputo, quatenus per hanc paternam correctionem peccata purgantur præterita, atque etiam præcauentur futura, cumulus quoque per eam accrescit meritorum patienter sustinentibus: quoniam non sunt condignæ huius temporis passiones, ad futuræ gloriæ remunerationem: denique per eam agnoscit homo suam salutem Deo esse curæ sequere Dei filium esse legitimum, non adulterinum: quoniam qui extra disciplinam sunt, adulterini sunt, & non legitimi dei filii.

Roman. 8.

Hebr. 12.

29 *Inceptionem ergo domini ne reprobet.*

29 Cum ergo tam utilis res sit hominibus pro statu est, correctio & disciplina domini, noli o amice Iob, querulando & obmurmurando tantum bonum (quod est peculiare quoddam amicitiae & filiationis Dei symbolum) reprobare atque reiicere per impatientiam, quemadmodum proxima tua ista oratione fecisse videris: quin potius in humilitate & sine murmure, imò cum omni gratiarum actione, illam suscipe de manu domini.

30 *quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manum eius sanabunt.*

30 Hoc sciens & certo persuasum habens, quod sicut potestatem habet ipse percutiendi siue vulnerandi sic item & medendi vulneribus, illis etiam quæ humano iudicio videntur immedicabilia: sicut potestatem habet ipse percutiendi siue affligendi, ita & sanandi leuandique afflictum ab afflictione. Ipse enim ad suæ potestatis atque bonitatis gloriam demonstrandam & nostram salutem promouendam, nunc afflictionibus & aduersitatibus vel in substantia vel in corpore, hominem ferit & punit: rursus verò, cum sibi visum fuerit pro sua gloria & nostro profectu expedire, liberat eundem ab aduersitatibus & miseriis quantumuis maximis, etiam si humana via vel industria videantur inextricabiles & insanabiles.

31 *In sex tribulationibus liberabit te.*

31 Ipse, cum voluerit & sibi visum fuerit, liberabit te etiam à sex tribulationibus, id est, ab omnibus malis & miseriis quæ tibi obuenire possunt, in vita ista presenti, quatumlibet multæ numero & mole graues fuerint: ita ut nulla tibi unquam possit nocere huius temporis aduersitas

ueritas
mni m
autē te
tempor
terna, q
culo, p
ab illa t
tribulat
nouissi
dat alia
præced
remus t
mes ori
exurgat
stodidē
tibi om
guæ, ve
& vulne
seruabe
persuasi
publica
turbatu
mino sic
velint a
general
hostibus
do cælo
nium ad
dam co
fiducian
des om
riculum
nibus, lu
ri solent
etiam ali
bis, hab
lapidib
in publi
das vsq
crudeles

ueritas, si in humilitate Deo subiectus permanes, & ab omni murmuratione temetipsum custodias. 32 Non solū autē te liberabit omnipotens Deus de tribulationibus istis tēporariis, uerū etiā ab illa tribulatione maxima & sempiterna, quæ post huius uitę tēpus manet impios in futuro sæculo, postquā decursus tēporū cessauerit, ita ut nihil prorsus ab illa tū sentias mali, quādo omnes impij & murmuratores tribulatiōe sempiterna affligētur: quę meritō septima, id est, nouissima potest appellari, eo quod in illa sit status, nec succedat alia, quemadmodū dies septimus ultimus est & finis sex præcedentiū. 33 Videlicet (ut particularius plures enumeremus tribulationes, à quib⁹ per dominū iusti liberātur) si famis oriatur super terrā, seruabit te ne fame pereas: si bellum exurgat, seruabit te ne pereas gladio. Efficiet enī ipse, te custodiēdo, ut nec fames nec gladius tibi noceāt, sed ad bonū tibi omnia conuertet. 34 A flagello quoque pestiferæ linguę, uel detractoris uel peruersi doctoris, quo percutiūtur & vulnerantur multorū animæ, tu per deum te custodiētē seruaberis, ut nihil tibi noceant, uel detractiones, uel malæ persuasiones hominum. 35 Quod si calamitas quælibet, uel publica tribulatio, alicūde exurgat subitō, nō redderis conturbatus, quemadmodū conturbātur illi qui nō habēt in domino fiduciā, præ terrore nesciētes quo se uertere, aut quid uelint agere. 36 Imō & si uastitas desolatioque magna & generalis uenerit super terram, aut prouinciā totam, uel ab hostibus, uel ex cœli inclemētia (ut tēpore sterilitatis, quando cœlo negante pluuiam, terra sterilis efficitur: & rerū omnium ad uictum necessariarum oritur penuria) tu interim dum contristabuntur & flebunt, qui nō habēt in domino fiduciā, nō solū nō contristaberis, sed pro nihilo pendes omnia, ac ueluti ridebis illis flentibus. 37 Neque si periculum aliquod exurgat à feris terræ bestiis, utpote à leonibus, lupis, ursis, aut huiusmodi, quæ nonnunquam grassantur solent ampliūque fruire in homines tempore famis, uel etiā aliās ex ultione diuina, tu ab hoc periculo nō formidabis, habens in domino fiduciā. 38 Imō uerō etiam cū lapidib⁹ terrę uideberis iniisse scædus: ita ut tibi nec ipsi qui in publica uia iacent lapides quicquā noceant, ut nō offendas usquā ad lapidem pedes tuos. 39 Denique, ipse quoque crudeles bestię terræ nō quicquam nocebūt, eruntque tibi

32 Et in septima nō tanget te malū.

33 In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij.

34 A flagello linguę abscederis,

35 Et nō conturbaberis calamitatem cum uenerit.

36 In uastitate et fame ridebis.

37 Et bestias terræ non formidabis.

38 Sed et cū lapidibus regionū patiaris: 39 Et bestie terræ

uelut

*pacifica erūt
tibi.*

Pfal. 90.

Roma. 8.

*40 Et scies,
quòd pacem
habeat ta-
bernaculum
tuum:*

*41 & visi-
tās speciem
tuam nō pec-
cabis.*

*42 Et scies
quomā mul-
tiplex erit
semen tuum,*

*43 & pro-
genies tua
quasi herba
terra.*

*44 Ingre-
dieris in a-
bundantia
sepulchrum,*

45 sicut in-

velut pacificæ, imò nec ipsi dæmones pessimæ bestię tibi ne-
cebūt, erūtq; tibi quasi pacificæ, quū nihil tu ab illis perpe-
tieris mali. In omnibus his tribulationibus & malis, quibus
solent affligi amatores huius mundi ignorantes deū, viri iu-
sti & pij qui in humilitate sua domino cōfidunt & seruiunt,
diuinę pietatis protectione sic liberantur, vt ab omnibus il-
lis nihil accipiant nocumēti, quantū ad ipsorū spectat salutē,
vt nihil dānationis iis qui seruiunt domino, sed omnia po-
tius eis cooperantur in bonum. Nonnunquā verò specia-
bus miraculis atq; priuilegiis, etiā tēporaliter & visibilibus,
suis electis deus in huiusmodi succurrit, quando & quomo-
do sibi, pro sua gloria & illorum salute, videtur conueniens.
40 Tunc demum intelliges & experiētia certa cognosces,
quòd in patientia & humilitate pacē veram comparaueris
tabernaculo tuo, i. cordi tuo, quod per humilitatē & pacen-
tiam in pace possidetur; item & in omni domui atq; familie
tuę, quā ob gratiā tui tuebitur dominus. 41 Ac tunc qui-
dem, speciem tuā, siue pulchritudinē domūmq; ac familiam
tuam speciosē instructā diligenter visitans atq; gubernās, ut
probū decet & piū patrē familiās, sic & ab omni peccato &
temetipsum & tuos omnes pro virili custodies, postquā cō-
moda verę pietatis tanta aliquantisper senseris. 42 Tunc
quoque experieris, q̄ restituetur tibi & multiplicabitur po-
steritas tua, quā videris profus perdidisse, sine spe (quātum
ad iudiciū humanū attinet) recuperandi: 43 & progenies
tua, i. filij filiorū nepotes tui, valde multiplicabūtur numero
copioso & sufficienti, vt plures nō desideres, quemadmodū
multiplicantur gramina super terram pulchrē virentia. Sic
(inquam) multiplicabitur volente domino semen tuū cor-
porale, in filiis & nepotibus tuis, quos finita plaga ista & fi-
nitate tibi reddita, accipies: multiplicabitur quoq; multo ma-
gis semen spirituale, & progenies spiritualis, quantū ad illos
qui tuis bonis monitis & exēplis ad pietatē formabuntur, &
quasi per te generabūtur deo: quę multiplicatio seminis spi-
ritualis, priori est præstantior. 44 Denique, tu qui modo
proximus videris morti, secundū humanū iudiciū, nihil
à morte distare, volēte deo, vitā longam adhuc victurus es,
nō antē inferendus sepulchro, quā iustam ætatem humanę
vitę expleueris: sepelierisq; in plenitudine annorū, in ser-
uitute bona: 45 & nō solum in abundantia dierū, sed etiam
in abun-

in abu-
quo ac-
conue-
ab inu-
iusti in-
ta, viri-
riontur
impij n-
suo, qu-
turitate
simariu-
ista qu-
dubite-
frequen-
reuelat-
pro rat-
nunc fu-
sunt, di-
silencio-
ratione
abstine-
ctum ca-



dolore
magnitu-
suspicio
speciem
eum pre-
miserico-
iterum v-
dum: 1
sus ab o-

in abun-

in abundantia, siue plenitudine bonorū operū, ad eū modū fertur acer-
 quo aceruus tritici iustam & plenam habentis maturitatem, *uus tritici in*
 conuenienti tēpore cōgregatur in horreum, illicq; seruatur *tempore suo.*
 ab iniuria hyemis, ne corrumpatur & pereat. Sic enim viri
 iusti in senectute bona, postquā expleuerint tempora mul-
 ta, virtutibūsq; & actionibus optimis bene maturuerint, mo-
 riuntur, & inferuntur in vitam æternam: cū econtrariō viri
 impij non dimidient dies suos, morianturq; in tempore nō *Psal. 4.*
 suo, quemadmodum si fruges quum adhuc virent, ante ma- *Eccle. 7.*
 turritatem, tempore non suo demetantur, & proiiciantur in
 simarium, aut in escam & cōculcationem bestiis. 46 Ecce *46 Ecce hoc*
 ista quæ modò dixi pro tua instructione, o amice Iob, nihil *vt inuesti-*
 dubites virilissima esse, atque ita habere vt per me longa & *gauimus, ita*
 frequenti inuestigatione sunt comperta, atque etiam diuina *est:*
 reuelatione comprobata: qua quidem in re, amici officio
 pro ratione temporis, mihi videor satisfecisse. 47 Tuum *47 Quod au-*
 nunc fuerit, ista quæ à me dicta, & à te patienter satis audita *ditum, mēte*
 sunt, diligenter in mente reuoluere, & apud temetipsum in *pertracta.*
 silentio expendere, vt ex eis patientiam discas, & à murmu-
 ratione atque quærimoniis tuis in quibus cœpisti a modò
 abstineas. Ad hoc enim ista à me dicta sunt, vt tu ex eis fru-
 ctum capias, atque ad patientiam animeris.

SEXTI CAPITIS

ELVCIDATIO.



Vdiens sanctus Iob, verba sua illa prima tam *Cap. 6.*
 seriō ab amicis diiudicari & tā seuera exami- *Respondens*
 natione expendi, vt propter ea velut queru- *autem Iob,*
 lus, murmurator, ac blasphemus argueretur, *dixit:*
 quæ ipse nō ex blasphemādi animo, sed tantū
 dolore nimio quasi cōpulsus, ad declarandam doloris ipsius
 magnitudinē protulerat, rationabili respōsione falsam hanc
 suspicionem illis adimere voluit: quid illa sua tam secūdam
 speciem querula oratione potissimā intendit, & quanti
 eum premant dolores, particularius explicando, ac deinde
 misericordiam tam ab amicis quā ab ipso Deo, querulis
 iterum vocibus exostulādo. Respondit itaq; in hunc mo-
 dum: 2 Non equidem affirmo, o Eliphaz amice, pro- *2 Vtinā ap-*
 dus ab omni peccato magno ac paruo me esse immunem, *pendere vult*
 quod

peccata mea quibus iram merui, & calamitas quã patior in statera, quasi arena maris hac grauior apparet.

3 Vnde et verba mea dolore sunt plena.

4 quia sagittæ domini in me sunt,

*5 quarũ indignatio ebi-
bit spiritum
meum:*

6 et terrores domini militat contra me.

7 Nũquid rugiet onager,

quod tu ex meis verbis intellexisse videris: sed hoc in bono cõscientiæ testimonio ausim affirmare, nõ inueniri in me tã grãdia peccata, quib⁹ tã grauissimã, prorsus insolitã & inauditã plagã, fuissem cõmeritus, qualẽ nunc patior, iuxta regulã & consuetudinẽ, quã solet obseruare deus, pro hoc tempore in puniendis peccatis hominũ, maiora plagis grauioribus, minora leuioribus puniẽdo. Vnde (vt humanũ aliqui dicã) si fieri posset, vt peccata mea quæ per fragilitatem, aut ignorantia, aut quomodo libet aliter fortẽ comisi, quibus videri possem hanc plagã cõmeruisse in statera, siue bilance appenderentur, & iuxta trutinã libraretur, cum plaga ista grauiissima quam patior, ausim hoc affirmare, q̃ pena lãgẽ grauior inuenietur quã culpa, quodq; multo grauius me puniat, quã mea peccata cõmeruerint in hoc tẽpore puniri, quemadmodũ arena maris grauitate nimia, sicut & multitudine, lãgẽ superat aliorum quæ cõferri possint grauitatem.

3 Atque hinc videlicet verba mea illa processerũt dolore plena, dolorẽque grauissimũ attestantia, nõ plena blasphemix, (vt vos existimatis) aut blasphemiam vllam attestantia: ex nimio videlicet excessu incredibilis plagæ & inastimabilis doloris, qui me cõpellit ad loquendũ verba huiusmodi excessum aliquẽ sonantia, nõ ex animo blasphemandi, vel murmurandi contra deum. 4 Neque mirum vobis videri debet, q̃ sic loquar, si attẽdatis plagẽ meã inauditã grauitatem. Non enim ab homine flagellor aut patior, cuius verbera & plagas facillẽ satis possem sustinere: sed Deus ipse est qui manum suam extendit aduersum me, & quasi sagittas iaculatur in me dolores, ad intima vsq; corporis meo penetrantes: 5 quarũ sagittarum furor & vehementia nimia, non solum me fatigat, sed prorsus exhaurit omnem spiritum, siue vigorem meum, ita vt in corpore nihil reliquũ sit sanum aut integrum, nec in animo virtus mihi sufficiens ex meipso ad sustinendum. 6 Neque solum presentibus affligor malis, verum etiam absentibus, & iis quæ adhuc potest sunt accedere conturbor & perterritus, quasi exhorretus his quæ modò patior plura insuper, aut maiora posse accedere. Vnde non mirum videri vobis debet, neque ad blasphemiam statim imputari, si in tantis miseriis ego constitutus aliquãto immoderatũ videar eiulasse. 7 Sanẽ muta animalia, quãlibet etiam rudia ac stolidã, donec bene est eis, nã

mir
dũ v
sibi p
te p
sed f
sto
tam
gient
ego
defec
nerẽ
horre
mili
mea
prehẽ
lico?
propo
sile co
non p
cum n
modi
homo
ferre n
dus: s
uũ, &
voci bu
valet d
poreft
centiã
uissim
rum si t
corpor
tur) vel
tiam et
mea mi
horreba
sita hab
lamenta
& quaf
te id à n

mirū si non clamitent vel querantur eiulando: quemadmo- *cū habuerit*
 dū videlicet sylvestris asinus cū viride gramē, gratissimū *herbam:*
 sibi pabulū, ante se conspicit, non rudis: 8 & bos quū an- *8 aut mugiet*
 te præsepe plenū cibo optimo steterit, non emittet mugitū: *bos cū an-*
 sed si famescant, deficiente pabulo, quantūuis rudia sint & *te præsepe*
 stolidia animalia, laboribúsq; ferendis aptissima, naturaliter *plenum ste-*
 tamen emittent voces lamentabiles: ille rudiendo, iste mu- *terit?*
 giendo, quibus miserā suā testabuntur. Atq; ita quidem &
 ego si in vestro statu essem, aut eo quo nuper erā, nullius rei
 defectū habens, facilè ab huiusmodi verbis querulis absti-
 nerē, sicut & vos modò nihil habētes aduersi à talibus ab-
 horretis. Verūm cū in tāta nūc sim angustia positus, quare
 mihi non licebit, quod illos docet natura, querulis vocibus
 meæ miseræ statū declarare? quare in homine tā misero re-
 prehēdetur, quod nō reprehēditur in boue aut asino fame-
 lico? 9 Videmus item quotidiana experiētia, si cui cibus 9 *Aut pote*
 proponatur insulsus & malè sapidus, ex eo tantūm q̄ nō sit *rit comedi i-*
 sale conditus, etiā si alioqui bonus fuerit & esui cōmodus, *sulsū quod*
 non posse cibū illū manducari ab eo cui est propositus, nisi non est sale *conditū?*
 cum magna displicētia & horrore, qui naturaliter ex huius-
 modi cōsurgit in sensitiuo appetitu. 10 Neq; item potest 10 *Aut po-*
 homo gustare siue manducare, id quod nouit si gustetur, ad *rest aliq; gu-*
 ferre mortē, vt cuiusmodi est cibus aut potus veneno infe- *stare, quod*
 ctus: sed abhorret homo naturaliter secūdu appetitū sensiti *gustatum af-*
 uū, & execratur, fugit atq; abominatur quæ sunt eiusmodi, *fert mortē?*
 vocibúsq; querulis & exclamando & abominando quantū
 valet deprecatur, abiicit, refutat & refellit huiusmodi, nec se
 potest ad ea sumēda accōmodare sine apertis iudiciis displi-
 centiæ & doloris. Sicq; & ego nunc propositis mihi tā gra-
 uissimis doloribus, ipsa quoq; morte amarioribus, nihil mi-
 rum si secūdu appetitum sensitiuū (qui naturaliter omnia
 corporis refugit incōmoda, sicut econtrariò cōmoda secta-
 tur) vehementer abhorreā, horroisq; & terroris vehemen-
 tiam etiam voce & gestibus explicem. 11 Tanta est enim 11 *Qua pri-*
 mea miseria, vt ea à quibus antè animus meus plurimū ab- *us nolebat tā*
 horrebat ab illebatq; diligentissimè, nunc præ nimia angu- *gere anima*
 stia habeat quasi cibū & potū: hoc est, vt querulas voces & *mea, nūc præ*
 lamentabiles eiulatus nunc habeam quasi cibum & potum, *angustia cibi*
 & quasi pro consolatione familiares mihi faciā, extorquen- *tes sunt.*
 te id à me velut naturali quadam necessitate, vi immensa

- 12 *Quis det ut veniat pe- titio mea, & quod expe- cto tribuat mihi deus, & qui coe- pit ipse me conterat?* 12 Tantus nimirū est dolor quē patior, vt pro ma- ximo munere optarim petitionē meā, quā etiā supra in prin- cipio sermonis mei idcaui impleri, & quod vehemēter de- sidero atq; expecto mihi tribui à deo: nimirū vt sicut me ce- pit ipse per vim suā potētiae grauiſsimē affligere, ita pergat manum suā extendere fortius, donec me prorsus cōterat & interficiat: vt postquam humana via nō videtur spes vlla su- peresse recuperādā sanitatis, saltē mors ipsa tātis malis finē imponat. 13 *Soluat ma- num suam, et succedat me:* 13 Neq; tamen adeo sum impatiēs aut demēs, vt ipse mihi vitā contra fas & æquū auferre velim. Sed ipsum, qui dominus est vitę & mortis, qui in animas nostras pleni- ter habet cū potestate dominiū, precor, vt si videatur manū po- tētiae quā adhuc ex parte aliqua super me cōtinet, i eo quod nō penitus me interficiat, vt ipsam (inquā) prorsus soluat, to- tamq; extēdat aduersum me, ita vt vitā hanc corporalē mihi auferat, sicut cætera omnia iā abstulit: sicq; de medio viuen- tiū me succidat, siue demetat. 14 *Et hac mi- hi sit cōsolati- o, vt affli- gēs me dolo- re nō parcat:* 14 Nō solū enim non ab- horreo mortē, verū etiam pro cōsolatione vnica id reputa- bo, si ita me affligat grauiſsimis dolorib⁹, vt nec à morte par- cat, vtq; etiam vitā hanc mihi post dolores nimios auferat. 15 *nec cōtra- dicā sermo- nibus sancti.* 15 Atq; etiā si hac in re deus suā impleat voluntatē, & meā exaudiat petitionē, non contradicā, neque obmurmurando decretis omnipotētis dei, qui sanctus est in omnibus operi- bus atque decretis suis, & quæcunque facit in vero iudicio facit, nec proinde quisquā aduersus facta siue iudicia ei⁹ de- bet obmurmurare, sicut nec ego impresentiarum facio, licet vos id existimetis: neq; facerē, etiā si me interficeret, sed ma- gis lætarer, & gratias agerē pro adimplentione desiderij mei. Quomodo igitur verisimile videri possit, animo blasphemādi priora illa verba à me plata fuisse, cū grauiores etiam pœnas, atq; adeo mortē ipsam, sine murmure & cōtradictio- ne suscipere sim paratus? 16 *Quæ est enim forti- tudo mea, vt sustineam?* 16 Neq; verò immeritò mortē tā- topere exopto & inuoco, nec sine causā tā lamētabiles vo- ces edo. Nō enim mihi homini infirmo & molli carne cū- cūdato, tātū est roboris, vt tā grauiſsimā plagā & intolerā- bile afflictionē valeā sustinere. 17 *aut quis finis meus vt patienter agam?* 17 Neq; finē aliquē vel ter- minū adhuc video dolorū istorū, quibus crucior, vt vel hac consideratione me ipsum cōsoler, & ad ferendū ad tempus aliquantū confirmem: sed crescunt indies dolores, neque in- men video siuem vitę appropinquare, aut aduenire mortē.

per quã à malis omnibus liberarer. Si enim in proximo finẽ viderẽ miseriarum istarũ, possem vtcunq; meipsum cõsolari in breuitate tẽporis. Nunc verò, cum finẽ nullum videã, & tamẽ quotidianum sentiã dolorum incrementũ, quid mirũ, si fleam & eiulem, si etiã mortem ipsam inuocẽ & exoptem?

18 Neq; enim lapideus aut saxeus homo ego sum, vt robur habeã saxeũ aut lapideam duritiẽ, vt sim ad omnia insensibilis & absq; dolore: neq; caro ista quã circũfero, animã meã domiciliũ, admodum aris firma est & insensibilis, vt nullis plagis cedat aut moueatur, nullõq; tangatur dolore: sum autẽ ego homo terreus & carneus, vasculum fictile & fragile, carnem habens mollem nimis & tenerã, quã statim ad ictus quoslibet expauescat & deficiat grauissimẽque indoleat, & intimẽ affligatur. Propter quod, cõsiderãtes naturẽ meã imbecillitatẽ & plagã grauitatẽ, non mirũ arbitremini quãso, si aliquãtò immoderatius, cogẽte doloris excessu, videar loquutus.

19 In hac autẽ plaga tam grauissima, nullũ prorsus mihi accedit solatiũ, neque ex memetipso, neq; ab aliis. Nã, quod ad meipsum atrinet, satis apertũ est, nihil prorsus auxiliij vel solatij corporalis mihi relictũ esse in memetipso: cùm sim priuatus simul bonis omnibus, quãcunq; in hac vita auxiliũ vel solatiũ vllum homini adferre possunt. 20 Quod verò nihil mihi aliunde sit expectandũ auxiliij, illud manifestẽ insinuat, quod etiam propinqui, & cognati, & amici, qui peculiari necessitudine siue familiaritate mihi quondã erãt coniuncti, nunc me penitus derelinquunt, & longẽ à me recedunt, nullam mihi ostẽdentes amicitia, aut beneuolentiã exhibentes.

21 Quã quidẽ inhumanitas & infidelitas, deo nequaquã placet. Imò hoc certum est, eum qui proximo & amico suo negat misericordiam, (recusans illi cum possit & rei ipsa expostulet, misericordiã & charitatis fraternẽ operã impendere) cõtra sanctum Dei timorẽ agere, & dilectioni diuinã factò cõtraire: cùm hæc postulet sanctus timor & dilectio vera Dei, vt proximis nostris, & maximẽ amicis, fidem & misericordiã opportuno tempore exhibeamus. Qui enim proximum & amicum non diligit quem videt, Deum quẽ non videt quomodo potest diligere? Maximẽ cùm hoc mandatũ à Deo habeant homines, vt fratres diligant.

22 Ita sanẽ contra sanctum Dei timorẽ fratres mei, propinqui secundum carnẽ & cognati, nulla affecti super me com-

18 *Nec fortitudo lapidei, fortitudo mea, nec cor meum aenea est.*

19 *Ecce non est auxilium mihi in me,*

20 *& necessarij quoque mei recesserunt à me.*

21 *Qui tollit ab amico suo misericordiã timorem domini derelinquit.*

1. Ioan. 4.

22 *Fratres mei preterite*

runt me, sicut passione, quasi me nō viso celeriter pertrāsierūt; ne c verbo
torrēs qui ra nec factō vllā mihi adferētes consolationē, ad similitudinē
ptim trāsit in rapidi torrētis, qui magno impetu & impetuosa ac celerita
conuallibus te descendēs ē mōtibus per cōualles transit: cūm ex timore

23 Qui timēs 23 Hi autē qui huiusmodi sunt erga amicos infideles
pruinam, ir- (inquā) & immisericordes, nō effugiēs iudiciū Dei. Nimirū
ruct super os dū minora & nullius pretij dāna siue incōmoda metuunt,
nix. diuino iudicio incidēt in dāna atq; incōmoda lōgē grauio-
ra veluti si quis leuē pruinā fugiēs, grauissimā & frigidissimā
cogatur niuē copiosē in se irruentē ferre. Ita sanē & illi
qui modō proximis misericordiæ opera negāt, ne dānū pa-
tiātur in rebus tēporalibus, vtpote vel in pecunia, vel in re-
bus aliis externis, vel in honoribus, vel in corporis valeru-
dine, diuino iudicio dāna grauissima sentiēt in æterna dam-
natione, vbi erit defectus totalis vniuersi boni, & cumulus
omniū malorū: quæ si cōferantur cū malis vel incommodis
vitæ præsentis, lōgē ea superexcedūt, quæ admodū nix frigo-
ris acerbitate, & pōderis grauitate, & materiæ multitudine,
lōgē superat tenuē leuēque pruinā. 24 Et quanquā forti-
tan ad tēpus aliquantū videbūtur immisericordes huiusmo-
di sceleriter agere, & vltionē nullā percipere: attamē quādo
visum erit deo, qui omnia ordinatē suo tēpore agit, in illorū
vlticisci, eorūque sceleritate dissipare, per mortē anima sepa-
rata à corpore, tūc in pœnā suæ infidelitatis & immisericor-
diæ dānatione æterna peribūt: 25 & cūm feruor diuinę in-
dignationis in eos exardescere cœperit, eōq; vri & premisi-
senferint, tūc subitō soluētur, liquefcunt, & peribūt de loco
suo, perdētque omnē sceleritatē & gloriā suam, absque vlla
resistētia, quemadmodum liquefcit cera vel butyrū à facie
ignis. 26 Ideo videlicet sic æterna damnatione impij tales
puniūtur, quoniā actiones & studia eorum in quibus occu-
pabantur dum viuerent, non erant recta & plana in iustitiā
& æquitate, sed curua, distorta, inuoluta & intricata, per in-
fidelitatē & iniustitiam: atque ideo sine fructu sunt omnia
quæ agunt, neque per ea finem beatū assequentur salutis æ-
ternæ, sed perditione sempiterna peribunt, accepturi post
omnia mortē peccati stipendium. 27 Ne verò me frustra
conqueri de amicorū infidelitate arbitremini, ipsi oculos
verti-

mani
ros h
pauli
amici
te a
vel ad
riz, h
riz, in
nesciā
ne acc
sibi fo
30 ec
videa
eis si
quām
libent
ganru
confe
fidele
me vi
ga per
hil mi
nimia
tio) vo
phar,
venist
tamē i
stis, e
sic op
Imò e
quasi
postul
la vri
ab eis
les pra
stulare
est que
gatis.
quam
verti

vertite (si libet) ad itinera quib⁹ venit^r à regionibus The- *Themã, iuine*
 manitarũ & Sabæorũ, vbi amicos multos & familiariter no- *ra Saba:*
 tos habebã, cũ essem in pristina fœlicitate: 28 & expectate 28 & expe-
 paulisper, vt attẽrius diutiũsque obseruetis, si veniãt ex tot *Etate paulis-*
 amicis & notis aliqui nũc ad ferẽdũ mihi in hac necessita- *per.*
 te auxiliũ vel solatiũ exhibendũ: & videbitis, vel neminem
 vel admodũ paucos ex his locis, causa meã releuãdã mise-
 ria, huc aduenire. 29 Ipsi audientes famã meã tantẽ mise- 29 *Confusi*
 ria, in semetipsis conturbati & confusi sunt super me, ita vt *sunt.*
 nesciant quid de me cogitare debeant, ita vt præ confusio-
 ne atque erubescencia omittant me visitare: existimantes id
 sibi fore verecundum, si me tam miserum ipsi inuiserent,
 30 eò q̃ in talem me venisse statum audierint, in quo eorũ 30 *quia spe-*
 videar egere auxilio atque subsidio: & ideo timentes, ne ab *raui,*
 eis si me inuiserẽt aliqua postularẽ, maluerũt domi manere,
 quã ad me venire: quãdã modũ solent auari homines non
 libenter pauperes suos amicos aut cognatos inuisere, ne co-
 gangur de suis facultatibus aliquid in eorum subuẽtionem
 conferre. 31 Nonnulli etiã ex eis plus cãteris (vt videtur) 31 *Venerunt*
 fideles & misericordes, vsque ad me venerunt: 32 sed vbi *quoque vsq;*
 me viderunt tam graui aduersitate deiectũ, & insolita pla- *ad me,*
 ga percussũ, ita pudore & verecundia sunt oppleti, vt ni- 32 *& pudor-*
 hil mihi auxiliij vel consolationis exhibuerint, abhorrẽtes à *re comperti*
 nimia mea miseria. 33 Videlicet (vt apertẽ dicam quod sen- *sunt.*
 tio) vos ipsi tres amici mei, tu Eliphaz, tu Baldath, & tu So- 33 *Nunc ve-*
 phar, antiqũe ìter nos amicitia lege cõpulsũ, nũc qdẽ ad me *nistis,*
 venistis, eò animo (vt credo) vt me cõsolaremini: 34 iidẽ 34 *& modò*
 tamẽ ipsi mox vbi plagam istã meã tam horribilẽ corã vidi- *vidẽtes pla-*
 stis, extimulistis & abhorrere cœpistis, stupore & horrore *gam meam*
 sic oppleti, vt cõsolationis nihil mihi hactenus attuleritis. *timetis.*
 Imò ecõtrariò, duris etiã verbis me inuaditis & increpatis,
 quasi timẽtes ne si amicẽ me alloquamini, ego à vobis sim
 postulaturus aliqua in subuẽtionẽ meã miseria: qua caute
 la vt solẽt auari erga pauperes, vt eis os claudant, ne petere
 ab eis aliquid audeãt. Quum enim erga pauperes se affabi-
 les præbẽt diuites, audẽt illi ab his liberius quibus egent po-
 stulare: cũ verò duos & difficiles, nõ audẽt loqui. Sed non
 est quòd timeatis, aut ob talem timorem mecum durius a-
 gatis. 35 Nunquid enim hactenus vnquã ego à vobis quic- 35 *Nunquid*
 quam petij vel auxiliij vel subsidij tẽporalis, videlicet aut de *dixi, afferte*
 vestris

mibi & de vestris facultatibus aliquid mihi donari, 36 aut de manu
substantia ve hostiū meorū per vos liberari, vel de eis vindicari, aut de po
stra donate tētia tyrannorū & robustorū opprimentiū homines, per ve
mibi? strū auxiliū vel consiliū eripi? Nihil vnquā tale à vobis po-
 36 *vel libe-* stulauit, neq; olim cū in fœlicitate agerē, minimēq; opus ha-
rate me de berē, neq; etiā nūc, quanquā in tāta cōstitutus afflictione &
manu hostis, angustia. Vnde nō est, q̄ de hac re solliciti sitis, neq; hoc re-
 & *de manu* spēctū opus est, vt diuſius mecū agatis. 37 Neq; tamē hac
robustorum dixerim, neq; sic accipi à vobis velim, quasi nolim ego me.
eruite me? liora dicētibus aurē accōmodare. Si vobis videar egere do
 37 *Docete* cōtrina vestra, & si me potueritis in re aliqua quā ignoro, aut
me, & ego de qua ignorantes & nō rectē loquutus sim, melius docere,
tacebo: & si nō recuso doceri à vobis, libēter vos in silētio humiliter an
quid fortē i- dire volo, meliōra docētes, & solidæ veritatis aliquid cōtra
gnorauit, in- me ad meā ædificationē & instructionē adferētes libēter su
struite me. sciipiā. 38 Verū nō ita vos mecū agitis, qui verbis meis su
 38 *Quare de* prā prolatis, in quib⁹ falsitatis aut impietatis reuera nihil cō
traxistis ser- tinetur, si sanē vt oportet intelligātur, & ea intentione qua
monibus ve pronūciata sunt candidē excipiātur, detrahere sine cōtradi-
ritatis, cere laboratis, perinde quasi falsā aut mala reprehēsiōne di-
 39 *cū è vobis* gna protulisset: 39 cū tales sint illi sermones mei, vt ne-
nullus sit qui mo ex vobis iusta ratione pro illis me possit arguere, vt bla-
possit argue- phemū, mendacē, aut impatientē, si sanē & ea intētiōne qua
re me? prolata sunt (vt suprā iā dictū & declaratū est) accipiantur.
 40 *Ad in-* 40 Vidētur verba vestra non ad hoc tēdere, vt aliquid me
crepādū tan- doceāt quod ego ignorauerim, sed tantū ad obiurgandū me
tum eloquia & increpandū videntur esse cōposita: quæ vt vehemētiori
conciannatis, plūsq; habētia pōderis videātur, artificio rhetorico cōcin-
 41 *& in rē* nare ea studetis: 41 atq; ita verba tumētia orationēsq; su-
tum verba perbas cōtra me profertis, & quasi in ventū magno cū falsis
profertis. iactatis, sed sine fructū, cū ego huiusmodi phaleratis assue-
 rim nihil moueri sermonibus, nisi quantū veritatis pondus
 42 *Super pu-* euicerit. 42 Hac autē grandiloquētia vestra, quasi pōde-
pillum irru- re quodā, irruitis super me pupillū & orphano alicui simili,
ris, & sub- qui defensorē neminē meis partibus fauentē habeo: & sub-
uertere niti- uertere profus atq; opprimere laboratis veterem amicum
mini amicū vestrū existimantes vestris ornatis & grauib⁹ sermonibus
vestrum. mihi os occludere, vt nō vltra hiscere audēā, neq; meā cau-
 sam defendere: quæ quidem inclementia eo est maior, q̄ in
 hominē tam miserū, & insuper amicū ea vtamini, cui potius
 dupli-

duplici hoc iure (nēpe miseriæ & amicitie) parcere mitiusq;
 agere cū eo debebatis. 43 Verūtāme posteaquā ita mecū 43 *Verūta-*
 inclemēter & inciuiliter agere cœpistis, ne fortē vos existi- *mē quod cœ-*
 metis me ista dicēdo subterfugia quærere, aut veritati ami- *pistis, exple-*
 citiā vel miseriā velle āteponere, mihi placet vt disputatio- *te.*
 nē istā, quā iā cōtra me incœpistis prosequamini, si ita vobis
 libitū fuerit. 44 His tamē legibus quas iure in omni dispu 44 *Præbete*
 tatione ab opponētibus respondens potest exigere: vt prius *aurē.*
 quidē auditū meis dictis patienter & diligenter exhibeatis:
 45 deīde postq̄ audieritis, vt apud vosmetipsos atēta mēte 45 *et videre*
 & sepositis animi passionibus atq; perturbationibus (quę iu *an mentiar.*
 diciū mētis excæcāt) ea expēdatis, diiudicētisq;, num falsum
 aut reprehēsiōne dignū aliquid protulerim. 46 Ac si quidē 46 *Respon-*
 ob hoc vobis videbitur aduersus mea dicta aliqd respōdēdū *dete, obsecro,*
 siue cōtra obiiciendū, postulo vt cū modestia id fiat, ratio- *absque con-*
 nalibus argumētis & efficacibus rationibus, nō cōtētiosis ri- *tentione.*
 xis aut scurrilibus cōuitiis, ad quę solēt familiariter se cōuer
 tere, qui nō tā solidę veritatis amore quā cupiditate inanis
 gloriæ disputant, vbi ratione & veritate se viderint destitu
 tos. 47 Deniq; inter loquendū id quod verū ac iustū est 47 *Et loquē*
 iudicate, vt nō nisi illa loquamini, quæ vobis in sincero iu- *tes id quod*
 dicio cordis & cōsciētix videbūtur iustitiæ & veritati esse *iustum est ut*
 consentanea. 48 Hoc pacto & his legibus si mecū egeri- *dicatē.*
 tis, confido q̄ non inuenietis me quicquam per linguā pro- 48 *Et non*
 tulisse iniquū vel impium vel blasphemū; neq; in verbis quę *inuenietis in*
 pro mea defensione sum prolaturus, quicquam à vobis au- *lingua mea*
 diendum spero, quod vllam stultitiam, hāresim aut blasphe- *iniquitatem,*
 miam sonet: sed verba mea rationalia, iusta, ac pia fuisse *nec in fauci-*
 comprobabitis, postquam ea diligenter expenderitis. *bus meis stul-*
titia perso-
nabit.

SEPTIMI CAPITIS

ELUCIDATIO.



Mlud in primis certum est, totam hominis vi-
 tam quā hic agit super terram in mortali isto
 corpore (etiā si quis nō ferat eiusmodi & inso-
 lita qualia nūc ego patior) simillimū quid esse
 militiæ: vtpote quæ plena sit periculis multis,
 ab hostibus variis exurgentibus, & laboribus magnis, tum in
 agendo difficilia, tum in sustinēdo grauiā, quæ per omnem

Cap. 7.
Militia est
vita homi-
nis super ter-
ram.

- 2 & sicut di- hanc vitá passim occurrút. 2 Est etiá tempus hominis quo
 es mercena- híc super terrá viuit simile tépori hominis mercenarij & cõ
 rij dies eius. ducticij, qui in opere eius à quo cõductus est mercede, à ma
 ne ad vesperá vsq; fatigatur, ferés pondus dici & æstus, ha-
 bés interim inter tãtos labores & sudores suos aut nullá aut
 perexiguá cõsolationē, nisi q̃ expectat finē hebdomadæ, vt
 accipiat laboris sui stipēdium & operæ suę pretium, requie-
 scatq; dehinc aliquantulú. 3 Sicut seruus qui in opere do-
 3 Sicut ser- mini sui occupatur, cum labore fuerit defatigatus, desiderat
 uus deside- vmbra gratá, vt sub ea refocilletur aliquantulú: & sicut mer
 rat vmbra, cede cõductus ad opus aliquod perficiēdú, cū laboribus fa-
 & sicut mer- tigatur, magno desiderio anhelat ad finē operis, vt eo abso-
 cenarius præ- luto mercedē recipiat ac requiescat, sic homo dū in vita ista
 stolatur finē- agit super terram, in laboribus & doloribus multis, ad quos
 operis sui. subeūdus & ferēdus quasi mercede est conductus à magno
 patrefamiliás deo, pro eis ñ mercedē beatæ retributionis pol-
 licēte, nō immeritò desiderat refrigeriú & requiē à labori-
 bus vitę præsentis. Vnde quẽadmodú laborátes in corporali
 malitia solēt finē expectare militię, & fatigati laboribus ope-
 rarij ad finē operis anhelare: & sic homo nō immeritò po-
 test ad huius vitæ laboriosæ & molestæ finē, desiderio anhe-
 lare, atq; ad mortē ipsam quæ finē tantis imponit laboribus,
 aspirare. 4 Quod verò ad me attinet, nō solú generali hac
 4 Sic et ego cõsideratione mortē desiderare & inuocare possum, verú-
 habui men- etiam peculiari ratione, propter singulares labores & dolo-
 ses vacuos. res quos sustineo: vtpote qui nō horas tãtú aliquot vel dies,
 sed mēses integros trásegerim vacuos ab omni cõsolatione
 & refrigerio, 5 noctésq; ærumnosas & valde molestas iam
 5 & noctes pluri- nas mihi supputauerim, quibus afflictus sum & fatiga-
 laboriosas- tus vehemētissimè: vt nō immeritò tædiú me cœperit vitæ
 enumerari- huius præsentis tam miserandæ, qui præter communia mala
 mihi. passim obuientia mortalibus, tantá insuper miseriam mihi
 peculiarē ferre cogor. Propter quod, mirum vobis aut irra-
 tionabile videri non debet, si vitæ tædium habens, mortem
 ipsam exoptem & inuocem, quæ tãtis malis finem imponat.
 6 Si dormie- 6 Tanta nimirú est hæc mea miseria, vt neq; per diem, neq;
 ro, dicam: per noctē vlla mihi cõcedatur requies: ita vt si ad dormien-
 Quando cõ- dum circa noctis tempus me cõponã, cõscenso lectulo, ne-
 surgam? queam inuenire somnũ: vnde fastidians lectum & tenebras
 (vt euenire solet iis qui dormire non valent) desiderabam
 aduenire

aduenire diem, iacensque apud me horas supputabam, quasi
 expectans horam ad surgendum tempestiuam. 7 Vbi verò 7 *& rursum*
 iam aduenerit dies, & surrexisse me cōtigerit, nullam iterum *expectabo*
 requiem inueniens à doloribus, fastidio diem, & noctis tem *vesperam.*
 pus iterum desiderare incipio, supputans horas singulas diei 8 *& reple-*
 vsq; ad vesperam. 8 sicq; doloribus multis affligor & ex- *bor dolorib⁹*
 crucior per totam diem vsq; ad vesperam, nec est mihi profus *vsque ad te-*
 vlla requies aut refocillatio. 9 Nimirum caro mea tota cor *nebras.*
 rupta est & putrefacta, à vertice capitis ad plantam vsq; pe- 9 *Induta est*
 di, plena vlcere horribili & corruptione siue putredine *fcæ caro mea pu*
 tidissima, & ex sanie effluente per vlcera, quæ siccatur & ad. *tredine, &*
 hæret super cutem, operata est sordido foetidq; puluere, siue *sordibus pul*
 puluerulentis sordibus. 10 Præ excessu quoq; caloris nimij *ueris.*
 totum corpus occupantis & deuasitatis, etiã cutis exterior ex- 10 *cu'is mea*
 aruit & siccata est, hincq; contracta apparet & corrugata siue *aruit & con*
 etiã filia, exhausto naturali vigore, & humore per nimium *ser tracta est.*
 uore excocto, quæadmodum in vtre vacuo & soli exposito & 11 *Dies mei*
 arefacto videri solet. In hac igitur tanta afflictione & mis- *velocius tra*
 ria, quid mirum si mortem exoptem & inuocem, quæ à tantis malis *fieriūt, quam*
 me absoluat? 11 Ecce tempus nunc vitæ meæ quo egi super *à texente te-*
 terram, celerrimo decursu transiit, quasi in momento: veluti *la succiditur.*
 quum textor iam absolutam telam subito præcidit, imò etiam
 celerius, quasi in momento, ut non videatur totum hoc tempus
 iam elapsum, nisi vnius horulæ vel potius momenti spacium.
 12 prorsusq; iam consumptum videtur & periisse tempus vi- 12 *& cōsum*
 tæ meæ, absq; vlla spe eiusdem protelandæ, quantum ad na- *pri sunt abs-*
 turam attinet, quoniã non videtur possibile, ut in tanta cor- *que vlla spe.*
 ruptione & miseria longius vitam protraham. 13 Vnde ad 13 *Memento*
 te conuersus, Domine deus meus, qui omnium habes tempora *quia ventus*
 apud te definita, & omnem habes scientiam atq; potentiam, *est vita mea.*
 cor tuam bonitatem, ut dignetur accedere ad misericordiam condi-
 tionis humanæ, quod vel sic moueatur ad miserandum homini
 tam miserabili. Considera quæso, quæ vita mea ista præsens leui
 flatui siue vento est simillima: quoniã sicut flatui ventus verum subito
 oritur, & transit cum sonitu, ita ut paulopost nihil eius appa-
 reat, sic & homo per exiguum tempore super terram viuit, ac de-
 inde mox deficit, nusquam apparens, perinde ac si non fuerit.
 14 Postquam autem semel per mortem hinc abscessero, non erit 14 *& non ve-*
 mihi ultra reditus ad statum istum vitæ præsentis, ut huius *uertetur ocu*
 mundi bonis iterum vel oculis vel sensibus aliis perfruar aut *lus meus ut*
 oblecter.

- videat bona* oblecter. 15 neq; vltra cōspectibus hominū mortaliū viuē.
 15 *nec aspiciet me visus* tiū super terrā patebo, postquā semel mortuus fuero, corpore & anima separatis: & illo quidē sub terræ puluere, hac autē in inferno siue inferni lymbo absconditis. 16 *Oculi tui in me.* autē humanis oculis tunc ero absconditus, tuo tamen aspectu nequaquā subtrahar: quoniā oculi tui, quibus omnia nuda sunt & aperta, in me ferētur, meq; aspiciēt, secundū vtrāque mei partē: quādo corpus videbis in terra, animā in inferioribus terræ. 17 *Et non subsistam.* Tunc etiam (inquā) tui erunt in me oculi, quando ego secundū huius vitæ statū nō subsistā, non agā inter viuētes hīc super terrā, postquā de medio viuentiū fuero sublatus. 18 *Sicut conseruatur nubes & pertransit.* Quēadmodū nubes cū fuerit cōsumpta, vel per resolutionē in pluuiā, aut niuē, aut grandinē, vel per solā dissipationē, sicq; pertransierit & esse deserit, nō vltra vnquā numero eadē videtur reuerti, sed resoluta manet aut dissipata. 19 *sic qui descendit ad inferos non ascendet.* sic & de homine agitur post huius vitæ trāsitum, qui postquā semel mortuus fuerit, corpore defosso in terrā ac resolutō in puluere, anima verò delata in infernum, non iterum videtur resurgere ad vitā huius mundi, neq; omnino potest naturali virtute idem numero resurgere.
- 20 *nec reuertetur vltra in domum suam.* Neq; vllo vnquā tēpore aut post quātacunq; tēporum curricula, iterū redibit in domū suam quā solet inhabitare, vel ad possessiones & bona sua quæ solet possidere, vt ea iterū inhabitet atq; possideat, quēadmodū fecit olim cū viueret. 21 *Neque cognoscat eum amplius locus eius.* Neq; vnquā eum iterū agnoscer, siue recipiet locus pristinæ dignitatis, conditionis vel officij, aut etiā pristinæ inhabitationis, nec in eo vltra vnquam apparebit, non magis quā si nunquā eum occupasset. 22 *Quapropter & ego non parcami ori meo.* vita ista præsens breuissima sit, & post eam semel trāfactam nullus sit expectandus reditus, meritò ego in tā grauissimis constitutus doloribus secundū affectū sensualem, de mea ista miseria conqueri possum, & ad qualescunq; doloris mei lenimentum amaras per os meum querimonias profundere.
- 23 *loquar in tribulatione.* 23 fidentēq; loqui audebo & potero in tā afflictione & angustia animæ meæ, & quasi cōfabulando colloquar cum anima mea plena amaritudine grauissimæ afflictionis, vt vel sic aliquod accipiat sui doloris leuamen, cū nō sit mihi aliud relictum, quo meum tantū dolorem solari aut lenire possim, quān flere, eiulare & querulari: neq; vos hac mea libertate iure debetis vel potestis offendi: cōsiderata meq; cōditionis into-

intolerabili miseria. Nō itaq; propter vestras increpationes
 racebo, sed fidenter loquar pro mea consolatione ad domi-
 num, dicens: 24 Quid est, domine deus potētissime, quod
 tam grauiſſima me premis afflictione, atq; intra tantam mi-
 seriam me concludis, constringis & coangustas, quasi intra
 carcerem, ad eum modum quo terribiles fluctus maris vio-
 lentia tuæ potestatis cōtines intra alueos & terminos quos
 constituisti eis, ne cōuertantur & operiāt terrā: & item cete-
 grandia quæ in illo creasti ab initio, intra septa sua constri-
 cta tenes, in interioribus maris & profundioribus abyssis,
 ne si ad partes exteriores patentēsq; maris procedāt, damni
 plurimū hominibus aliisq; piscium speciebus inferāt? An sic,
 inquam, tibi visus sum ego terribilis & noxius inter homi-
 nes, vt sic me oportuerit tātæ plagæ pondere deprimi & cō-
 pesci à violentia? Sufficerent profecto mala ista, ad quemuis
 etiam violentissimum & robustissimum comprimendum.

25 Tanta nimirū est ista mea afflictio, vt peius etiam mihi
 sit nocte (quod tamen est requieī tēpus à natura cōstitutū)
 quàm die. Nam si fatigatus diei vigiliis & doloribus, visus
 fuero mihi inuenturus aliquid leuaminis per noctem, dor-
 miēdo in lectulo, vt ibi dolorē meū vel aliquātulum leniam
 aut releuem. 26 si non prorsus dormiendo, certē iacendo
 & colloquendo siue confabulando & querulando mecum,
 vt solent nonnunquam infirmi quibus somnus negatur, ia-
 cendo tantum & gemendo aut querulando aliquid capere
 in lectulo leuaminis 27 Hoc (inquam) vbi existimauiero
 & attentauero, ea causa & spe membris in lectulo ad recum-
 bendum dispositis, mox illic inquietudinem magnam & af-
 flictionem horribilem sentio per terribilia somnia, quæ te
 permittente impij dæmones cerebro meo & phantasia abu-
 tentes immittunt. 28 & per horrendas visiones atq; phā-
 tasmatas, quæ in mea phantasia faciunt apparere, vnde hor-
 rore maximo concutitur corpus meum & vniuersa mem-
 bra: quæ quidem somnia & visiones tunc sunt horribilio-
 ra, quando permanente rationis vsu apparent, tempore vi-
 gilia, quæ non tam essent horrenda si in somno apporerēt,
 aut etiam in vigilia, post ablatū rationis vsu. 29 Ab hac
 videlicet tam intolerabili infirmitatis molestia, quæ nullam
 mihi concedit requiem, anima mea secundum sensualem
 carnis appetitum, quo à malis & incommodis corporis

24 Nūquid
 mare ego sū,
 aut cetus,
 quia circum-
 dedisti me
 carcere?

25 Si dixero
 consolabitur
 me lectulus
 meus.

26 & rele-
 uabor loquē
 meū in stra-
 to meo.

27 terrebis
 me per som-
 nia.

28 et per vi-
 siones hor-
 rore concu-
 ties.

29 Quāobrē
 elegit suspen-
 dium anima
 mea,

abhor-

- abhorret, tantum cōcepit vitæ huius tædium, imò nauseam & odium, vt malit quouis genere mortis, etiam ignominiofissimo & horribilissimo (eiusmodi est suspendium) vitam finire, quàm in tanta afflictione sine vlla intermissione aut respiratione diutius viuere. 30 Ipsa etiam ossa quæ in humano corpore videntur robustissima, medullis consumptis & vigore exhausto, dolore perfossa, mortem quasi expectare & exoptare videntur: & item cætera omnia corporis membra prorsus deficere ex se vitam malunt, quàm tantis perpenetrari & excarnificari cruciatibus. Quid verò aliud possum expectare vel optare quàm mortem? 31 Iam enim desperata res videtur, quantum ad corporis attinet valetudinem: nec videtur possibile naturali via, vt vitam diu multum producam, vel vt sanus & incolumis iterum viuam, quemadmodum ante plagam hanc vixi, cum prorsus videatur plaga incurabilis & vlcus insanabile. 32 Propter quod, sciens humana ope aut naturali via non posse mihi restitui sanitatem, ad te domine deus supplex cōfugio, humiliter postulans, vt parcere mihi & mitius aliquantulum agere mecum velis, & quæ contra me extendisti seueram manum tuam reuocare.
- 33 Nam dies vitæ meæ breues admodum sunt, & quasi nihilum ante te, & perpauca videntur mihi superesse dies vitæ præsentis, vt saltem paululum requiescā & refrigerer, priusquam hinc abscedam, nunquam iterum ad cōsimilem vitæ statum rediturus. 34 Quid enim est homo, creatura vilis & fragilis, ac (quæcumque ad corpus attinet) nullius ferè roboris aut pretij, quæ tanti facere eum videaris, vt sic contra eum potentia tuæ robor velis ostendere? 35 quodque sic aduersus eum videaris cor tuum apponere siue opponere, vt tam terribile cum eo pugnam instituas, & quasi in certamen cum eo descendas, & quasi magnitudine potestatis eum velis obruere, quemadmodum nunc mecum agere videaris, tam crudeli hac plaga me percutiendo: in quo velut magnam aliquid reputare hominem videris, cui te sic ex aduerso opponis. Non enim solent robusti pugnatore, nisi aduersus illos se opponere & in aciem descendere, quos sibi aliqua saltem ex parte pares reputant: contra eos verò quos longè se inferiores æstimant, dedignantur suæ potentia robor ostendere. 36 Tu quidem interdum diluculo, cum tibi fuerit beneplacitum, in serenitate & luce miserationum tuarum hominem visitas, tuis bonis eum di-

tans & cōsolationibus lætificans. Rursum verò, cum tibi sic *subitò probas illum.*
 visum fuerit, rebus subitò mutatis, quæ prius visitasti in benedictionibus dulcedinis, nunc aduersis casibus & rebus durissimis probas & affligis, subitò faciès ex diuite pauperem, ex honorato contemptū, ex fœlici miserū. In qua utraq; re magnificere te hominè declaras, dū prius quidè benignitatem tuam, tā copiosè erga eū demōstras, posterius verò rebus subitò mutatis tuæ potētiae seueritatē aduersus eundem ostētas: perinde quasi voluptati tibi sit, in homine tale bonitatis & seueritatis tuæ spectaculū edere, & quasi ludū quendam de eo facere. 37 Quādiu, o domine Deus, in his gra- *37 Usquequo*
 uissimis me relinques cruciatibus? quādo tandē parces mihi *nō parces mihi,*
 mitiūsq; mecum ages, vel tantillum manū tuam remittens, *bi, nec dimittis me, vt gloriā saluā*
 vt sine dolore valeam deglutire, per guttur saliuam meam? *tiam saluā*
 Nimis enim diu iam cruciatus istos pertuli, & eousque iam *meam?*
 dolor inualuit, vt nec saluā valeam per guttur trāsmittere *in os, aut rursus ad interiora reuocare (vt fit naturaliter causa refrigerationis oris atq; palati) sine maximo dolore.*
 in os, aut rursus ad interiora reuocare (vt fit naturaliter *38 Peccauit.*
 causa refrigerationis oris atq; palati) sine maximo dolore. *tra me dicūt amici mei, quod propter peccata mea hæc patior: esto, peccauerim: neq; enim proflus immunè à peccato me esse coram te confiteor.* 39 Sed quid faciam tibi, o cu- *39 Quid faciā tibi, o cūcūdum rigore tuæ seueræ iustitiæ obseruare velis & punire peccata mea, qua ratione ego ex me tuā potero iram auertere, & tuæ iustitiæ seueritatem compescere? Nihil enim ex me habeo, quo rigorosam seueritatē districtæ iustitiæ possum effugere: sed necesse omnino est, vt tua mihi succurrat misericordia, ac per eā tuæ satisfiat iustitiæ.* 40 Quare tu *40 Quare me posuisti contrarium tibi?*
 domine me reputasti & habuisti, quasi aduersariū & inimicū tuū, sic in me vt in hostē sagittas tuas acutas grauissimarū plagarum immittendo, quem admodū solent homines contra aduersarios acutas & validas sagittas potēter iaculari: cū ego tibi nunquā inimicus fuerim, aut aduersarius tuus esse voluerim, sollicitissimè semper declinans ab omni eo quod me tibi posset inimicum cōstituere? 41 Et quare sic me vt *41 et factus sum mihi met ipsi grauis?*
 inimicū tractans, tā grauiter me afflixisti, vt mihi met ipsi factus sin grauis ad ferendū, & proflus intolerabilis, præ afflictione nimia? 42 Quod si iterū peccata mea alleges, aut *42 Cur non si fortè ea in causa sunt punitionis huius (de quo mihi ta-*
 tollis peccatū
 men meum,

ELVCIDATIO

men nihil constat, neque id mihi sit verisimile) si tamen forte hæc in causa sunt, quæ in me latere posse, aut seueri⁹ à te quàm ego existimè iudicari nō nego, ignorās occulta iudiciorū tuorū, 43 quare ò piissimè domine nō auferis illa peccata mea, & illas meas iniquitates, in quibuscūq; te vel proximū etiā offendi, vt illa per indulgentiā & remissionē plenariā penitus operias & auferas de cōspectu tuo, proiciāsq; post tergū tuū? Id enim facere debebas, sciēs q̄ ego inimicitia sciens & volēs nunquā aduersus te in corde meo reuenerim, imò magno semper desiderio fui, vt tecū amicitia firmā & perpetuā pacē cōseruare, maximè cū ego meipsum nō possim à peccatis mundare, sed tu solus es qui & emundare & emēdare me potes à peccatis meis. 44 Meritò verò quātocius parcere mihi & emūdare me debes, ob breuitatē temporis quod superest vitæ meæ: quoniā ecce nūc in proximo, ante nō multo dies, secundū naturę cursum, morte vitam finire cogar, & secundum corpus resolui in puluerem, in quo vsque ad diem resurrectionis generalis illud requiescere à laboribus vitæ huius, & ab omni vitali actione erit otiosum. 45 Et forsitan ante diem crastinum morti traditus fuero, ita vt si me crastino mane quis quæsierit, nō me inueniet subsistentem inter viuētes hic super terram. Forsitan ante diem crastinum, aut proxima noctē ante diluculum, auferar de medio viuētiū, nec vltra inter homines super terram comparebo: Videor enim morti proximus, & vix quicquam vita mea à morte distare videtur. Vnde te precor, vt tempestiuè mihi pro tua benignitate succurras, priusquā profus deficiam: propter quod etiā tanto affectu cordis & vocis excessu te interpellare non desino, & meam nimis miseram sortem amarissimè defflere.

43 & quare
nō auferis ini-
quitatē meā.

44 Ecce nūc
in puluere
dormiam:

45 & si mane
me quæ-
sieris non
subsistam.

OCTAVI CAPITIS

ELVCIDATIO.

Cap. 8.
Respondens
autē Baldath
Suites dixit:



Hæc vbi sanct⁹ Iob pro sui excusatione, ad depellendā sinistra existimationē amicorū dixisset, is qui inter tres amicos dignitate & auctoritate secūdus habebatur, nomie Baldath Suites, nō contētus eiusmodi satisfactione, simili ferè qua prior Eliphaz indignatione illū arguit, similiq; ac

exhor-

exhortatione admonuit, respondens in hunc modum:

1 Quousque tandem verba huiusmodi querula & murmuratoria, ac blasphemie quam gratiarum actioni viciniore, frustra effuties? 3 & quoadiu sermo oris tui varius erit & incostans, non vni alicui rei intetus, sed per diuersam sine debita consequentia quasi raptu quodam discurrens: nunc contra deum querulando, nunc in nosipsum velitudo, nunc mortem tibi optando, nunc sanitatem & meliora postulando? Et primum quidem (ut cetera omittam) quid sibi vult quod ita licet aduersus deum loqueris, ut nec amicum monitus ab huiusmodi proposito velis desistere? 4 An putas fieri posse, ut deus qui est equissimus, supplantet corruptaque iudicium: 5 aut ipse qui est omnipotens, subuertat iustitiam, iniuste quempiam flagellando, vel supra demeritum pro peccatis puniendo? Id enim verba tua ista tam licetiosa, quibus contra deum ob murmurare non desinas, aperte satis testari videtur: quasi iniuste tecum agat deus, aut per violentiam tyrannice te opprimat. 6 Quin tu his omisis que non nisi ad iram dei prouocandum videtur conducere, audi monita atque consilia mea. Esto, filij tui contra dominum peccauerint, & propter sua peccata illi iam subierint iudicium suum, traditi a deo in ultionem pro demerito iniquitatis ipsorum, sic ut de illis iam vita defunctis, & qui suum iam acceperunt iudicium, non sit ultra spes: 7 tibi tamen, qui adhuc in vita superstes agis, eo in statu quo nemo desperare debet, quin per veram penitentiam possit a malo ad bonum reuerti: tibi, inquam, hoc polliceor, etiam si propter tua peccata (ut verisimile videtur) tam enormi & insolita plaga ad desperationem usque percussus videaris, si tamen ex animo te velis ad deum conuertere, primo mane in aurora (quod tempus ad mentem recolligendam & orandum deum omnium videtur commodissimum) consurgens, 8 corpore pariter & mente, ad deum, depositisque querimoniis istis & murmurationibus, in humilitate & penitentia preteritorum peccatorum deum omnipotentem velis suppliciter deprecari, primum quidem pro peccatorum remissione, dehinc & pro plagam huius amotione: 9 si denique firmo proposito tecum statueris vitam posthac melius institueret tam erga deum quam proximos, ut sincere & recte amodo conuerferis, sedulo cauens ne vel deum aliqua peccati immunditia, vel proximum aliqua iniustitia offendas.

- 10 *statim euigilabit ad te,* 10 Hæc, inquam, tu si ex animo egeris, indubiè quanto citius te respiciet, tibiq; aderit bonitas dei, qui prope est omnibus in veritate & humilitate ipsum inuocantibus: & qui hæcenus visus est tibi dormire, donec mala ista grauiasuper te venire permisit, videbitur iam ad te euigilare & expergisci, ut te benigno suo aspectu iterum à malis istis, quando & quomodo ei visum fuerit, liberet. 11 Et non solum te ipsum, cum uoluerit, pristinae restituet sanitati, verum etiã uniuersam domum atq; familiam tuam ipse restituet, restitutamq; & in iustitia bene institutam sua cura & protectione quietam securamque efficiet: 12 usque adeo, ut posteriora tua longè meliora futura sint prioribus, ut felicitas posterior quam à Deo es accepturus longè superet priorem istam qua iam priuatus uideris: ita ut omnia illa quæ ante possedisti, parua & uilia comparari possint, cõparatione eorum quæ postmodum ex Dei benigno respectu es accepturus. Sic enim solet Deus magno cum tænore suis electis restituere, quæ ab eis probandi causa abstulerit, si in tentatione fideles & patientes inueniantur.
- 13 *Interroga enim generationem pristinam, et diligenter inuestiga patrum memoriam:* 13 Nimirum si mihi nõ habeas fidem, nec fide dignus ego tibi, ut reces aut iuuenis, uidear, maiores nostros qui nostra precesserunt secula, si liber, interroga, ite quæ à patribus memoriarum prodita sunt, ut post longam experientiam à multis seculis fuerant cõperta, diligenter inuestiga: & ab his disce uera esse quæ dico. 14 Idcirco autem ad patrum doctrinam te mitto, quoniã nos qui modò super terram uiuimus, sicut pauca admodum sumus ætatis, ita modicæ sumus experientiarum atq; scientiarum: pauca admodum scientes, longè uerò plura ignorantes, quantum ex nobis ipsis: adiuuamur autem in rerum cognitione, et iis quæ maiores nostri ab initio, per longam multorum seculorum experientiam comperta habentes, memoriarum prodiderunt, nobisq; ad instructionem & commonitionem reliquerunt. 15 Nostra enim uita quam hic super terram agimus, nullius aut per exiguam est durationis, similis umbræ, quæ nullam habet stabilitatem, sed transit celerrimè & subito deficit, ad subtractionem corporis cuius interpositione fit umbra: propter quam uitæ breuitatem fieri nõ potest, ut ex nobis ipsis nostrisq; ingenio, uel industria multa cognoscamus: ut opus sit nobis, ad maiorum nostrorum experientiam, scientiam, & doctrinam recurrere. 16 Hos autem interrogans & horum doctrinam inuestigans, inuenies illos hac in parte mecum sentire,
- 11 *Et peccatum reddet habitaculum iustitie tue:*
- 12 *in tantum ut si priora tua fuerint parua, et nouissima multiplicentur tuis.*
- 14 *(hesterni quippe sumus & ignouimus:*
- 15 *quoniã sentit umbra dies nostri sunt super terram)*
- 16 *Ipsi docent te.*

sentire, eadēmq; ab illis discēs quæ iā ex me audisti. 17 Lo-
 quentur eadem tibi quę loquutus sum ego, & de corde suo 17 *Loquetur*
 pleno sapiētia & experientia rerū multarū, quasi de thesau tibi, et de cor
 ro bono & pleno, proferent veritatis verba, his cōsentanea *de suo profe-*
 quæ modò ex me audisti: nempe quòd iis qui ex animo ad *ret eloquia.*
 deū conuertūtur soleat ipse opportuno tēpore, cū sibi vi-
 sum fuerit tētationi sinē ponere, mala cuncta mirabiliter a-
 mouere, & pro eis bona liberaliter cōferre. 18 Ostendam 18 *Nunquid*
 autē tibi eadē & confirmabo, per apparentē & manifestam *vinere potest*
 similitudinē. Videmus nanq; ad oculū, iuncos aut scyrpos, *scyrpus absq;*
 nisi sufficientē habeant aquæ humorē, non posse viorē suū *humore,*
 vel acquirere, vel retinere: 19 neq; carices in carectis sine 19 *aut cresce*
 cōtinuo aquæ humore possunt crescere, vel nasci, vel auge- *re carectum*
 ri: 20 Imò verò, si iam pulchrē floreat aut vireant iunci *sine aqua?*
 siue carices, neq; quisquam hominū manus illis apponat ad 20 *Cū ad-*
 abscindendū vel auferendū de loco suo, solo tamē humore *huc sit in flo*
 deficiente videbūtur statim, quasi in minimo tēpore, citius *re, nec carpa*
 aliis quibuslibet herbis aut plantis, in sese præ ariditate flac- *tur manu, ut*
 cescere, perditōq; viorē & vigore prorsus deficere. 21 Ad te omnes her-
 hunc sanē modū per omnia res habet cū studiis & actioni- *bas arefcit.*
 bus omnium impiorū, qui timorē Dei negligūt aut cōtem- 21 *Sic via o-*
 nunt: & quomodo vior omnis iuncorum aut caricum sine *miniū q obli-*
 aqua deficit, sic spes omnis & prosperitas hypocritarū siue *niscitur deū,*
 impiorum hominū, qui ex animo Deum nō colunt, etiamsi *& spes hy-*
 exterius id agere se simulent, nullā habere potest stabilita- *poerita peri-*
 tē, sed breui deficiat necesse est. Quod enim iūcis aut carici *bit.*
 bus est humor aquæ: i. hominibus gratia & fauor dei. Vnde
 sicut bene est illis, dum aquæ sufficientē humorem habēt: sic
 bene est hominibus, donec in gratia Dei & fauore pmanēt:
 contrā verò, iis qui à Deo recedunt, eiūsq; gratiā & fauo-
 rem derelinquunt, bene nequaquā esse potest, sicut nec illis
 aquæ humore deficientibus. Atq; etiamsi fortē ad tēpus ex-
 terius videātur virere & prosperē agere, prosperitas tamen
 illa malè solida & instabilis post paululum comprobabitur.
 22 Idcirco autē malè erit impio & hypocritæ, quoniā nō 22 *Non ei*
 placebit, sed displicebit ipsi deo, vecordia siue stultitia eius. *placebit ve-*
 Nimis enim est vecors & excors, nimis incōsideratus & in- *cordia suas*
 sapiens, qui Deū sufficientissimum negligēs, rebus caducis &
 animam humanū explere nequaquā sufficiētibus cor appo-
 nit: meretūq; iusto Dei iudicio hæc illius vecordia & in-
 H sapiētia,

- 23 *& sicut* sapientia, vt propter eā malè pereat. 23 Omnia autē illa in
tela aranea- quibus habuit fiduciā impius, etūt ei quasi tela quā textit ara-
rum fiducia neus: quæ vbi fuerit ab araneo multo labore, etiā cū sui cor-
eius. poris euisceratione, non tā sibi ad habitationē, quā ad ir-
 retiendū innoxia animalia, cōtexta: subitò dissipatur atq; ad
 nihilū in momento redigitur, ab eo qui domū scopis mun-
 dat: simulq; cū ea araneus ipse plerūque inuoluitur, deici-
 tur & conculcatur, vt venenosā eiiciat viscera. Sic enim &
 impiorū in hoc mūdo conatus omnes & studia à deo disti-
 pātur: & inuoluti ipsi pereūt in impietatibus suis. 34 Ha-
 bebant quidē fiduciā impius siue hypocrita ille, & quasi soli-
 do fundamēto innitetur, super domum suā & ea quæ in do-
 mo possidet, super videlicet liberos, amicos, cognatos, di-
 uitias, possessiones, amplā & multiugā supellestiliē: 25 ve-
 rùm dom^o ipsa & omnis quæ est in ipsa, vel ad ipsam spectat
 substātia, nullā habet stabilitatē, citò cadet & deficiet, desti-
 tuētq; illū qui super istam stultè innixus fuerat. 26 Con-
 bitur dū viuunt omni studio & variis artibus domū suam, id
 est, substātiā fortunāq; domus suæ, stabilire & cōfirmare,
 atq; etiā promouere indies & ampliare, quātum ei possibile
 fuerit: sed neque hoc ei quicquā proderit, quoniā nō pote-
 rit sic domū suā erigere, aut in tali eā statu collocare, vt fir-
 ma & stabilis cōsistat, sed velis nolit, amittere citò cogetur
 substātiā omnē, & fortunā siue gloriā domū suæ. 27 Quē-
 admodū iuncus aut carex (vt in proposita ab initio perse-
 mus similitudine, cū sit negotio admodū accōmoda) hu-
 mect^o quidē apparet & bene virēs, antequā sol adueniat suo
 ardore exæstiuat, & in ipso principio sui ortus antequā ad
 iustā peruenerit statutā, videtur pulchrè egredi germē siue
 viror eius, videturque ipse pulchrè in suo virore crescere
 & adolescere exiguo tempore: sic homo hypocrita vel im-
 pius in principio, antequā consumetur tempus eius vel ini-
 quitas impleatur, antequam sol appareat, id est, iudicium siue
 ultio dei, pulchrè quidem virere & foeliciter per omnia
 agere videtur, nihil sentiens mali, imò nihil suspicans aduer-
 si. 28 Verum cū iuncus aut carex radicibus suis attinge-
 re cœperit terram petrosam & sterilem, humorisque exper-
 tem, iam non vltra radices profundius mittere valet: densa-
 tur tamē radices, & se multiplicat in latitudine, in terra vi-
 cina, postquam prohibentur se diffundere secundū profun-
 ditatem

ditatē: sicq; inuoluuntur & implicantur radices, vt nequeat iuncus pulchrē in cœpto augmento & virore procedere, 29 sed cōmorabitur ibi, & quasi cōclusa atq; cōstricta manebit inter lapides, omnis eius pulchritudo & incrementū. 29 *Et inter lapides cōmorabitur.* Sic & hypocrita siue impius, nō diu neq; multū in sua prosperitate poterit proficere: quia ab humore diuini fauoris & gratiæ, alienus & super petroso ac sterili fundamento, vti delictet sui ipsius amore, plantauit gloriā atq; fiduciā suam; ac proinde stabilis aut diuturna nō poterit esse gloria prosperitatis ipsius. 30 Cū verò ita iuncus aut carex radice sua ad petrā vsq;, vbi non est aqua, peruenerit, nec vltra possit profundas mittere radices, si tūc superueniens sol in ardore suo quo ardet in meridie ipsum absorbeat, & prorsus exhausto vigore cogat marcescere atq; deficere, & euanescere de loco suo, vbi prius steterat, 31 negabit eū locus suus, dicens, 31 *negabit eū & dicet: Nō noui te.* non noui eū: id est, adeò nō agnoscet eū locus in quo prius steterat, vt neq; vestigiū aliquod illius retineat. 32 Nimirum hunc ludum gaudet ludere terra, vt quod heri natum est hodie exarescat, & loco eius oriatur alterū: iterūq; vbi hoc cras exaruerit, aliud in locū eius succrescat: sic gaudet terra quotānis aut quotidie mutare habitū ornatūq; suū, quemadmodū gaudēt homines noua sapius induere vestimenta, ornatūq; crebrius permutare. Similem ludum etiā sol gaudet ludere, vt quod heri suo calore de terra fecerit exurgere, hodie faciat suo ardore exardescere. Ad hūc modum & cum hypocrita res habet: super quem cū desuper venerit ardor iudicij & vltionis diuinæ, sic prorsus exterminabitur cum omni prosperitate sua, vt neq; vestigiū vllum reliquum videatur omnis gloriæ eius. Et gaudet hoc ludo (si ita loqui fas est) diuini iudicij seueritas, vt postquam impios ascendere in prosperitatis virore permiserit, subitò tūc illos perdat in vltionem impietatis, surgantque in locū illorum alij, vel similes, vel meliores, qui eorum locū occupent. 33 *Deus non proiciet simplicem.* 33 *Deus non proiciet simplicem.* Ista quidem de impiis & hypocritis, qui ex vera pietate, aut ex animo Deum non timent, dicta sunt, & sic ea habere experientia longa à patrum nostrorum seculis comperitum est. De illis verò qui ex animo & ex sinceritate cordis Deum colunt in spiritu & veritate, non ita senserim neque dixerim. Huiusmodi enim qui meritò simplices nominari debent, nunquam Deus penitus à se proiciet, neque

- profus se elongabit ab eis in finem: sed etiam si ad tempus, propter peccatorum demerita vel probationis gratia, videatur illos dimittere, dū aduersis illos finit ad tēpus exercere, nunquam tamen in finem eos derelinquet, aut penitus suo auxilio destituet: sed inuocatus humiliter opportunē aderit, auxilium suppētiasque ferens. 34 Et sicut nunquam simplices proiciet deus, ita econtrariō malignis & hypocriticis nunquā porriget manū auxiliatricē, sic vt eos in prosperitate & bonis suis confirmet, & perpetuō sustentet: sed etiā si ad tempus videatur illis præbere manū, sinens eos modo tēpore gloria mūdi huius perfrui, nō tamē diu eis manū præbebit, sed citius quā existiment illi, subtrahet ipsē manū suā, efficiēturque inopes, & egestatē patientes omnīs boni, quod procedit electis de manu dei. 35 Imō futurū est, si meis cōsiliis acquieueris, vt nō solū non proiectū profus & miserū te videas in finē, verū etiam bonis omnibus tam animæ quā corporis affluentem & gaudentem: 36 ita vt ex abundantī cordis gaudio foris etiam facies ipsa tua magnam lætitiā & hilaritatē præ se ferat, ore per lectum risum, & labiis per dulcē iubilum aut iucundū canticū, cæteris que item partibus per congruā officia, interioris lætans cordis gaudium, prodentibus. 37 Qui verō iniquē te oderunt, impij dæmones aut homines improbi, qui tibi mala optabant, & malum tibi exitum meditabantur, replebuntur confusione, cūm viderint te ereptum de tantis malis et dei munere, & in bonis rursū lætari: sic que fiet, vt iam tristentur & doleant de reddita tibi prosperitate, quemadmodū autē in malis tuis lætati fuerant. 38 Tabernacula verō seu domus aut familiæ impiorum, qui dei timorem abiciunt, nō perdurabunt in sua scēlitate, neque stabilitatem habebunt in bonis, sed perditione sempiterna peribunt qui ea inhabitant. Quare mi amice Iob, vide ne in his aduersis quæ tibi iusto dei iudicio obueniunt, per superbā contumaciam & impatientes querelas tuas à Deo te separes, sine quo bēne esse tibi non potest: quin potius, si quæ in te sunt peccata propter quæ ista pateris (vt videtur verisimile) cura vt quanto citius ad deum per pœnitentiā rediens, eidem te adiungas, fixusque inhereas, vnde tibi omnium bonorum & spiritualium & corporalium, quantum ipse tibi nouent expedire, venturam confidere potes affluentiam.
- 34 *Nec porriget manum malignis.*
- 35 *Donec impleatur risu os tuum,*
- 36 *& labia tua iubilo.*
- 37 *Qui oderunt te, induentur confusione,*
- 38 *& tabernaculum impiorum non subsistet.*

NONI CAPITIS

ELVCIDATIO.



HIS auditis, sanctus Iob aduertēs etiam ab hoc *Cap. 9.*
 secūdo verba sua minus rectē intelligi, & alio *Et respondēs*
 sensu aliāque intēctione accipi, quā fuerāt ab *Iob, ait:*
 eo prolata, quasi voluerit ipse deum accusare
 iniustitiæ: vt falsam hāc suspicionē à se depel-
 lat, primū illud manifestē declarat, quā lōgē ab ea sit sen-
 tētia, quā ille ex verbis eius malē accepisse videbatur: per
 multa declarans diuinæ maiestatis super excellentiā, ob quā
 sit mortalib⁹ maximē metuendus: ac postremò ad solitas que-
 rimōnias rediēs, quo animo verba sua querula ptulerit am-
 pli⁹ insinuat. Sic itaq; respōdit: 2 Absit, ò amice, absit, vt sic *2 Vere scio qd*
 de deo sentiā quomodo vos me existimaris de eo sentire, *ita sit, & qd*
 vt putē deū iudicij subuersorē esse, aut hominē deo iustio- *non iustifice-*
 rem. Hoc enim certissimē persuasum habeo, ita rē habere vt *tur homo cō-*
 vos, prior quidē Eliphaz, posterior verò Baldath, dixistis, ni *positus deo.*
 mirum qd nō possit iustificari homo si cū deo cōferatur, ita
 vt homo cū deo collatus iustus inueniatur, ipse autē deus
 iniustus, aut homo iustior inueniatur deo, aut deniq; vt ali-
 quid videatur esse, vel alicuius pretij iustitia hominis (quę
 similis est pāno mēstruatę, si in rigorosa seueritate corā deo
 examinetur) cum absolutissima illa & perfectissima iustitia
 dei, quasi secundū æqualitatē aut paritatis cōtentionē cōpo-
 sita. 3 Adeo quę non potest hominis iustitia aliquid esse, si 3 *Si voluerit*
 cū dei iustitia cōparetur, vt si voluerit homo cōtentiosē a- *contendere*
 gere corā deo, & quasi ex æquo ac pari cū eo cōtēdere, in- *cum eo,*
 grediēdo cū eo districtū rigidūque iudiciū, quēadmodū so-
 let homo cū sibi æquali in iudicio cōtendere, extremū iuris
 insequēdo rigorē, necessariò cedendū illi fuerit & succum-
 bendū qui id tētare præsumpserit: cum habeat deus infinita
 quę aduersum nos possit obiicere, & de quibus nos possit
 accusare, vltionēque vt à reis pro illis exposcere, si iuxta
 extremū rigorem nobiscū velit agere. 4 Nos verò nec ad 4 *non pote-*
 vnū ex illis omnibus quę ille aduersum nos citare potest, *rit responde-*
 sufficiēter respondere poterimus, vt nos penitus expurge- *re ei vnū*
 mus. Si enim dominus in iudiciū velit introire nobiscū, non *pro mille,*
 iustificabitur in cōspectu eius omnis viuēs: & si iniquitates
 velit obseruare, nemo sustinebit: quoniā ī multis offendim⁹

- omnes, & delicta quis intelligit? Et si dixerimus quia peccatū nō habemus, nos ipsos seducimus. Qui itē dicit, purus sum à peccato, aut gloriabitur castū se habere cor? deniq; omnes etiam iustitiæ nostræ, sicut pannus mēstruata. Absit ergo, vt hoc sentiā, q̄ possit homo cōtra Deū in rigoroso & severo præualere iudicio, sic vt seipsum profus innocentē probeat, aut iniustū Deum.
- 5 *Sapiēs cor de est, & fortis robore.* Ego verò de ipso magis magnificē & sentio & loquor, nempe q̄ sit ipse & summē sapiēs, & simul robore præstātissimus, nulliq; in his rebus cōferendus: sic sapiens, vt nemo eū possit per sapientiā superare, aut astutia fallere, aut rationabiliter in aliquo reprehendere: rursum ita fortis robore, vt nemo possit illū in suis operibus impedire, aut quē decreuerit vel fecerit, immutare.
- 6 *Quis restitit ei, & pacem habuit?* Vnde nemo vnquā ab initio seculi illi se opposuit, cui nō id pessimē cesserit: neq; ei vnquā quisquā restitit, nisi suo maximo malo: quemadmodū in principio angeli nequā illi resistere tentantes, coniecti sunt in baratrū ignis æterni: primi parentes Dei mandato se opponētes, in miserandū fuere protrusi estium: Cain fraticida, eiectus fuit à facie domini: gigantes in diebus Noë, perierūt in diluuiio: Sodomitæ & circumuicini, sulphuris incēdio fuerūt absumpti: & ita in aliis plurimis species ipsū monstrauit, atq; etiā hodie quotidiana monstrat experiētia.
- 7 *Qui trasulit mōtes:* Ipse nimirū est, qui potētiae suæ admirabile robur ostēdit, in subita traslatione altissimorū montium: quos ipse, cū voluerit, minimo negotio subito impetu prosterit, & loco mouet.
- 8 *& nesciunt hi quos subuertit in furore suo.* ita quidē subitō & quasi in momento tēporis, vt non valuerint imminens periculū præsentire qui circa montes illos inhabitabāt, qui montiū tali traslatione simul subuertūtur & opprimūtur, diuino iudicio, propter ipsorū enormia scelera, quibus ad iracundiā Deum prouocauerant, vt tali mererētur ultione insolita & horrenda vitā finire. Quod quidē magnæ proculdubio est potētis indicium, tātas moles sic subitō & imperceptibili tēpore mouere posse de loco suo, vt nec ipsi inhabitatores quicquam præsentire valeāt, vel tātis per ante casum, vt fugere tempestiue sibiq; fuga cōsulere valeant.
- 9 *Qui cōmouet terrā de loco suo,* Idem ipse est, qui terræ elementū grauissimū, quasi pro cētro orbis in sua firmitate collocatū, vt sit naturaliter immobile, sua tamē virtute, quæ terrorē potētiae suæ demonstrare voluerit hominibus, cōmouere potest, & subinde cōmouet de loco suo: vt fidētes

signa potentiae eius homines, fugiant a facie irae furoris eius: **10** *eoq; volente, colunae ipsae terrae (quibus imaginatur homines terram inniti & sustentari) concutiuntur. i. ipsa terrae firmitas mouetur & contremiscit, sic vt appareat hominibus & ad sensum pateat terram ipsam esse commotam. Et hoc proculdubio summam & superexcellens est potentiae indicium, cum tale aliquid nemo efficere possit mortalium.* **11** Ipse idem est, ad cuius praecipitum sol mouetur regulariter, iuxta legem sibi ab ipso praestitutam, quam nunquam praetergreditur: ita vt cum ipse vellet oriatur, cum vellet non oriatur, sed occidat. Item ad cuius peculiare praecipitum, sol regulam suam quam perpetuo ferè cursu a tot seculis seruare videtur, nonnunquam mutat, vt consistat in loco suo praeter consuetudinem, aut etiam retrocedat. Item ad cuius praecipitum sol nubibus multis & crassis obducitur, vt videre eum non valeant homines, etiam illi super quorum hemisphaerum ascenderit. **12** *Stellas vero, cum voluerit, obtegere potest, & quasi signaculo quodam ob signare siue occludere, ne videatur ab hominibus, aut luminis sui radios terris infundant: id quod quotidie facit per diem maiore lumine solari illorum minus lumen penitus, vt non videatur, offuscando: saepe etiam per noctem, obiectione nubium aut crassioris aeris, stellarum lumen a terris prohibendo.* **13** Ipse idem est, qui sua omnipotenti virtute, nullo vel humano vel angelico adiutus auxilio, amplissimos caelorum orbis, secundum suam latitudinem incomprehensibilis & incomensurabilis hominibus expandit: & sic expandit, vt nulla vsquam incuruatura, nullus gibbus, nulla corrugatio, quae admodum cum tentorium aut tabernaculorum desuper pelles siue operimenta pulchre & apte siue ruga expanduntur. **14** Sicut autem in supremis caelorum, sic & in infimis, extremisque vasti maris, habet dominium: sicut orbis caelestes possidens & perambulans, ita maris undas calcans & possessione plenissima subiectas habens, vt agat etiam in eis quicquid voluerit, eiusque ad nutum obediant quaecunque sunt in mari. **15** Ipse est, qui in potentia & sapientia sua caelos ornatur sideribus absque numero, & variis constellationibus diuersas figuras apparentiasque certo suo ordine representantibus faciens apparere in caelo arcturum, id est, constellationem versus maiorem, circa polum arcticum siue septentrionalem nobis apparentem, vel caudam eius: **16** item in infima constellationem in cancri signo, vel (vt alij volunt)

- in tauro & geminis apparetem, lucidissimis stellis, cui oriana nomen dederunt, eò q̄ tēpestatū ac turbationū suo ortu causam præbeat. 17 Similiter & aliam constellationē stellarū septē, in capite au frōte tauri signatarū, quas hyadas dixere, quas etiam succulas quidā nominant. 18 Et non solū istas posuit in cælo cōstellationes nobis visibiles, verū etiā alias quæ nunquā patent nostro (id est eorū qui sub polo septentrionali degunt) aspectui, sed ad polum australem siue antarcticum sunt, ex opposito nostri: quæ quia à nobis non videntur, rectē interiora austru, siue abscondita aut occulta australis poli, respectu nostri appellari possunt: à nostris tamen antipodibus visuntur, qui vicissim nostras constellationes septentrionales videre nō possunt, vt neq; nos eorū meridionales. In his autē omnibus cōstellationibus, tam iis quæ nobis apparent, quàm quæ non apparent, siue ad arcticum siue ad antarcticū polum declinātibus, mirè relucet dei & potētia & sapientia, qui sic potuit & nouit cælos ornare tā pulchra syderum varietate, quibus & suos determinat cursus ac tēpora, vt sciāt, quæ cōstellationes, quibus tēporibus, quibus hominibus, aut quibus mundi partibus, orire debeant vel occidere, apparere vel abscondi. 19 Neq; verò in his tantūm quæ modo enumerata sunt, suam ille potētiam & sapientiam manifestat, verū etiam in aliis plurimis operibus suis, quæ facit tam magna atq; stupenda, & tam multa, vt cōprehendi certa aliqua & exacta siue determinata cognitione nō possint, neq; secundū magnitudinē virtutis, neq; secundū numeri multitudinē: ita vt nec admirari pro dignitate hominis sufficiat ingeniū, tātæ potētia opera, eademq; sic multiplicata, cogaturq; in rerū istarū cōtēplatione obstupescere, citius quàm determinatū aliquid valeat comprehendere. 20 Quomodo autem in operibus naturæ semirabilem deus exhibet, ita non minus apparebit mirabilis, si cōsideretur quēadmodū agat cū homine: in quo videlicet tā operatur inuisibiliter & internè, vt foris de eo nihil sensibus percipere valeamus. Vnde siue ipse ad nos venerit, singularem aliquē effectum in nobis interius vel exterius operando, nō eum sensū aliquo percipimus, quoniam inuisibilis & insensibilis est deus, quē nemo vidit vnquā: neq; etiā per intellectu clarè cognoscimus, quid aut quomodo agat in nobis, vel de nobis. 21 Et si rursum à nobis abierit, deseritq; effectum
- 17 et hyadas
- 18 & interiora austru.
- 19 Qui facit magna & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.
- 20 Si uenerit ad me, non videbo eum.
- 21 si abierit, non intelligā.

effectum
ri, no
tion
bis d
citer
cl
ex ar
inter
lent
quar
bit r
iudic
quis
rapt
rum,
spor
xios,
exto
quo
argu
m
cisc
min
sit d
rect
min
& c
nima
tis &
creu
ter h
trari
sapie
bilis
rege
non
lenti
rant
eius
con

effectum eiusmodi peculiarem in nobis aut de nobis operari, non videmus sensibus, neque etiã certa intellectus cognitione percipimus eum recedentem, sic occultè omnia in nobis operatur & inuisibiliter, potenter tamen nimis & efficaciter, in quo mirabiliter suã & potetiã & sapientiã erga nos clarificat. 22 Quod si quem ipse subito & ex improviso examinare velit & ad iudicium suum rapere, vt illic de eo interrogationem siue questionem faciat, quemadmodũ solene seculi iudices ad terroris sui ostensionẽ subito nonnunquam rapere aliquos ad questionem, quis poterit vel audebit respondere ei? quis in districto examine & corã seверо iudicio eius, sufficienter vel se vel alium posset excusare? aut quis pro illo sic ad iudiciũ & interrogationẽ siue questionẽ rapto audebit loqui & respondere deo, vt illũ dimittat liberum, quẽadmodũ inueniuntur apud homines, qui audeat respondere iudicibus subito ad questionẽ sapientibus innocios, possuntq; de eorũ manibus secundũ iuris rigorem illos extorquere ac reddere liberos? 23 Aut generaliter quis in quocũq; tandẽ negotio rationabiliter poterit vel audebit arguere deum, aut eius factũ tanquã suspectũ vel dubiũ examinare, vt dicat ei: Quare hoc ita fecisti, vel illud cur ita facis? quasi dubitando num bene factũ sit quod fecit ille. Nemini enim ita loqui licet deo, nemini est illa authoritas, quã sit deus irreprehensibilis in omnibus operibus suis, sitq; subiectas nemini, vt possint à quoquã eius facta discuti & examinari: ipsi verò subiecti sunt omnes, vt de omniũ factis, imò & cogitatis, possit districtã exposcere rationem. 24 Ipse nimirum deus est tantæ potentie, tamq; metuendæ potestatis & incomparabilis sapientiæ, vt si quid in ira sua serio decreuerit, nemo illud possit, quantumvis potens aut sapiens inter homines estimetur, per quacũque vim aut praxim contrariam impedire: vt necesse habeant etiam potentissimi & sapientissimi mortalium, eius itam formidare, quæ est terribilis & auferens spiritum principum, terribilis vtique apud reges terræ, quoniam non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra illum. 25 Sub cuius superexcellenti maiestate, ipsi etiam angelici spiritus, qui orbem portant totũque mundum ex dei ordinatione gubernant, & eius administrationi propter electorũ salutẽ vsque ad seculi consummationem insistunt, incuruantur & procumbunt, id est, summa

22 Si repẽtè interroget, quis respondebit ei?

23 Vel quis dicere potest, cur ita facis?

24 Deus, cuius ira nemo resistere potest,

25 Et sub quo curuantur, qui portant orbem.

est, summa cum reuerétia & humilitate profundissima adorant. Ipsi quoq; angeli mali, qui orbem cōmouent & quasi mundum regunt, quantū ad impios quibus dominantur, maiestatem diuinam contremiscunt, non ferentes aduersum se execrabile iudicium. Denique, principes ipsi, per quos mundus gubernatur, coram maiestate diuina incuruati, eiq; in timore & tremore seruire debent: idq; maiori longè reuerentia & humilitate, quàm ipsis sui ministri seruiant. 26 Cū ergo tanta sit & nimium superexcellens diuina maiestas, vt coram ea paueant etiam illi qui orbem portant, potentissimi spiritus & principes: quomodo ego qui ex humana conditione, vilis & fragilis sum creatura, ex propria verò miseria omnium hominū abiectissimus atq; miserimus audebo sur-

26 *Quātus ergo sum ego*

27 *vt respōdeam ei, & loquar verbis meis cū eo?*

28 *Qui etiā si habuero quippiam iustum, non respōdebo.*

29 *sed meum iudicem deprecabor.*

30 *Et cū inuocantē me exaudierit.*

31 *non credo quòd audierit vocem meam.*

gere contra deum, 27 vt quasi ex æqualitate in rigoroso iudicio respondeam ac contradicam ei, disceptemq; verbis meis cum eo, quasi contendendo pro victoria, vter iustam habeat causam, quasi præsumam posse me præualere deo, & eius facta reprehendere, aut iudicia arguere siue impedire? 28 Absit à me ista tãta, quam vos mihi videmini imputare, præsumptio. Imò verò etiam si aliquid iustitiæ, siue operæ aliqua bona me habere existimaui, quemadmodum certè ex bonæ cōscientiæ dictamine nō nihil me habere confido, nolo tamen illa facere, neq; ob ea sic præsumere aut eis adeò inniti, vt propterea audeam cōtra deum respōdere in iudicio: sciens, qd omnis humana iustitia, si corā districto iudicio dei in rigore & seueritate expendatur, inueniatur minus habens. 29 Quin potius, volo cum humilitate & mansuetudine, blandis & humilibus verbis, quasi deprecādo & obsecrando alloqui deum, ipsum vt iudicem meum considerando, in cuius potestate est, mea opera vel approbare vel refutare, meq; vel condemnare vel saluare: cui proinde debetur omnis honor & reuerentia, cum iure omni iudici ab iis qui ipsius subsunt tribunali honor debeatur & reuerentia, summo verò iudici honor summus & reuerétia summa. 30 Eòq; magis oportet me cū omni humilitate illū alloqui, si quid velim ab eo obtinere, qd vix valeam cognoscere, etiā postquā supplex ipsum orauero & ipse me exaudierit, an verè meam orationem audierit. 31 Vnde fieri potest, & forsitam iam nunc ita mihi euenit, vt postquam ego eum in humilitate supplici fuerim deprecatus, & ipse eam acceptauerit

rit gratamq; habuerit, daturus forsitan oportuno tempore
 quæ postulo: ego tamen non credam. i. non certò confidam
 aut sciam, sed maneam ignoras, vtrū verè exaudierit orationē
 meam, ita vt non sciam, etiā post verè exauditā orationē, an
 grata fuerit, an non. Nunquam enim scire potest homo, an
 cum sufficienti humilitate, cōtritione & afflictu, orationem
 suam fuderit coram deo, vt ab eo mereatur exaudiri. Si igitur
 etiam is qui in humilitate orando cū deo loquitur, igno-
 rat aut impetrauerit aliquid, quomodo is qui in superbia &
 præsumptione contra deum respōdere audet, aliquid ab eo
 confidat se posse impetrare? 32 Idcirco autem etiam post
 exauditionem ignoro, an me exaudierit an non, quoniā ex-
 terioribus signis nō indicat occultā illā exauditionē & acce-
 ptionem precū mearū: foris quidē æquē crudeliter se mihi
 exhibens, vt antè, dū quasi in turbine iracundiæ suæ me vi-
 detur plaga grauissima cōterere, atq; etiam vulnera multi-
 plicare: ita vt post effusas preces & ab eo bene susceptas, ex-
 terius etiā accumulet mala: 33 idq; sine causā mihi nota, cū
 nihil ego in me possim inuenire causæ quare tam grauius
 me percutiat, quantum ad meipsum attinet, cū nō sim mihi
 cōsciū vllius tā magni peccati, quod tā grauibus mereatur
 pœnis expiari. 34 Etiā postquā effudero ego orationē, &
 ipse eam acceperit, nō dabit requiem animæ meæ, à dolori-
 bus quibus antè me cœpit affligere: totūq; me replet ama-
 rissimis cruciatibus, perinde quasi nō exaudierit vocē ora-
 tionis meæ, imò ne attenderit quidē ad eam: ita dissimulat
 & quasi surda aure pertransit omnia. 35 Quomodo verò
 auderē ego vel præsumerē aduersus deū me superbē oppo-
 nere, cuius quidē fortitudinē si cōsideremus, videbimus esse
 maximam & præcellentissimā, secundū quā nulli sit hominū
 vel angelorū cōferendus, ita vt nec vniuersitas hominū nec
 ipse myriades angelicarū myriadū, hac in re cum illo pos-
 sint comparari, cū finiti ad infinitum nulla sit proportio.

36 Si iterum in deo spectetur iustitiæ rectitudo æquitatisque
 iudicij, inuenitur illa perfectissima & irreprehensibilis, ita
 vt nemo vel hominum vel angelorum auderet vel posset
 pro me loqui, siue testimonium perhibere, aduersus illam.

Vnde etiam si præsumerem ego aduersus Deum loqui in
 iudicio, neminem tamen inuenire possem, qui meam cau-
 sam adiuuare, aut pro me contra illam testimonium verum
 perhibe-

32 In turbine
 enim cōteret
 me, & multi-
 plicabit vul-
 nera mea:

33 etiam sine
 causa.

34 Non con-
 cedit requie-
 scere spiritū
 meum, & im-
 plet me ama-
 ritudinibus.
 35 Si fortitu-
 do queritur,
 robustissi-
 mus est.

36 Si æqui-
 tas iudicij,
 nemo audet
 pro me testi-
 monium dis-
 cere.

37 Si iustificare me uolero, os meum condemnabit me.

38 si innocentem ostendero, prauit me comprobabit.

39 Etiam si simplex fuerit, hoc ipsum ignorabis anima mea.

40 Et tacebit me reus meus.

41 Unum est quod loquutus sum, & innocenter & impium ipse consumit.

perhibere auderet vel posset. 37 Quod si cum eo disceptando, iustum omnino & prorsus ab omni peccato immunum esse ipsum probare uolero, asserendo nihil prorsus in me esse quod ille mihi posset ad peccatum imputare, hoc ipso me condemnabilem efficeret & ostenderet os meum, quod tantae presumptionis auderet uerba profundere. Si enim dixero, quia non habeam peccatum, mendax sum: & non est in me ueritas: mendaces uero deo sunt exosi, & apud eum condemnabiles. 38 Etsi ego contentiosus ad hoc uelim agere, ut me prorsus innocentem & sine omni peccato esse ostendam, ipse deus qui omnia abscondita humani cordis optime nouit, longe etiam exactius quam nos ipsi ea cognoscamus, facile me arguet mendacium, malitiamque meam proferet in lucem, adeo palam, ut ipse quoque non possem non agnoscere, quemadmodum in iudicio dei multis eueniet, ut qui hic mirandae sanctitatis opinionem sibi induerant, illic deo occulta cordium manifestate turpitudinem peccatorum suorum multam & magnam maximo suo rubore conspiciant.

39 Denique, etiam si uere simplex & rectus, iustus & innocens quis fuerit, utpote uel ego uel alius quispiam, cui id a deo datum est, ne is quidem certo scire id poterit in conscientia sua. Tamen si enim ex testimonio conscientiae, probabiliter possit homo ac uerisimilem habere existimationem alicuius iustitiae imperfectae (qualis est humana iustitia) nemo tamen certo id nouit, quale eum habeat deus, iustum aut impium: quoniam nescit homo, utrum odio an amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. 40 Quae quidem incertitudo & ignorantia supra modum est molesta uis qui in grauius uiuunt laboribus aut passionibus, quemadmodum nunc mihi in tantis constituto miseriis nimium graue est, ignorare si deo in his placeam aut displiceam, ita ut hinc quasi in te demum quoddam & fastigium uitae huius adducat tam miserabilis. Nimirum enim uidetur toleratu difficile, tanta perferre mala, & incertum interim permanere, an in tantis malis deo placeas aut displiceas.

41 Unde ego in eo quod supra loquutus sum persistens, dico uerum esse illud quod semel dixi, neque reuocandum aut retractandum mihi uidetur, nempe quod deus in praesenti tempore aequae affligit, & morte etiam consumit, pios ac impios, iustos ac iniustos, quemadmodum quotiescunque na id patet experientia. Atque haec una uel praecipua causa est, quare non scire possit homo si simplex fuerit an non, amor

amore dignus vel odio: nimirū eō q̄ æqualiter omnia videtur euenire piis atq; impiis. 42 Verū posteaquā ita de- 42 *Si flagel-
lat, occidat*
cretū est & placitū Deo, bonos æquē ac malos affligere ma-
lis: si ita (inquam) ipsi videtur, vt flagellet & affligat æquē *semel:*
vtrosq; optarē hoc simul, vt breui morte eū quē vellet affli-
gere à miseris huius mundi expediret. 43 & nō ita longo 43 *et nō de
pœnis inno-
centium ri-
deat.*
cruciatu per longā temporis morā homines affligeret, per in-
de quasi voluptati ei sint innocentū pœnæ. Quemadmodū
enim is qui animalculū aliquod, quod vno ic̄tu intra breue
momentū posset interficere, longo cruciatu per multā tem-
poris morā mauult affligere, ac deinde morti dare: per hanc
mortis dilationē & intermediam afflictionē, videtur dele-
ctari in afflictione & miseria bestix sic (humano loquendi
more) videtur Deus quasi voluptatē habere, siue ridere in
pœnis innocentū, dum eos sicut impios æquē affligit, mortē
tamen differt & cruciatū prolongat. Mallent autē ij qui gra-
ues cruciatus ferūt citō mori, quō liberi sint à p̄senti mise-
ria: & melius secum agi putarent, si tēpus acceleraretur mor-
tiseorū. 44 Quōd autē in hoc mūdo simul boni cum ma- 44 *Terra da-
ta est in ma-
nu impij,*
lis grauitē subinde affligātur, vna causa vel p̄cipua mihi
videtur, ex eo quod mundus iste traditur à Deo in potesta-
tem impiorum, in manus videlicet impij diaboli, qui est rex
super omnes filios superbiæ, & ministrorū eius tyrannorum
crudeliū, quos permittit hic super terrā hominibus p̄æsse:
45 & impius ipse diabolus excæcādo operit faciem eorū, 45 *vultum
iudicum eius
operit.*
qui sunt iudices & gubernatores terrarū, vt non attendant
ad Deū, neq; videāt ad ea quæ iusta sunt, sed pro sua corru-
pta voluntate omnia faciant, vt sit pro ratione voluntas, vt
sit fortitudo eorum lex iniustitiæ: vnde mala plurima super
innocentes veniūt, impiis huiusmodi iudicibus grauitē affli-
gentibus bonos, malos autē honorantibus, contra æquitatē
& Dei institutionem: qui voluit p̄æsse principes ad vindi-
ctam malorū, laudē verō bonorum. 46 Quōd si non ipse 46 *Quōd si
non ille est,
quis ergo est?*
est Deus, qui sic terrā tradit in manus impij diaboli, qui sic
dæmonē permittit regere & seducere mundum, principē
que orbis excæcare ad subuersionē iustitiæ: quis ergo dicen-
dus est esse, quo permittente ista fiunt? Certē ipse est Deus
& non alius, cuius dispositione & p̄missione ista fiunt:
cum nihil in mūdo fiat, aut fieri possit, sine eius dispositio-
ne. Cū igitur ista permittente Deo sic in mundo euenire
cernimus,

ELVCIDATIO

cernimus, nihil mirū si homines pij vsq; ad vitæ tædiū in tantis malis, quæ partim ex impiorū dæmonū, partim ex malorum hominū vexatione ferūt, interdū lamentētur, aut etiam in loquēdo deflēdoque conditionē suam corā deo, excessi-

47 Dies mei aliquo, dolore cogēte, vtantur. 47 Mihi sanè non iniuste velocius fu videtur lamentandi ratio, dies enim vitæ meæ velocissimè erunt curso- pertrāsierūt, celerius quàm cursor quiuis expeditissimè pos- re: fuigerunt sit currere, vt vix hora aut momentū fuisse videatur totum & nō vide- hoc tēpus quod trāsegi: abierūt velocissimè anni vitæ meæ, runt bonum. & nō viderunt quicquam boni: id est, nihil ego in illis boni aut solatiij accepi, per exiguā in hoc mūdo habui cōsolatio- nem, quoniā plenum afflictione est tēpus omne huius vitæ, maximè iis qui piè volūt viuere in timore Dei & obserua- tione preceptorū eius: tum ratione pugnæ perpetuæ cū vi- tiis, tū ratione malorū multorum, quæ passim insurgunt ad-

48 Pertran- uersum eos qui dei timorē cupiūt custodire. 48 Pertran- sierunt quasi- sierunt (inquā) dies vitæ meæ pauci & mali celerimò cursu naues pama & trāstu, ad eū modum quo naues pomis alijsque huiusmo- portantes: di fructibus læuibis onustæ celerimè transeunt partim ob læuitatē oneris, quæ nauē reddit dispositā ad celerius trans- eūdū per aquarū superficiem: partim ob fructuū eiusmodi necessitatē, qui sine putrefactione & dāno vendentium diu seruari nō possunt: propter q̄, in deuehēdis huiusmodi cor- ruptibilibus mercibus, magis negociatores & nauitæ accele-

49 sicut a- rant, quàm in aliis, quæ nō ita citò putrefiunt. 49 Itē per- quila volans tranfierūt celerimè, sicut aquila cū ad escā volitat. Aquila enim licet semper celerē habeat volatū, tunc tamē duplo volat celerius, quādo per odoratū grata alicubi esca percepta, illuc festinat vbi cadauer per olfactum iacere percepit.

50 Cū dixero, nequaquā qui, cogit doloris quædā necessitas: adeo vt si quando mihi ita loquar: in mentē veniat, vt cogitē superuacanea esse verba huiusmodi, & nihil ad rem faciētia, proponāque ab eiusmodi profus-

51 commuto abstinere querelis, 51 mox dolor meus innouetur & incre- faciem meā, scat intra memetipsum, ita vt etiā foris in vultu liceat immu- & dolore tor tationē quandā & aggrauationem internæ crescētis miserie percipere, & grauiori omnino dolore itra memetipsum ex- queor. crucior. Est enim quoddam afflictis naturale solamē, si suas miseras verbis gestibusque lamētabilibus possint exprime- re: aggrauatur autē afflictio, cūm prohibētur quod intus sen-

tiunt

tiunt pondus doloris, externis declarare indiciiis: quæ admodum in se increſcunt & intumeſcunt fluctus, dū conſtringuntur vt nō poſſint in latū diſfluere. 52 Et quidē ſi in impietate & ſine timore dei trāſegifſem priſtinæ tempus ſcelicitatis, viderer forſitā nullam habere querēdi ratio, q̄ nunc hiſ premar malis. Nunc autem vixi in magno ſemper timore & tremore, ita vt metuerē etiam in cunctis operibus meis quæ faciebā, ſollicitē ſemper attēdens & aduigilās, ne in aliquo verbo vel facto deū offenderē: ſemper etiā metuēs, ne fortē nō eo effectu & diligētia qua oporteret, fierēt aut facta eſſent: 53 ſciens nimirū rigore iuſti iudicij tui, quo non permittis inulta abire peccata hominū, de quibus nō agunt ipſi poenitentia. Horrendū eſt enim incidere in manus dei uiuentis: & qui ſeipſos modō nō iudicāt, à domino in iudicio venturo ſeuerē iudicabūtur. Qua ſanē cōſideratione, meritō quilibet vereri debet opera ſua, & religioſa ſollicitudine obſeruare, vt ſecundū dei volūtate ſiant omnia: aut ſi in aliquo illi contraire per fragilitatē contigerit, ſtatim per poenitentia à nobiſiſiſ iudicetur illud ac condēnetur, ne diuino reſeruetur iudicio. 54 Quod ſi poſt vitam omnem ſic in tanto timore & obſervatione tranſactā, adhuc impius & peccator inueniar: ſi adhuc quaſi homo impius & qui omnem vitā trāſigerim ſine timore dei, puniār & iudicer, quæ admodū vos o amici perſuadere mihi cōtenditis, meritō ſanē lamētari poſſunt & deplorare, q̄ inuanū laborauerim toto vitæ meæ tempore: poſtquā tanto ſtudio & obſervatione vſque ad eò nihil profecerim, vt etiam nūc quaſi ſcleratus & palam impius coram deo reputer & condēner. Neq; tamen hæc dixerim, quòd meam iuſtitiam velim iactare aut magnificare coram Deo, aut cum eo de illa contendere.

55 Si enim ego aut alius quilibet, tam ſuo iudicio quàm aliorum teſtimonio, totus videatur probus & iuſtus, prorsuſque mundus ab omni exteriori immunditia culpa, quæ admodum viderur albiſſimus qui in aquis niuis maximē purgatiuis accuratē lotus fuerit: 56 ita etiam vt nihil videatur in externis operibus turpe aut roprehenſibile, veluti quā manus hominis ex diligēti ablutione munditia ſumma refulgent, fieri tamen poterit, vt coram tuo iudicio, metuēdiſſime iudex, longē aliter res appareant: 57 ita vt tu reuelando occulta peccata mea, quæ in corde latitabāt, aut quæ

52 Verebar
omnia opera
mea,

53 ſciēs quòd
non parceres
delinquenti.

54 Si autem
ſic impius
ſū, quare ſtra
laboraui

55 Si lotus
fuerō quaſi
aquis niuis,

56 et fulſerit
velut nix
diſſima manus
mea,

57 tamē ſor-

etiam

*dibus intin-
ges me,*

*58 et abomi-
nabuntur me
vestimenta
mea.*

*59 Neq; enī
viro qui si-
milis mei est
respondebo,
60 nec qui
mecum in iu-
dicio a quo
possit audiri.*

*61 Non est
qui vtrūque
valeat ar-
guere,*

etiam ipse ignorabā, sicq; scēditates animæ meæ occultas & multiplices producēdo in lucem, me immundissimū sis demonstraturus, quemadmodū cū quis sordibus intinctus aut in sordibus prouolutus de cœno prodit: 58 ita vt etiā vestimenta mea. i. opera & studia, quæ mihi & hominibus admodū decora ac munda apparebant, tunc corā tuo iudicio (vbi patebunt abscondita tenebrarū) videantur abominabilia & pessima, quæ mihi quoq; ipsi tunc nausē & abominatōnē generabunt. Id enim multis continget in die iudicio, qui hic & sibi videbantur & apud alios habebātur sancti & honorabiles, propter externa opera sua secundū externam speciē bona, illic autē, vbi cordis occulta patebunt & discuntentur intētionēs cordiū, scētidissimi & abominabiles peccatores palām omnibus apparebunt, ita vt fiat ipsimet sui turpitudine prius occulta extūc intolerabilis. Itē si habeat homo etiā interiorē iustitiam verā pro humano more, omnī tamē iustitia eius & munditia corā districto Dei iudicio, si seuerē & rigidē examinetur secundū extremū iuris rigore, quo vti posset nobiscū Deus, aut si comparatur cum perfectissima illa & integerrima iustitia Dei, inuenietur multum imperfecta & insufficiens, potiūsq; immūditia quā munditia apparebit, & quasi nihilū reputabitur corā illo, propter multorū malorum cōmixtionem, & multiplicē quæ cū operibus nostris concurrat perfectionem. 59 Aliud nimirū est, cum homine contēdere, aliud cum Deo. Qui cum homine contendit, causam agit cū eo qui sibi par est, aut similis, potēstq; faciliē aduersus illū se defendere in iudicio. 60 Qui verō cū Deo contēdit, non cū sibi æquali, aut simili causam habet, sed cū longē dissimili & impari, imō incōparabili secundum omnē perfectionem: neq; talis est ipse, vt ad iudiciū trahi, aut citari possit, quasi ex æquo mecū responsurus, quemadmodū inter homines duos, aut plures si quæstio oriatur, citant illi se inuicē ad iudiciū, vbi ex æquo audiat, quis eorū causam habeat iustiorē. 61 Non est enim qui, quam vel hominū, vel angelorū, qui superior existat vtrouque, id est, Deo simul & homine, aut qui habeat potestatem super vtrouque, sic vt possit vtrūq; arguere: quemadmodum hominibus duobus contēdentibus in iudicio, superior est vtrouq; iudex, vt per iudiciaria sentētiā arguere possit & compefcere vtrumlibet causam iniustam fouentem.

62 Nec itē inuenitur qui possit manū mittere in vtrunque, vt potestatiuē coërceat, & secūdū exigentiā iustitiæ puniat pro culpa, illum qui reus inuentus fuerit, quemadmodū inter homines fieri solet, coram iudicio contendentes. Nemo enim Deo inuenitur superior, cuius iudicio sisti possit, aut ab eo coërceari vel cogi: sed e contrario, ipse supremus est, & iudex omnium. 63 Tametsi verò tā sit metuendus deus & subiectus nemini, mihiq; & omnibus incōparabilis, ausim tamē ego, præmissis & quasi antè pactis aliquot cōditionibus, cū eo colloqui, & meā causam agere, meamq; defendere iustitiam. Nimirū duo hæc mihi opto præstari: primū quidem, vt plagā hanc grauissimam qua me affligit, aliquantulum remittat, vel profus tollat, alioqui me dolor & timor liberè loqui nō sinunt. Deinde, vt non me terreat seueritas & terror rigorosi iudicij eius, coram quo nemo potest iustificari.

64 His duabus præsuppositis cōditionibus, & quasi pacto firmatis, audebo in testimonio bonæ cōsciētix fiducialiter, abiecto timore, loqui ad eum cum reuerētia, ad defensionē iustitiæ meæ, & ad inquirendam causam huius percussionis meæ. 65 Quandiu enim metu teneor grauiorum dolorum continuè crescentium, & donec rigore diuini iudicij seueritatemque eius mecum attendo, quasi oclusum silere cogitur os meum, nec audet pro se respondere deo. Si verò ab ista plaga liber essem, aut certus quòd non etiam aggravaretur dolor percussionis huius, & si ad rigorosum illud iudicium diuinæ seueritatis nō esset mihi attendendum, sed agenda esset causa mea secundum considerationem humane imbecillitatis, auderē certè liberius pro me loqui, meamque pluribus verbis excusationem proponere.

DECIMI CAPITIS

ELUCIDATIO.

Cap. x.

Tedet, animam meam vitam meam.
2 dimittam aduersum me eloquiū meum.

Rosectō tēdiū habet anima mea nimis fatigata malis, vitæ huius tam ærumnosæ & miseræ, qualem menses aliquot iam egi: vt mors ipsa, præ vita istiusmodi, videatur magis optanda.

2 Propter quod, in tanta miseria cōstitutus, sinam effluere per os meum verba querimonix & lamētationis, quibus meā miseriam ventilem & deplem, vt vel sic tantillum

- 3 *Loquar in tantillum accipiã consolationis. 3 In amaritudine tanta me amaritudine me & cordis afflictione positus, nõ silebo, sed loquar, ad re- anime mee: leuandũ utcunq; dolorẽ meum: loquar autẽ ad deũ, quẽ ego omnis huius mali authorẽ cõsidero, velut inuestigã & iudicare cupiẽs causam tantã afflictionis meã, in super & misericordiam postulans.* 4 Atq; imprimis, quasi præfationis loco, Deũ benignissimũ deprecabor, vt non me proisus cõdemnet, vt non mihi ad peccatũ, iudiciũ & condemnationẽ imputet, quã sum loquuturus in amaritudine doloris mei; nõ vt nõ me in futuro iudicio cõdemnet, quemadmodũ nũc in presenti tẽpore videretur cõdenasse, tantũq; subiecisse malis.
- 4 *dicã Deo, noli me condemnare.* 5 Obrenta verò loquendi venia, illud te rogatum velim, Deus piissime vt indices mihi quã ob causam huic me iudicio, quod mihi cernitur incũbere, tantã graui me subieceris: facias me cognoscere, quo animo, quo fine, quo consilio, tan graui me plaga ferire voluisti, quã in me nihil inueniã quod tantã graui pœna debeat expiari. Esset enim mihi ad tollerandum hæc plaga leuior, si consiliũ tuũ & voluntatẽ super hoc re planẽ cognoscerẽ. 6 Illud enim certũ est, non proprie tyrannidẽ & crudelitatem, vt innocentẽ opprimas, ista te facere. Non enim tibi qui es summẽ clemens & pius, placere potest iniusta tyrannis aut iniqua crudelitas, per quam me opus manũ tuarum, nuper à te tam potenter, sapienter & benignẽ conditũ, gauderes sine causã affligere, & per vim opprimere: 7 vt sic consiliũ siue propositũ adiuares confirmarẽsq; hominũ impiorũ, quibus voluptati est alios innocentes per vim calumniari & opprimere: quorũ quidẽ impietati tu videreris fauere, si in me calumniando & opprimendo inuenireris delectari. 8 Scio item, qd non sunt tibi oculi carnei: hoc est, nõ vides tu sicut vident homines, quantum ea vident quã foris patent, corda autẽ intueri non possunt, vnde frequenter contingit inter homines per uerũ iudiciũ, vt per ignorantiam innocens puniatur, nocẽs ab- soluatur, aut etiã vt grauius puniatur reus vel leuius qui meruerit. Sunt enim oculi tui, non carnei & crassi, sed immateriales & lucidissimi, ipsi quoq; sole lucidiores, quibus nuda & aperta sunt omnia, nihilque eos potest subterfugere aut latere eorũ quã geruntur apud homines: ac proinde per ignorantiam non ita tecum agis. 9 Scio item, quod non sunt dies tui sicut dies hominis, quodque duratio tua
- 5 *Indica mihi, cur me ita iudices?*
- 6 *Nũquid bonũ tibi videtur, si columneris me, & opprimas me, opus manũ tuarum,*
- 7 *& cõsiliũ impiorũ adiuues?*
- 8 *Nũquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo & tu videbis?*
- 9 *Nũquid sicut dies hominis.*

non est similis humanis temporibus. 10 Homo enim in tē- 10 *dies tui,*
poribus & diebus suis quotidiano transitu labētibus, multi- & *anni tui*
plici est mutationi subiectus, nunquā in eodē statu perma- *sicut huma-*
nēs: & tēporū successū multa addiscit, quę antē nō nouerat, *na sunt tem-*
vel plenius discit, quę imperfectius antē nouerat. 11 Scio *para?*
(inquam) quod nō sunt dies tui aut anni sicut dies aut tempora 11 *ut queras*
humana, ut propterea ad acquirendā cognitionē de mea iu- *iniquitatem*
stitia vel iniustitia debes me punire, peccata mea occulta *mea, & pec-*
per quæstiones & tormēta exquirēdo & perscrutādo, ad eū *catum meum*
modū quo seculi iudices ignorantes veritatē, ad certio- *scruteris.*
rem acquirendā notitiam, per quæstiones & tormenta affli-
gunt & examinant eos, de quibus est suspicio, & non certi-
tudo notitiæ. 12 Utq; sic per quæstionē & tormenta tandē 12 *Et scias*
cognoscas, quod nullum sit in me tam impium aut iniquum fa- *quia nihil*
cinus, vel cōtra deū, vel contra proximū, quod tam grauem *impium fe-*
plagam mereatur. 13 Attamen ego in manu tua sum, & sic *cerim:*
sum, ut nemo me possit de manu tua eruere, nemo vel ho- 13 *cum sit*
minum vel angelorū me possit, siue per vim, siue per autori- *nemo qui de*
tatē, siue per quodcūq; consiliū tuæ potestati subtrahere, ut *manu tua*
non de me facias quicquid uolueris. Cū igitur certus sim, *possit eruere.*
nō ob aliquā prædictarū rationū, ob quas solet inter homi-
nes perueri iudicium, & opprimi solent innocentes, ita me
affligi, valde optarem cognoscere, quānā causa sit, ob quam
ita mirabiliter me crucies. Verū posteaquam tuum occult-
tum consiliū nequeo deprehendere, malo ad inuocādā
clementiā misericordiæ tuæ me cōvertere. 14 Ecce enim 14 *Manus*
domine, tu paulo antē in potentia, sapientia & bonitate tua, *tuæ domine*
quasi manibus tuis fecisti me, secundum animam, ad imagi- *fecerunt me,*
nem & similitudinē tuam me creando: secundum corpus *& plasmaue-*
verō crassiorē mei partem, de limo terræ formasti siue fin- *runt me totū*
xisti me totum, à capite ad pedes vsque, & per circuitū, quā- *in circuitu:*
tum ad singula corporis membra, vnumquodque iuxta con-
ditionem & proportionē naturæ suæ disponendo suis figu-
ris & qualitatibus, quemadmodum figulus de massa luti ma-
nibus suis fingit opus fictile quod uoluerit, ipsiusque partes
varias, iuxta proportionem & convenientiam operis, vario
modo disponit. 15 Quomodo igitur nūc, id est, statim ferē 15 *& sic re-*
post formationem meam, tam subitō me in miseriā istam & *penite præci-*
mortem præcipitas? opus quod heri tāto studio formasti, & *pias me?*
tā accuratē ornasti, hodie sic pro nihilo reputas & dissipas?

- 16 *Memento* 16 *Cōsidera, quæso te domine, & ante oculos habere (vt ad quæso, quòd miserandū mei facilius inflectaris) vilitatē conditionis meæ & durationis breuitatē, quomodo me secūdum corpus de limo terræ formasti, ad similitudinē figuli de luto suo formatis fictile vasculum: 17 rursūmq; post paululū, & sententiā tua generali quam tulisti super vniuersum genus humanū, morte dissolutus cogar reuerti in puluerē de qua formatus fuerā. 18 Tu quidē modo mirabili me in matris vtero formasti: primū substantiā atq; materiam mollē illic congregans & parans, de substantiā matris, vnde formaretur corpus hoc meū, quemadmodū cū à mulgēte lac colligitur, vnde formeretur caseus. 19 Dehinc autē, per virtutē virilis seminis, cū substantiā illa molli de matris substantiā collectā cōmixti, coagulari cōepit & indurari aliquantulum illa mollis materia: quemadmodū cū per virtutem coaguli cōmixti cum lacte, ipsum coagulatur, cōdensatur & incaseatur, vt ex molli & fluida lactis materia, fiat coagulatus & durior caseus. 20 Paulatim autē temporis processu, per continuā actionē virtutis seminalis, eò pertingitur, vt materia illa pellicula quadā tenui & velut mēbrana molli incipiat circumdari, quæ postmodum induratur & fit pellis dura, sufficienti ad circumscriptionē corporis: sub qua pelle caro formatur, primū mollior, deinde solidior: quibus, pelle dico & carne, quasi vestimento quodā duplici totus homo vestitur & circūdatur, quēadmodū caseus in superficie & extremitatibus, quasi duro quodā cortice, circūvestitur. 21 Deinde, ad ea quæ cæteris sunt duriora in humano corpore, naturali processu peruenitur, nepe ad ossa, ex quibus corpus totū suū habet soliditatē & fortitudinē: & neruos, quibus mēbra adinuicē cohærent & colligantur, sic vt ad mouendū & agendum quæ sunt opportuna valeant. 22 Omnibus verò huiusmodi membris sic naturali virtute formati, & ad suscipiendā vitam prædispositi, tu deinde vitam ex tua misericordia & benignitate corpori illi infudisti, mihiq; tribuisti: primū quidē vegetatiuā tantū vitam, quæ hominibus est cū plantis cōmunis: deinde etiam sensitiuā, quam cum brutis omnibus animantibus habemus communē: postremò rationabilē, quæ corporalia omnia viuētia superexcedimus, & angelis assimilamur. 23 Post verò semel acceptā vitam rationālē, assidue tua visitatio & perpetua obseruatio custodiuit & sustinuit*

tauit
re, ni
necet
anim
fanti
ro il
mira
in cor
agnol
olim
nium
riam,
obliu
stres
penit
dum
cata
bus il
stuliss
rim ac
niuisi
ab om
super
tus q
sti mis
simula
impiu
cum h
de pec
ga sen
consci
meo d
superb
pter al
& qua
silio c
cum a
superb
superb
superb

tauit & vitam meā. Non enim posset homo in vita subsistere, nisi tua obseruatione cōtinua custodiretur, & quasi manutenuendo sustentaretur. Visitatio etiā gratiæ tuæ interior, animam meā in vita spirituali diligēter custodiuit, vt ab infantia semper in timore tuo vitā egerim. 24 Quinquā uero ista quæ olim in me cōtulisti, tot ac tāta beneficia, & tam mira tua circa me opera, nūc uidearis dissimulare, & quasi in corde occultare, foris sic te erga me gerens quasi me non agnoscas pro factura tua, quasi non attēdas nunc quanti me olim feceris; hoc tamē scio, quantūuis dissimules, quòd omnium istorū recentissimā præsentissimāq; habeas memoriam, imò scientiā & intuitionem, quoniam in te nulla cadit obliuio: vnde confido, quanuis nunc tam alienū te demonstras erga me, non tamen prorsus te mei oblitum, aut me penitus à te proiectū esse, sed opportuno tēpore respiciendum esse pro tua bona voluntate. 25 Quòd si fortè peccata aliqua olim cōmisi in iuuentute & ignorantia, pro quibus istam nunc plagā sustinere merui, mirū quare tā diu distulisses debitam punctionē. Si enim olim peccaui, & interim ad tēpus aliquantū pepercisti mihi, & non tunc, me puniisti quum peccarem: quare non etiā nunc, cum diligēter ab omni malo cauēo, nō mihi parcis: & quare nunc inducis super me peccata præterita, vt pro illis me punias nunc potius quàm tūc, quare sicut hæcenus dissimulasti & pepercisti misericorditer, non etiam nūc mihi parcis, mecūq; dissimulanter agis atq; misericorditer? 26 Et quidē si uerè impius ego fuero, & vt impius nunc puniar, pessimè res mecum habebit, essētq; hic dolor meus maior & grauior, quē de peccati conscientia haberē, quàm omnis ille quē ex plaga sentio. 27 Si uerò iustus & innocens fuero (qualem in conscientia bonæ testimonio esse me confido) & si absque meo demerito istam patiar afflictionē, non tamen audebo superbè caput attollere, aut cristas siue cornua erigere, propter afflictionē & confusionem nimiam qua repletus sum, & quasi saturatus, vt uix maior possit homini afflictio & cōfusio omnimodāq; miseria obringere. 28 Sic enim tu mecum agis, quasi cum homine superbo & feroci, vt propter superbiam me uidearis persequi, quasi lænam, quasi hominē superbū & crudelem; ueluti si quis lænam crudelem & superbam uenando persequatur ac capiat, ita tu me conspicis me;

- 29 reuersus-
 que mirabi-
 liter me cru-
 cias.
- 30 Instauras
 testes tuos
 contra me,
- 31 & multi-
 plicas iram
 tuam aduer-
 sum me, &
 pœna mili-
 tant in me.
- 32 Quare de
 vulua edu-
 xisti me?
- 33 Qui vti-
 nam consum-
 ptus essem,
 ne oculus me
 videret.
- 34 Fuissem
 quasi non es-
 sem, de vte-
 ro trāslatus
 ad tumulū.
- 35 Nunquid
 non paucitas
 dierum meo-
 rum finietur
 breuis?
- clusione huius tātae miseræ quasi venatione cœpisti, quasi
 ego homo sim crudelis & terribilis alius, qui sic à te debeam
 arceri, premi & constringi. 29 Neq; solū simpliciter me af-
 fligis, nec semel, sed frequēter & multipliciter, quæadmodū
 cū capta bestia semel & iterū venatores eā verberant; ver-
 santq; & reuersant, ac mirabiliter cruciāt, nō cessantes à mo-
 lestia. 30 Instituis, & quasi innouādo instauras cōtra me,
 testes tuos, qui pro te ex tuo mandato cōtra me testētur &
 agāt; nempe & ipsos dæmones, qui me accusant, & affligūt;
 & istos amicos qui cōtra me loquuntur, peccatis meis hanc
 plagam imputātes; item afflictiones istas mittens in me, quæ
 contra me testificantur, quasi tibi sim hostis ac aduersarius.
- 31 Continuōq; multiplicari videtur & increfcere indigna-
 tio tua aduersum me, dum augētur cōtinuò dolores & cru-
 ciatus mei. Denique (vt paucis dicam) pœnæ & afflictiones
 duræ sine misericordia in me sœuiunt crudeliter, & vim in-
 ferūt mihi: quæadmodum milites genus hominū crudele in-
 ruunt magna sœuitia in eos aduersum quos mittūtur, & sine
 misericordia tractant illos. Vnde præ nimio pondere affli-
 ctionis, exclamare subinde cogor, ac dicere: 32 Si ad tantū
 miseriam debui peruenire, vt quid nasci me tam miserum &
 infelicem hominē voluisti, ac de matris vulua educere in
 lucem, vt tanta mala viderē in hoc seculo? 33 Præstitisse
 sanē, quantū ad sensitiui affectus iudiciū, defecisse me & pe-
 riisse adhuc in matris vtero, antequā vidissem lucē, ne oculi
 hominū me vidissent inter viuos agentem. 34 Præstitisse
 set (inquam) sic fuisse quasi non essem. i. statim post conce-
 ptum aut natiuitatem mortuum esse, ita vt statim ab vtero
 matris fuisset translatus ad tumulum, mortuus vel in matris
 vtero, vel statim post exitum de vtero. Si enim sic vel in
 ac tunc in sepulchro reconditus, nihil ego iam miseriarum
 istarum sentire quæ modò ferre cogor: sicq; per illam præ-
 maturam mortem effugissem hæc omnia, & tanta in quibus
 modò miserē viuo, incommoda. 35 Sed quousque tandem
 hæc tam grauis & sœua perdurabit afflictio? Nōne pauci-
 tatis dierum meorum, quibus hīc viuo super terram, breuis &
 nem est acceptura? Sic utique videtur, quantum ad huma-
 num attinet iudicium: quum non videatur possibile, vt diu
 in tantis miseris & corruptione corporis tanta perderem.

36 Ergo domine postquã tãta cernis fuisse mala, quẽ diu iã 36 *Dimitte*
sustinui, & appropinquare vitę huius tã miserę terminũ, quẽ- *ergo me,*
so te, vt saltẽ nũc mouearis erga me misericordia, & hũc mi
hi præsles tuę miserationis effectũ, vt saltẽ nũc dimittas me,
cessesq; ab hac afflictioẽ mea, vel prorsus auferẽdo, vel cer-
tẽ mitigãdo dolorẽ plagę meę. 37 *Dimitte* (inquã) me, vt 37 *vt plagã*
vel paululũ possim respirare, & in quiete de flere pristinum *paululum do-*
dolorẽ meũ, illũ recogitãdo iã quãsi pręteritũ: nũquã enim *lorem meum*
obliuisci potero tam grauis doloris, etiãsi actu ab eo absol-
uar. 38 Idq; vt quãto cius facias oro, antequã videlicet ad- 38 *antequam*
ueniat dies mortis, quãdo hinc exibo à societate viuentiũ, *vadã & nõ*
nonquã ad eandẽ reuersurus secunduũ statũ vitę huius, qua *reuertar,*
modo super terrã viuimus. 39 *Vadam* (inquã) sine reditu, 39 *ad terrã*
ab hoc seculo præsenti, ad alterũ seculũ futurũ: ab hac terra *tenebrosam,*
& regione viuentiũ, ad terrã & regionẽ mortuorũ: à terra cœ *& opertam,*
lesti luce perfusa, ad terrã luce carentẽ & opertã tenebris, *mortis cali-*
& quasi mortis caligine, id est, similitudine quadã & vmbra *gine.*
mortis obductã, 40 *Ad terrã* (inquã) miserię & tenebra- 40 *terrã mi-*
rũ, vbi nulla est scœlicitas, nulla iucũditas, nulla lux, nulla cha *seria & te-*
ritas: vbi omnia mortis quandã vmbra & similitudinẽ prę se *nebrarũ, vbi*
ferunt, & nullus est ordo oblectãs: sed sunt omnia horrida, *umbra mor-*
cõfusa, inamcena, terribilia, & affligẽtia: 41 & vbi propter *tis & nullus*
miseriam atque confusionem, horror terrorq; sempiter- *ordo,*
nus iohabitat, cũ sint illic omnia horrore tristia & desola- *41 sed sem-*
tione plena, sicq; perpetuò illic omnia permanebunt. Id *pitemus hor-*
est, antequam moriens secundum corpus tradat sepulchro, *ror iohabitãt.*
secundum animã inferno, ad quẽ vel eius lymbũ descẽdere
necesse est omnium animas, qui emigrãt ex hoc seculo: vbi
ij qui malẽ hĩc vitam gerũt, in extrema miseria & tenebris
ac horrore sempiternis infœlices perpetuò degẽt, nũquam
vllam visuri salutem aut consolationem.

VNDECIMI CAPITIS

ELVCIDATIO.



V M hęc dixisset sanctus Iob, is qui inter ami- *Cap. II.*
cos tertius erat, Sophar Naamathites, suo or- *Respondens*
dine loqui cœpit, & (quod priores duo iã se- *autẽ Sophar*
cerãt) illius verbis cõradicere: Ferẽsq; indi- *Naamathi-*
gnẽ, Iobũ ipsum iã secundò monitũ persistere *tes dixit:*

I iij adhuc

adhuc in suis querimoniis, quas ipse in Dei iniuriã redũdare existimabat, cũ indignatione, quadã illũ aggressus est: vt vel sic pũdere vehemẽtiaque sermonis eũ ab huiusmodi cõpesceret, quẽ deo ingrata esse & iniuria reputabat. Sic itaq;

2 Nunquid qui multa loquitur nõ & audiet? illũ aggressus est, dicens. *2* Quid sibi vult tuũ istud multiloquiũ & inaniloquiũ, quorsum isti tui inconsiderati. & sine ordine, imò sine timore (vt videtur) effusi tendũt sermones? An vt nobis multiloquio tuo isto os obstruas, & satisfacere videaris verbis inanibus? Nõne magis iustũ ac necessariũ est, vt is qui multa loquitur est audiat vicissim aliorum suo ordine loquẽtes, atque ad proposita respõdentes? *3* An putas homines verbosos per solũ multiloquiũ suum iustificari posse, & secundũ veritatem expurgari, si nõ loquantur quæ sunt rationi & iustitiæ cõsona? Nõ profectò verba sola quãlibet multa, iu iudicio veritatis hominẽ valent iustificare, quũ nõ eis suffragatur sententiæ veritas, & rationis æquitas. *4* An putas tibi soli loquendũ, & omnes tibi perpetuò debere auscultare, vt te solũ loquente, nos omnes perpetuũ teneamus silentiũ: *5* & cũ tu in nos ieceris amara scõmata, ironiisq; tuis & sannis nos irriseris, palãm etiã in faciem nobis exprobrãdo, putas qd non & tu vicissim sis à nobis saltẽ cõfutandus, nõ dico irridẽdus & subsannandus. Nos enim rationũ soliditate malumus, quàm irrisionũ vanitate, tecũ agere. *6* Primũ enim (vt illa omittã scõmata, quæ in nos improbẽ satis iacere visus es, & illa quæ ad rẽ faciũt, pro defensione gloriæ Dẽi prosequar) quale est illud quod iam ante dixisti inter cætera, veracem esse sermonẽ tuũ, & ab omni blasphemia atque peccato omni purum? *7* te quoque à peccato mũdum esse in conspectu Dei ita, vt nõ possit in te deus inuenire propter quod te puniat: cũ ais, te sine tuo demerito ista pati, & multò grauius quàm tua peccata meruerint puniri, aliãque huiusmodi: in quibus nimium presumptuosẽ te ipsum iustificare, deum autem condẽnare videris, quasi ipse te sine causã affligerit? quæ quidem assertiones, vt præsumptuosæ & temerariæ, mihi dignẽ vidẽtur reprehensione. *8* Profectò enim si dignaretur loqui tecum apertẽ deus, & labia sua tibi aperire, ad ostendendum & declarandũ tibi occulta iudicia & consilia sapientiæ suæ (quæ tu modo ignoras, & ex cuius ignorantia imprudẽter *9* & ad declarandum tibi multa

3 aut vir verbosus iustificabitur?

4 Tibi soli tacebunt homines?

5 & cũ ceteros irriseris, à nullo confutaberis?

6 Dixisti enim Purus est sermo meus,

7 & mũdus sum in cõspectu tuo.

8 Atq; vitiãnam deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi vt ostenderet tibi secreta sapientiæ.

9 & quod

bi m
ta ab
obse
cont
reue
vid
afflig
pecc
possi
tecu
caris
sisti,
dò fe
iustm
rans
occu
quita
blasph
ii Q
scrut
etiam
te po
periti
lum
omni
& im
cũdat
prehe
iudic
pla m
rat en
li alit
tudo
celos
res &
plet, &
do eu
appre
secũd
cundũ

bi multiplicatam & perfectionem legis suæ, quæ tam mul- *multiplex es-*
 ta ab hominibus exigit, & tanta obseruatione districtè vult *set lex eius.*
 obseruari, propter quod facilè homines in multis offendunt
 contra legem dei. 10 Ista (inquam) si dignaretur tibi deus
 reuelare, quæ modò ignorare aut non attentè considerare
 videris, tunc perfectò intelligeres, & pœnæ quibus te Deus
 affligit & castigat, non solùm non sint grauiores, quàm tua
 peccata mereantur, verum etiam minores & leuiore, ita vt
 posset ille, (si obseruare vellet iniquitates tuas & introire
 tecum in seuerum districtumque iudiciũ, pro omnibus pec-
 caris tuis, quæ contra legem eius tam multipliciter commi-
 sisti, longè etiam grauius te affligere & castigare, quàm mo-
 dò fecerit: sicque hac consideratione, facilè os tuum ab hu-
 iusmodi querimoniis & blasphemis prohiberes, conside-
 rans te ab illo puniri citra condignum, qui nunc ignorans
 occulta dei iudicia & multiplicem tuæ transgressionis ini-
 quitatem, tam male contentus, tantùm non aduersus deum
 blasphemias existimans te longè vltra demeritum puniri.
 11 Quid verò sibi vult illa tanta præsumptio, qua sic per- *11 Forsitan*
 scrutari laboras causas huius tuæ percussiois, vt cum Deo *vestigia Dei*
 etiam contendere & disputare præsumas? 12 An confidis *comprehen-*
 te posse disputando & inuestigando vsque ad celsitudinem *des,*
 pertingere diuinitatis, & quasi apprehensus eius vestigiis il- *12 & vsque*
 lum tenere, vt perfectè ipsum & quæ sunt in ipso occulta *ad perfectum*
 omnia perlustres? Est enĩ id homini mortali difficile nimis *omnipotentem*
 & impossibile, vt ipse infirmus & mortali hoc corpore cir- *reperies.*
 cūdatus, deum (qui est spiritualis & infinitæ naturæ) sic ap-
 prehendat, vt eum perfectè cognoscat, eiusque consilia &
 iudicia pœnitens inuestiget. 13 Iphus nimirum tam est am- *13 Excelsior*
 pla maiestas, vt nec cœlo nec terra possit contineri. Super- *cælo est.*
 rat enim celsitudine vel altitudine, suæ, ipsam quoque cœ-
 li altitudinem: cum nequaquam intra cœlestes orbis magni-
 tudo diuinæ maiestatis concludatur, quæ potens est præter
 cœlos amplissimos in initio formatos, alios quoque & plu-
 res & maiores facere, & implere omnes, vt modò hos im-
 plet, & impleuit ab initio: 14 Quid igitur facies? quomo- *14 & quid*
 do eum qui tam est altus & excelsus poteris attingere vel *facies?*
 apprehendere vt eum perfectè cognoscas? 15 Sicut autem *15 Profundior*
 secū dum altitudinem cœlos excedit, licet altissimos, ita se- *inferno.*
 cundū profunditatē infernū profundissimū & omniū infi-
 mum

- 16 *Unde cognoscet?* 16 *Unde* fitas infinitasq; magnitudinis eius, 16 quomodo igitur tū immensum, qui sursum & deorsum excedit omnia, putas te posse perfectè cognoscere?
- 17 *Longior terra mensura eius, & latior mari.* 17 siue lōgitudinem cōsideres, exuperare inuenitur totā terrē lōgitudinē: siue latitudinem spectes, excedere inuenitur totam latitudinē latissimorū vastissimorūque mariū. Secundā omnē dimensionē infinitus est, immēsus, & incōprehēbilis, superatque omnia lōgē corporalia, quāuis alta, quāuis profunda, quālibet lōga aut lata. Tot⁹ est in se infinitus, & proinde nulli creaturę finitę quālibet magnę cōparabilis, vt ei cōæquetur: sed transcēdit in immēsum semper, cum sit infiniti ad finitū nulla proportio.
- 18 *Si subuerterit omnia, vel in vnum coartauerit.* 18 Idē ipse tam est absolute potestatis & liberę autoritatis, vt etiāsi vniuersam mūdi machinā & quęcunque creata sunt velut subuere atque in nihilū redigere, vel in vnū quasi cōfusedum chaos cōmiscere & cōfundere omnia, extra consuetū ordinem omnia subito trāsmutādo, 19 nemo illi possit resistere aut cōtradicare, vt eum prohibeat ab implētionē sui propositi, aut cōpellat ad ordinē & statū pristinū ea reducere. 20 nemo etiā posset iustē & rationabiliter reprehēdere ab eo sic facta, aut causas examinare quare ea sic fecerit, perinde quasi dubiū esse possit, nū bene egerit aut malē: cū ipsa eius volūtas sit ipsissima iustitię regula, ac proinde, quęcunque ex voluntate sua facit, facit iustissimē.
- 21 *Ipsē enim nouit hominum voluntatem.* 21 Nō solūm autē cōsiderationē infinitę & incōprehēnsibilis maiestatis diuinę, debet homo à perscrutādīs dei occultis cōsiliis iudicissimę abstinere, verū etiam cōsiderationē perfectę scientię & cognitionis eius. Ipse enim qui hominē finxit & formauit, tā secundū corpus quā secundū animam, optimē nouit vanitatē humani cordis, pronitatem illam ad peccandū & innatā peruersitatē, per quam in multis quotidie offendūt omnes homines, & à peccatis liberi penitus esse nō possunt. 22 Vidēsque homines ex vanitate iniquitatē nō ista & pronitate peccātes quotidie, putas quō nō attendat ad ea, aut ea nō obseruet, vt pro ei homines cū voluerit iustē punire possit? Hoc igitur attēdens homo, quō deus sic omnia nostra attēdit & expēdit, pręsumere debet, cū à deo punitur, habere eum certas causas ob quas id faciat, sibi notas, licet ipsi incognitas: & propter occulta quędā peccata deo nota, licet ipsi fortē ignota, id fieri. 23 Videt sanē & cōfiterat
- 23 *Vir van⁹ nota,* licet ipsi fortē ignota, id fieri. 23 Videt sanē & cōfiterat

derat, quemadmodū homines vani & peccatores abiecto *ti in superbiam*
more dei & humilitate contēpta, in seipsis erigatur & exal *erigitur.*
tentur per superbiam, recusantes in humilitate & obediētia
suscipere iugū diuinæ legis, volētes magis propriis suis de-
sideriis satisficere. 24 Putāt enim impij & sibi falsō persua *24 & tan-*
dent, quod nullius debeāt subdi imperio nullius subesse obe *quam pullū*
dientiz, aut præcepto obedire, quēadmodū qui in desertis *onagri se li-*
nascūtur syluestres asini, nullius sunt subiecti dominio, sed *berum natū*
prorsus ab omni humano imperio sunt liberi. Sic putant se *putat.*
nō debere esse subiectos cuiquā, dicentes apud semetipsos:
Omnia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? Quam
quidem superbiam & præsumptionem impiissimā confide-
rans deus, meritō punit in hominibus. 25 Tu verò, o amice *25 Tu autem*
Iob, si ab hac superbia te elongans, in humilitate ad dominū *firmasti cor*
confugiens, suppliciter eius gratiam & misericordiam inuo *tuum.*
caueris, cor tuum sic firmando ad illum & in illo, vt ex to-
to corde ad eum conuertaris, ex animo cum plena fiducia:
26 dein de manus tam interiores mentis, quā exteriores *26 & expan-*
corporis, expendendo ad illum deuotē deprecādum, vt sic *disti ad eum*
tam mente quā corpore totus ad illum conuertaris, cum *manus tuas.*
plena & certa fiducia: 27 Si item omnem iniquitatem *27 Si iniqui-*
quam in operibus tuis, post diligentem & seriam examina- *tatē que est*
tionem, inueneris, tam præteritā quā præsentem, à te sol- *in manu tua*
licite studeas expurgare, per pœnitentiam & propositū fir- *abstuleris*
mum vitæ melioris, 28 ita vt non solū non relinquatur *à te.*
in te vlla iniustitia, in qua cum proposito eligas contra dei *28 & non*
voluntatem permanere, verū neque in vniuersa tua fami- *manserit in*
lia, cuius debes curam gerere, quantum in te fuerit, patiaris *tabernaculo*
aliquam residere impietatem: 29 Si hoc (inquam) pacto & *tuo iniustitia*
tanta diligentia studueris, & te ipsam & eos qui tuz curæ *29 tunc le-*
substant, ab omni peccato emundare, tunc poteris cum bo- *uare poteris*
na confidentia faciem leuare ad deum, poteris sine rubore *faciem tuam*
& confusione & sine vllius peccati remorsu aut cōscientia *absque ma-*
coram deo apparere, sicut filius bonus coram piissimo pa- *cula.*
tre, sicut fidelis seruus coram beneficio domino, imò sicut
amicus corā amicis: quēadmodū cū quis bene lotus fuerit
aqua ab omni macula corporali, audet confidenter faciem
suam ostendere: qui donec macularam habet faciem, erube- *30 et eris sta-*
scit eam in publicum ostentare. 30 Tunc non eris instabi- *bilis, & non*
lis & nūrabundus, (cuiusmodi sunt qui deum non metuūt) *timebis.*
sed

sed stabilis & firmus, in bonis tam spiritualibus quàm temporalibus: erisq; sine timore superuacaneo & angustiantem, quo semper vexantur impij nunquam securi: nimirum illum habent propitium tuique ac tuorum omnium custodis, quem nulla virtus inimica potest expugnare: qualem habes custodem & protectorem, meritò à superuacaneo metu de-

31 *Miseria quoque obliuisceris.* bet esse homo ociosus 31 Futurumque est, quum tu sic ex toto cordis affectu ad Deum te conuerteris, vt & ipse vicissim totus ad te conuertatur, faciatque te iterum tam copiosè bonis omnibus internis atque externis abundare, vt prorsus omnis sensus malorum istorum quibus nunc subiaces, à te aufugiat, & quasi obliuio recipiat illorum. 32 Et

32 *Et quasi aquarum que praterierunt non recordaberis,* quemadmodum in flumine aut torrente decurrentes aquae, postquam transferint, non vltra sunt in oculis spectantium, coram quibus trāsierunt, sed prorsus traduntur obliuioni, aliis continuo succedentibus: sic omnium pręteritarum miserrarum penitus à te transibit memoria, sic vt nec per recordationem te vltra affligant. 33 Et sicut interdum contingit postquam dies aliquis vsque ad vesperum nubilus fuerit & obscurus, vt deinde circiter vesperam, fugatis atris nubibus quę diem obscurabant, lux splendida subito redeat & pulchrè resplendens solis fulgor, vt solet in meridie, subito appareat, & quasi resurgat: sic tibi post istam tantam calamitatem & tristitiam, prosperitas & lætitia grata tandem redi-

33 *Et quasi meridius fulgor, consurget tibi ad vesperam.* bit. 34 Inò cum tu considerata naturali virtute, existimaueris te iam proximū consumptioni & morti: quum res humana via videbitur desperata, ille tibi aderit tempestiuè, restituetque te iterum in statum pristinum: vt sic bonis tam interioribus quàm exterioribus resplendeas, quemadmodū lucifer stella matutina pulchrè lucet & fulget in occasu suo. 35 Et qui nunc conscientia malorum pressus, desperationi proximus videris, tunc abiecto pondere peccatorum, spem habebis atque fiduciam in domino, proposita tibi ante oculos, spe firma & expectatione certa bonorum celestium, quę à propitio Deo mortalibus sperantur ventura in tempore suo. 36 Futurumque est tandem cum tempus aduenerit mortis, vt corpore in terram defosso, & honorifice tradito sepulturę, anima in pace in idipsum dormiat & secura quiescat, in certa expectatione æternę felicitatis, & futurę resuscitationis corporis: quod in terra defossum tantisper

34 *Et cū te consumptum putaueris orieris vt lucifer.*

35 *Et habebis fiduciam, proposita tibi spe.*

36 *Et defossus securus dormies.*

tisp
qua
sz e
luct
req
m
qua
uis
inte
pos
dere
dica
Deu
Vtin
præ
stra
te iu
perf
secu
spera
Deu
ad
in vi
impi
pecc
tum
pecc
nunc
terra
41 E
mer
effug
42
sum
sue a
tione
ma di
dere

tisper latebit, donec ille resuscitauerit. 37 Requiesces (in- 37 Requie-
 quam) tunc ab omnibus laboribus pristinis, quando abster- sces.
 se erunt lachrymæ ab oculis tuis, etiam nō erit vltra neque
 luctus, neque clamor, neque vllus dolor, quæ prima abierūt:
 requiesces secundum corpus in terra sepultus, secundū ani-
 mam in bonis dei in loco iustorum. 38 Et non erit quis- 38 Et non
 quam vel hominum vel angelorum malorum, vel alia quæ- erit qui ex-
 vis creatura, quæ te possit perterrefacere, aut quietem tuam terreat.
 interpellare siue inturbare. 39 Futurūmq; est, vt etiam 39 Et depre-
 post mortem tuam multi deprecentur, tuamque faciem vi- cabuntur si-
 dere optent, & tuam conditionem obtinere, vt te defuncto ciem tuam
 dicant homines: O quàm erat probus vir ille, quàm erga plurimi.
 Deum pius, quàm erga omnes homines iustus & beneficus,
 Vtinam adhuc liceat nobis eius frui præsentia. Quare tam
 præmaturè nobis subtractus est? Vtinam cum illo sit fors no-
 stra in parte bonorum: vtinam sit mortua anima nostra mor-
 te iusti huius, & similia. Deprecabuntur quoque te, qui su-
 persites his relictī sunt, vt sanctum & amicum Dei iam in
 securo positum, vt intercessorem & mediatorem apud deū:
 sperantes per tuam intercessionem facilius suas preces apud
 Deum exaudiendas. Sic tu quidem, & quicumque ex animo
 ad Deum conuertuntur (etiam licet antè peccauerint) tam
 in vita quàm post mortem, agetis prosperè. 40 At verò 40 Oculi autē
 impij & contemptores Dei, qui pœnitentiam nolunt agere tē impiorum
 peccatorum suorum: nulla in futuro bona recipient, quan- deficient.
 tumuis expectauerint, ita vt oculi eorum prius deficiāt ex-
 pectando & obseruando, quàm vlla eis bona veniant, id est,
 nunquam eis dabitur in æternum videre bona domini in
 terra viuentium, quæ iusti videbunt in tempore suo.
 41 Et cum sic bonis omnibus fuerint priuati, omnibus im- 41 Et effu-
 mersi malis, nō erit eis spes egestatem & mala illa vnquam gium perbit
 effugiendi, sed perpetua manebit illis omnibus hæc miseria. ab eis:
 42 Eruntque tunc omnia illa in quibus antè sperauerāt & 42 Et spes
 summam fœlicitatem sitam esse existimauerant, animæ eorū illorum abo-
 siue affectui exosa & abominabilia: ita vt ea cum abomina- minatio ani-
 matione summa execrentur & detestentur, neq; nisi cum sum- ma.
 ma displicentia eorum recordentur, per quæ in tanta inci-
 dere mala sua culpa meruerunt.

DVODECIMI CAPITIS ELVCIDATIO.

Cap. 12.
Respondens
autem Iob,
dixit:



HIS à tertio amicorū non sine stomacho nec sine factu (vt videtur) prolatis, sanctus Iob volens illius iactantiā quā in oratione ostēdit videbatur, comprimere, ac semetipsum à verborum vitio, & multiloquij vitio, de quo in orationis illius initio fuerat notatus, defendere, ita respondit:

2 Ergo vos estis soli homines.

2 Videmini mihi, o amici, nimium de vobis ipsis sentire & vestra nimium magnificere, ceteros autē despicerere & quę ab aliis dicuntur parui facere, perinde quasi vos soli homines sitis, ratione & sapientia pollescentes, & scientes omnia ceteri autē

3 & vobiscum morietur sapientia?

quasi irrationalia sint & muta animantia: 3 quasi in vobis solis inhabitet omnis sapientia, ita vt vobis morientibus simul vobiscum omnis ipsa ab hominibus sit emigratura. Videmini enim vobis id persuasisse, qui mihi paucula quędam ad meam defensionē & mei doloris consolationē proloquuto, tam imperiosē silentiū imponitis, ac multiloquij arguitis, & magnam cum autoritate quasi mira & singularia quędam allatum in mediū, meos sermones interrūpitis. Ne verò ista existimetis, o amici.

4 Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum.

4 Nam & mihi, quę tam seuera correptione vt loquacē arguitis, non nihil est cordis sicut est vobis, vtor & ego ratione, sicut vos: & sapientię prudentięquę: non nihil habeo, de qua vos gloriāmini: 5 neque in ea parte vobis vt inferior cedo, sciens quę à Deo donata sunt mihi. Vnde si vos ob sapientiā vestrā loquēdi vobis facitis potestatem, puto

6 Quis enim hæc que nostis ignorat?

& mihi non esse dandū vitio, si pro veritate loquar. 6 Neque est quod vos vobis blandiamini, de singularitate eorū quę à vobis proferuntur, quasi tanta sint illa, vt nemo possit loqui similia, vel etiā maiora, quum non sint illa nisi generalia sicut cōmunia, ac passim omnibus qui aliquid de Deo intelligunt cognita. 7 Ego verò tametsi à vobis, qui cōsolari me debetis iure amicitię, verbis asperis & amaris increpationibus nūc irrideat, nolo tamen desperare aut abicere animū: imò verò tantò magis ad Deum conuersus aut abicere animū illum inuocabo, quę scio esse fidelissimū & semper amicū me colentibus: 8 & ipse exaudiet orationē meam, atque pro vobis me consolabitur: & tantò quidē propensius, quanto magis humano omni auxilio & solatio me cernit destitutum.

7 Qui deridetur ab amico suo, sicut ego inuocabit Deum:

I. Cor. 10.

8 & exaudiet eum,

8 & ipse exaudiet orationē meam, atque pro vobis me consolabitur: & tantò quidē propensius, quanto magis humano omni auxilio & solatio me cernit destitutum.

Quod

Quòd autè nùc ego à vobis in afflictione positus irridear, nò arbitror hac in re mihi nouũ & insolitũ aliquid contingere. 9 Sic enim solent homines pij & iusti, ob suam simplicitatẽ, humilitatem, & innocentia, cõtemni, ab iis qui sibi videntur gloriosi & sapiẽtes, maximè cum in aduersa incidierint. 10 Nimirũ & si in semetipsis verè lampades quædam sint præciosæ, & lucernæ ardentes atq; lucentes (coram Deo quidem, in occulto seruore dilectionis ardẽtes coram proximis autem, verbo & exemplo lucentes) & si ipsi in se nihil habeant contemptibile, pleni diuino lumine, lucentes sicut luminaria cœli in medio nationis prauæ & peruersæ, nihilominus contempti sunt & despecti in cogitationibus superborũ & auarorum hominũ, qui non nisi huius mundi bona norunt magnificere aut venerari. 11 Veruntamen nò semper apparebunt contẽptibiles, sed vbi aduenerit magnus ille & horribilis dies, ab æterno secũdum diuinã præscientia constitutus, quando veniet dominus & illuminabit abscondita tenebrarũ, tunc nimirũ contemptus ille sinẽ accipiet, agnoscetũrque; preciũ & gloria simplicis innocẽtiæ: tunc apparebit, quid illi sint, & quãti etiã olim fuerint apud deũ, dum cõputati subitò videbũtur inter filios Dei, & inter sanctos habere perpetuã hæreditatis suæ portionã. 12 Et iusti quidẽ sic in simplicitate sua in hoc tẽpore contemnũtur: cũ interim homines superbi & avari, raptores & oppressores pauperũ, omnibus bonis abũdent, omniq; perfruũtur gloria mũdi. 13 Aduersum quos ratò exercebitur in statuto illo tẽpore grauius iudiciũ, quantò nũc licẽtius deũ ad iracundiã prouocãt, nimiũ impudẽter & infrunite quilibet audiẽtes mali: 14 quũ tamẽ à semetipsis habeãt nihil, sed à Deo procedũt omnia illa bona, quibus sic effertur & gloriãtur; quò permittẽte, ipsi ea sibi, siue per iustitiã siue per iniustitiã congregarunt; ac proinde, vel ex bono iũ istorũ abundantiã induci debebãt ad gratitudinẽ erga deũ, & à prauitate sua multiplici reuocari. 15 Cæterũ (vt ad rẽ veniamus) ea quæ paulò antè à vobis dicta sunt, de immẽsitate & incõprehensibilitate diuinæ potentia, non ita singularia rara & abstrusa esse, quãm vos ea iactare visi estis, quasi ego nò possim horũ proferre similia, ex eo faciliẽ demonstrauero, quod etiã ex irrationalibus & mutis creaturis ea facillimè liceat aduertere. Videlicet si ad irrationalia iumenta vertas mentis attentionem

9 deridetur enim iusti simplicitas.

10 Lampas cõtemptra, ad pud cogitatio nes diuinitum.

Ioan. 5.

Phil. 2.

11 Parata ad tẽpus statutum.

I. Cor. 4.

Sapien. 5.

12 abundant tabernacula pradonum.

13 & audacter prouocant Deum,

14 cum ipse dederit omnia in manus eorum.

15 Nimirum interroga iumenta & docebunt te;

- tionē, cōditiones & perfectiones eorū naturales cōtēplādo: facile ex illis ea poteritis intelligere, quæ vos proponitis de dei potentia & sapientia & infinita perfectione. 16 *Itidem ex naturalibus cōditionibus auicularū volitantium in aëre disci eadē possunt: quæ tanta pollentes fecunditate, ex Dei præcepto, singulis annis statuto tēpore generationi intendunt, observantque singulæ species suas leges, quas miro & inæstimabili modo illis insculpsit immensa diuinitatis peritio.* 17 Contemplare insuper terrā, si libet, quomodo ipsa diuino opere habitationē præbeat homini, quomodo diuino præcepto producit ligna pomifera, segetēsq; & gramina, in pastū hominis & cæterorū omniū in ea viuentium: neque desinit vnquam statutis temporibus præbere humano generi, quæ ad necessitatem sufficiunt, & quæ ad oblectamentum hominem reficiunt, & alia huiusmodi: intelliges proculdubio ex ea & iis quæ de ea procedunt, immensam diuinitatis potentiam. 18 Id ipsum testantur & pisces natitantes in vastitate maris latissimi, nōnulli secundū molem immēsi, secundū numerū pauciores, alij secundū molem mediocres, secundū numerū plurimi: quorum omniū tā est species multiplex, & numerus tā copiosus, vt neq; cōferri possit cum iis quæ in terra degunt animantibus. 19 Quis oro te vel modica naturalis luminis scintilla præditus, attentē ista cōsiderans, tā multa, tā magna, tā admiranda, nō facilē aduertat, solius dei omnipotētis virtute ea omnia esse perfecta: singulis in suæ naturæ participata perfectione, essentialē & originalem illius perfectionē attestantibus, & quasi voce quadā clamātibus: Ipse fecit nos, & nō ipsa nos? 20 In cuius quidē omnipotēti manu est vita omniū, quacunq; tandē vita, siue rationali, siue irrationali, viuētium: sic vt nulla creatura, nisi ab ipso vitam habeat, neq; possit nisi dum ipse velit in vita permanere. 21 Peculiariter verò est in manu ipsius rationalis anima vniuscuiusq; hominis, carnē inhabitās: quoniam omnis rationalis anima, ad imaginem & similitudinem eius peculiari artificio & beneficio creata, ab ipso per creationē infunditur corpori: in corpore quoq; inhabitans, donis & gratiis eius spiritualibus ornatur atq; perficitur: ac deinde, in mortis articulo, ad immortalitatem singulari priuilegio ab ipso suscipitur & seruetur, bonis perfruitura æternis, si in eius gratia è corpore discesserit. 22 Certē auditus ipse
- 16 & volatilia cœli, & indicabunt tibi.
- 17 Loquere terræ, & respōdebit tibi.
- 18 & narrabūt pisces maris.
- 19 Qui ignorat, quod omnia hæc manus domini fecerit. Psal. 94.
- 20 In cuius manu, anima omnis viuētis,
- 21 & spiritus vniuersæ carnis hominis. Gen. 1.
- 22 Nōne au-

de verbis & vocibus iudicat; exterior quidē, de externa so-
 norū specie, interior vero de interiori verborū sensu: & fau-
 ces itē māducantis saporē discernunt, bonos à malis, vnus-
 quisq; itē sensus, & vniuscuiusq; sensus organum, sua obiecta
 discernerit. Atque ita ratio ipsa & virtus hominis intellectu-
 intelligibile suū obiectum considerat, & in creatis omnibus
 creatoris Dei irreprehensibilem virtutē atq; perfectionem
 sagaci solertia, discernit. Vnde nec mirū mihi videtur, si ge-
 neralia ista & vos noueritis, quæ admodū prompta sunt &
 obuia, iis qui vel modica attentione dei opera perpendunt.
 Denique, etiā si ex sese rudior sit quispiā, quàm vt per se ista
 possit aduertere, faciliē ea poterit ex antiquis & seniorib⁹ sa-
 pientia pollentibus discere. 23 Solet enim senibus, illis ma-
 ximē, in quibus, vt caput foris canicie, ita mens interius ma-
 turitate ornatur, inesse sapientia, diuinarūmq; rerū notitia,
 cuius, ob emortuū cōcupiscentiæ iuuenilis ardorē, animo iā
 sedato, amplius quàm iuuenes inueniuntur capaces: 24 & 24
 in iis qui multos vitæ transegerunt annos, maior solet inue-
 niri rerū agendarū peritia, quā lōga experientia sibi cōpa-
 rarū: possuntq; ab his faciliē iuniores vtcunq; edoceri, ma-
 ximē in generalioribus illis, cuiusmodi per vos iam fuerunt
 proposita. Vnde mihi nouū aut magnū nihil facere videmi-
 ni, dū ista cōmunia & omnib⁹ trita pponitis, licet vos ea vt
 admirāda suspiciatis. Ego verò, vt meæ quoq; sapiētiae faciā
 periculū, cōprobemq;, non minora proferre me posse in e-
 narrandis dei laudibus, quàm sint à vobis prolata; hymnum
 ipsi volo laudis cōcinere, in quo nō generalia tantū illa cō-
 memorabo, sed peculiaria diuinæ potentiæ ac sapientiæ te-
 stimonia, & rara quædā ipsius iudicia, nō ita passim ab om-
 nibus animaduersa, particularius enumerabo. 25 Itaq;, (vt 25
 à generalibus hymni mei sumam exordiū) dico, apud ipsum sum est sa-
 summā esse perfectāmq; sapientiam, talem vtrique ac tātā, pientia,
 vt eius cōparatione omnis humana sapientia nō nisi scintil-
 lula quædam ad immensum ignem comparata videatur.
 26 Neq; verò solitaria apud illum est sapientia, sed coniun- & forti-
 cta est ei fortitudo, æquē perfecta & infinita, secundū quā tudo,
 potest omnia quæcunq; voluerit. 27 Neq; solam habet sa- 27 & ipse
 pientia, qua semetipsum cognoscat, quasi intra semetipsum habet confi-
 quiescens ignoret cætera: sed & prudentiam summā habet, lium.
 qua disponit & gubernat omnia, 28 item & intelligētiam 28 et intelli-
 K distin-

- gentiam.* distinctamq; cognitionē vniuersorū, quæ vel sunt vel aguntur in mundo: ita vt nihil vsquā agatur nisi eius cōsilio, nihil vsquā geratur quod nō ipse norit & intelligat. Tātus, inquit, est ipse in sapiētia, fortitudine, cōsilio, & omni perfectione sua, vt nemo mortalū ei resistere, aut prohibere eū valeat.
- 29 *Si destruxerit, nemo est qui adificet.* ab iis quæ ipse decreuerit. 29 Exempli gratia: Si destruxerit atq; subuertere, vel ciuitatē aliquam, vel regionē, vel aliud quodlibet ædificiū velit, & in desolationē ponere sempiternā, nemo erit qui cōtra ipsius voluntatē, vel audebit, vel poterit reedificare quod ille destruxerit: quemadmodū de ciuitatibus Sodomorū & Gomorrhæorū liquet, quæ quū ante destructionē in regione amœnissima sitæ essent, post subuersionē diuino iudicio factam, à nullo hominū reedificari potuerunt, vsq; in hodiernū diē. 30 Itē, si quēpiā quilibet magnæ virtutis, vel dæmonē, vel hominē, intra angustias carceris aut alterius cuiuslibet ergastuli voluerit includere, & quasi captiuū religare, nemo illū poterit, Deo nolente, inde liberare. Quemadmodū angelos peccātes de celo rudētibus inferni detractos, in tartara cōclusit, illisq; vinculis alligauit æternis, sine fine cruciādos: neq; poterit illorum vincula quisquā, vel dissoluere, vel cōfringere in sempiternū. 31 Insuper, si aquas velit continere, prohibēs pluuiā ne desuper cadat ad humectationē terræ sitientis, & fluuina intra suos alueos constringens, ne egrediētes aquæ rident superficiē aridæ, quemadmodū crebrius fecisse patet: tradit memoria, vniuersa terra siccabitur, neq; valebūt agrū aut prata præ humoris defectu fructū proferre mortalibus.
- 32 *et si emiserit eas, subuertent terram.* 32 Cōtra verò, si aquarū abundantia & inundationē diluuij terris immiserit, apertis cataractis cœli & fontib⁹ abyssi malignæ disruptis, terrā ab hominibus securè prius habitatā, nemine valente prohibere, obruent aquæ, & habitatores eius suffocatos interficient: id quod olim in famatissima illa clade generalis diluuij vniuersæ terræ euenit, atq; etiam alijs subinde in aliqua terræ parte contigit. In his autē omnibus, nemo est qui illū valeat à peragēdis iis quæ decreuerit, prohibere. 33 Proinde, iterum replicans liberè dico, apud solū illum, esse perfectā potentiam, & sapiētiā item perfectam: cuius vnus potentia omnē aliam potest cōtundere, si potentia omnem aliam potest infringere atque subuertere.
- Gene. 19. *Gene. 7.*
- 33 *Apud ipsum est fortitudo, & sapientia.* 33 *Ipsē no-*
- 34 *Quæ vt in eo clarius appareāt & apertius pateant, peccati*

liaria quædã eius opera miradãq; iudicia recẽsere, apertius-
 que ob oculos proponere, operæ peritium fuerit. Sanẽ ipsius *uit & deci-*
 scientiã latere potest nemo, quãlibet astutus fuerit vel frau- *pientem, &*
 dulẽcus. Videt enim & attẽdit ad deceptores & seductores *eum qui de-*
 hominũ, itẽ & eos qui decipiũtur atq; fraudẽ ab astutis pa- *cipitur.*
 tiuntur, considerat, vt pariter vtrosq; adducat in iudiciũ.

35 Ipse occulto suo iudicio hoc euenire permittit, vt viri *35 Adducit*
 prudẽtes & valẽtes cõsilio secundũ prudentiã huius seculi, *cõsiliarios in*
 quorũ cõsilia velut oracula quædã haberi solẽt apud homi- *stultũ sinem.*
 nes, tandẽ in finẽ stultũ deueniãt, & infœlicẽ ac miserãdum
 habeãt exitũ, vt cũ cõteris bene cõsulere visi fuerint, ipsi sibi

peffimẽ cõsuluisse probentur. 36 Eõsq; qui inter homines *36 et iudices*
 autoritate & potestate iudiciaria functi sunt, interdũ quasi *in stuporem.*
 stupidos & iudicio carentes efficit, eõ q; concessa sibi pote-
 state sint abusi, nõnũq; & in talẽ eos adducit statũ, vt & ipsi
 & cæteri vidẽtes siue audiẽtes obstupescãt, in cõmutatione

& euentũ tã horribili. 37 Neq; mirũ si in cõsiliariis & iudi- *37 Baltheum*
 cibus hæc faciat, cũ & ipsis regibus locũ summũ inter homi- *regũ dissol-*
 nes occupãtib; nõ minora sua ostẽtet iudicia: quos subin- *uit, & præ-*
 de honore priuat regio, & regio baltheo cæteriõsq; regali *cingit fune*
 bus insigniis exutos, captiuitatis vinculis innodari atq; con- *renes corũ.*
 stringi facit, vt tãq; plebei homines abducãtur captiui, vel etiã

cõuciãtur in carcerem. 38 Sic & sacerdotes atq; põtifices, *38 Ducit sa-*
 quorũ est in populo ex officij functione summus honor, om- *cerdotes in-*
 ni gloria spoliatos, contẽptibiliter abduci facit, vel in exiliũ, *glorios,*
 vel in captiuitatẽ, perĩde atq; vnũ aliquẽ ex ífima vulgi fece:

39 alios quoq; nobiles & honoratos viros, de statu suẽ cõdi- *39 & opti-*
 tionis, vnã cũ regib; & sacerdotibus deicit atq; præcipites *mates sup-*
 facit: ex nobilibus ignobiles, & honoratis despectos, ex di- *plantat.*
 uitibus pauperes, nullo negocio reddens. 40 Ipse quoq; *40 Commu-*
 occulto suo, & nihilomin; iusto iudicio, vel propter populi *tans labium*
 peccata, vel alia qualibet de causã, pmittit, vt ij q; ex officio *veracium.*


3 Reg. 22.
 de p̄fessione veritatẽ loq; debebãt, & à quibus veritatis cer- *2. Para. 18,*
 tũ videbatur requirẽda, mēdacia & errores pro verita- *1. Tim. 4.*
 te loquãtur: velut cũ mēdacia de corde suo, vel ex deceptio-

2. Ti 3. & 4.
 ne dæmonis, loquũtur falsi prophetæ, aut cũ ij q; in populo *41 & doctri-*
 docendi officiũ vidẽtur habere, ad gratiã hominũ, vt loquã- *nam senum*
 tur placẽtia, errores disseminant. 41 A presbyteris itidẽ & *aufferens.*
 senioribus, quibus ex autoritate & officio conueniebat eru- *Esa. 56:*
 dunt populum, doctrinã gratiã aufert: ita vt sint quasi canes

- 42 Effundit elingues ac muti non valentes latrare. 42 Ipse quoq; su-
despectionē per principes effundit despectionē, faciens vt despiciantur
sup principes, & contēnantur, ac prorsus nihili fiant ij qui antē videbātur
- 43 & eos q honoratissimi & nobilissimi: 43 cōtrā verò, eos qui aliorū
oppressi fue- potētia aut violentia fuerāt oppressi, ipse ab oppressione li-
rant releuat. berat, & captiuitatis pōndus releuat ab eis: ita potenter pro
44 Qui ve- suo arbitrio, excelsos humiliās, & humiles in sublime vehēs
uelat p̄fuda patenter nimirū hac in rā demonstrans, incomparabilis suz
de tenebris, potētiæ celsitudinē. 44 Ipse quoq; (vt & omniscius cō-
45 et p̄ducit probetur æquē ac omnipotēs) occulta & abstrusa de tene-
in lucem v̄m bris educit in lucē, quæ nemo hominū nouerat faciens om-
brā mortis. nibus manifesta: 45 & ea quę quasi sub v̄mbra mortis hor-
rida ac terribilia videbantur, sui luminis claritate illustrat
Esaia 9. rida ac terribilia videbantur, sui luminis claritate illustrat
Matth. 4. subinde & latificat: ita vt qui prius quasi sub mortis v̄mbra
Lucā 1. gemētes dolebant, nūc velut in lumine vitæ exultātes gau-
46 Qui mul deat. 46 Ipse pro suo libito populos nūc multiplicat, nu-
tiplicat gen- mero, & locis dilatat, bonisq; omnibus ditat, nūc ob eorum
res, & per- demerita, quos prius multiplicauerat, vel prorsus delet, vel
dit eas. imminuit numero, loco cōstringit, & pro abundantia indi-
47 & sub- gere facit: 47 ac rursus misericordiæ memor, vbi illi per
uersas in inte nitentiā egerint, quasi deletos iā & subuersos, in pristina di-
grū restituit. gnitatē & conditionē restituit. 48 Ipse corda eorū qui
48 Qui im- capita sunt & principes populi inhabitantis terrā, immutat:
mutat cor habēs ea sic in manu sua, vt quocūq; voluerit, secundū meri-
principū po- ta vel demerita populi, inflectat illa: siue vt in mansuetudine
puli terræ, pascant & defendāt subditos, siue vt in tyrannidē versi per
49 et decipit potentiam eos opprimāt: 49 nonnunquā illos permittent
eos, vt fru- à veritate & virtute seduci, vt credētes mēdacio & iniqui-
strā incedāt tatē diligentes, per errorū inuia & vitiorū abrupta gradian-
per inuium. tur, tã ipsi, quàm eorū subditi, quibus debuerāt boni itinē
50 Palpabūt viā p̄monstrare, idq; frustra, & sine omni suo vel suorum
quasi in tene incōmodo, imò in v̄rorūmq; grauissimū detrimentū certū
bris, & non simūmq; exitiū. 50 Quomodo ij qui in tenebris dēfisi-
in luce. mis ambulant, palpitando manibus & pedibus ob corpora-
Ioan. 12. lis luminis defectū, nesciunt quò vadant, & offendunt faci-
Matth. 15. limē: sic & ipsi in tenebris errorū atq; vitiorū lōgē amplius
2. Tit. 3. horrēdis, diuinæ gratiæ lumine destituti oberrabūt, nescien-
51 & errare tes quò vadant, verē & ipsi cæci & cæcorū duces, errātes &
eos faciet, in errorē mittētes: 51 & instar eorū qui ebrij sunt aut mē-
quasi ebrios. te capti, permittet illos oberrare in vanitate concupiscen-
tiarum

tiar
tis c
dici
con

A



mult
solita
ipse l
loqu
p̄re
decla
loc
diuin
dā oc
apud
nisi à
diuin
p̄fati
anim
Ergo
ad ve
pient
his ve
gares
tūne
ob eā
biscū
accep
dican
Hebra
bitran

riarum suarum, vt quocunq; hæ impulerint, eò per voluntatis consensum pergât: quemadmodum ebrij sine rationis iudicio, quocunq; eos pes aut fortuna tulerit, ire solent, nihil considerantes quem sint habituri viæ suæ exitum.

ANNOTATIONES IN CAPVT XII.



*E*rgo vos estis soli homines. Quoniã in oratione præcedenti sanctũ Iob reprehẽdes Sophar, de verbositate & multiloquio nota-uerat, & quasi magna quædã ac sublimiora dicturus silentiũ illi indixerat, defensurus se vir sanctus hac oratione, primũ de vitio multiloquij quod in ipso arguebatur, se excusat, idq; nõ sine solita acrimonia, ostẽdens illos nõ molestẽ ferre debere, si & ipse loquatur, nec illis solis ipso perpetuò silente dandũ esse loquẽdi locũ: cũ possit & ipse nõ minora proferre de Deo præconia, quàm illi protulisse se gloriabatur: id quod patẽter declarat in hymno illo diuinæ laudis, qui initiũ sumit ab eo loco. Apud ipsum est sapiẽtia. In hoc enim singularia quædã diuinæ potẽtiæ & sapiẽtiæ opera ac testimonia, & rara quædã occultissimãq; iudicia cõmemorat: quæ si quis attentius apud se expẽdat, profectò nõ vulgaria esse ea cõperiet, neq; nisi à paucissimis animaduersarij. à viris spiritualib⁹ & spiritu diuino illuminatis, qui in rebus humanis admirabilẽ dei dispensationẽ & occulta eius erga humanũ genus iudicia sciunt animaduertere. Cæterũ, pro eo quod nostra habet lectio: Ergo vos estis soli homines, sciẽdũ est, in Hebræo ita haberi ad verbũ: Nonne vos estis populus, & vobiscũ moritur sapientia? Quod nõnulli ita interpretatur: Certẽ vos ex dictis his vestris apertẽ ostẽditis, nõ aliud quàm populares aut vulgares vos esse, quoniã nõ nisi vulgaria & popularia adfertis: nec est hæc sapiẽtia, quam ostẽtare videmini tã eximia, vt ob eã sperare debeat immortalitatẽ nominis, sed vnã vobiscũ & ipsa interibit. Diuus autẽ Hieron. aliũ in his verbis accepit sensum, quẽ paraphrastica versione clari⁹ expressit, dicens: Ergo vos estis soli homines, & c. Quod enim dicitur Hebraicã, Vos estis populus, sic accepit, quasi diceretur: Arbitramini vos esse mũdũ vniuersum, aut vniuersum populũ

ANNOTATIONES

terræ, quasi vos soli homines sitis super terrâ, aut præter vos nemo ratione vtes & sapiëntia præditus inueniatur in orbe, quasi in vobis tota lateat sapiëntia cõglobata, vt vobis hinc decedētibus, sit ex humanis rebus emigratura omnis sapiëntia. *Parata ad tempus statutum.* Alij sic vertūt ex Hebræo: Sicut lampas cõtempta in cogitatione diuitis, qui etiã paratus est in offendiculū pedū. Quod ita intelligitur, virū iustū cõtēni à diuitibus, atq; eo ipso fieri illis in scandalū & occasionē ruinæ. Quæadmodū enim Christus dominus (Simeone attestante) positus fuit in signū cõtradictionis, & in ruinam multorū, & (iuxta Apostoli verbū) Iudæis incredulū factus est in scandalū; sic viri iusti scandalo sunt impiis, quā dū illos inhonorant & subsannāt propter iustitiã, Christū in eis irridēt, (Quod enim vni ex minimis istis fecistis, idē est mihi fecistis) sicq; offendūt & in damnationē corrumpunt. Alij sic vertūt: Paratus nutare, aut vacillare pedibus, intelligētes, iustū ideo à diuitibus cõtēni, q̃ videatur infirmus & nullius roboris, ac pximus casui, sicut is qui pedibus vacillat, cuiusmodi homines à robustis solēt negligi & cõtēni. *Abundantia tabernacula prædonū.* Alij legūt, prosperatur: alij, in pace degūt. Sensus est idē in omnibus. Pro eo autē quod iuxta Hebræicã veritatē habet nostra lectio, ab illo loco auctēter puocat deū, vsq;: Nimirū interrogat iumēta: aditio Græca longiãliã habet sentētiã, legēs in hūc modū. Verūtamen nemo cõdat, prauus existēs, innocētē se futurū, qui puocat dominū. Quomodo nō & scrutatio eorū erit? Sentētia, vt notatu digna, ita intellectu est facilis. *Interroga iumēta & docebit te.* Abusiue de creaturis irrationalibus quasi de rationalib; loquitur. Nō enim interrogam⁹ nisi rationales creaturas, nec nisi rationalibus loquimur: nec docere aut loqui possūt, quæ rationē nō habēt. Dicimur autē abusiue interrogare iumēta, quādo eorū naturales proprietates & cõditiones, gratia discēdit; ex eis quippiã, attētius cõsideramus: & ipsa nos dicuntur docere, quādo ex ipso rō cõsideratione inuenimus quod quærimus. Simili ratione dicimur terrã alloqui, velut docent cupientes ab ea, & ipsa nobis respõdere dicitur. Similis sentētia modus loquēdi est apud Sapientem, vbi piger ad formicam quasi magistrã in prouidētia erudiendus mittitur. Vade ad formicam, inquit, o piger, & discite sapientiam: quæ cū non habeat ducem, nec præceptorem, congregat in æstate quod

Lucæ. 2.

1. Cor. 1.

Mat. 25.

Prover. 6.

comedat

con
ipse
næ l
disci
dant
cui
prop
sinō
tūm
tens
som
uinō
sapi
nos
fort
fore
iudi
ne d
turã
in ea
ter e
lis &
ctam
filio
pitat
tia. C
rum
pau
aut p
hil, c
pro
cõfil
dum
tū, r
filiã
tion
ut ac
illa c
& Ie
la su

comedat in hyeme. *Apud ipsum est sapientia: & fortitudo? & ipse habet consiliū & intelligentiā.* Hic incipit hymnus diuinae laudis, super magnificis dei operibus & occultis eius iudiciis: poniturq; hæc sententia primo loco, quasi basis & fundamentū totius hymni. Nā quæ sequuntur per particularia discutendo, quasi per *ἐπαγωγὴν*, id est, inductionē, generalē illā propositionē declarāt. Aduerte autē quā pulchrē ista vir sanctus cōiunxerit: Sapiētiā coniūgit fortitudini: quia quātum deus sapiens, tātum & potēs est: ac rursus, quātum potens, tātum sapiēs: ne quis vel imbecillē & impotentē in deo sompnet sapientiā, vel insipientē & temerariā fingat fortitudinē, quorū utrūque inter homines frequens est. Alij enim sapiētia pollent, sed imbecilles sunt robore: vt mira quidem nosse valeāt, & grātia sapiēter concipere, sed nō respondet fortitudo, quæ possit cogitata in opus deducere. Alij verō fortes sunt robore, vt possint (quantū ad humanum attinet iudiciū) grandia: sed destituti sapiētia, nihil vtile aut homine dignū vnquā operātur. Et in hoc simpliciter omnē creaturā & humanā & angelicā, excedit diuina maiestas, quōd in ea æqua sit sapientiæ potentia, & quātum nouit sapienter cogitare, tantū valeat potenter operari: quod ab angelis & hominibus longē abest. Rursus, aduerte, consilio iunctam esse intelligentiam, vt dei consiliū ab hominū consilio separetur. Siquidem nostra consilia frequenter præcipitata sunt, & carent plerūque consideratione ac intelligentia. Quia enim (iuxta Ecclesiastē) non est nobis præteritorum memoria, & futura nullo scire possumus nuncio, fit vt pauca admodū rectē intelligamus, eorū de quibus cōsulim⁹ aut proponimus. Dei verō, qui omnia nouit & ignorat nihil, cōsiliū integrū & laudatissimum esse necesse est: quod proinde dissipari nequit, & in æternū permanet, cū hominū cōsilia crebrius dissipētur & redigātur in nihilū: quæ admodum & Psal. attestatur, dicēs: Dominus dissipat cōsilia gentiū, reprobat autē cogitationes populorū, & reprobatur cōsilia principū, consiliū autē domini in æternū manet cogitationes cordis eius in generatiōe & generationē. *Si cōtinuerit aquas, omnia siccabūtur.* Insignē exēplū habes de siccitate illa quæ fuit tempore Achab, quādo ad preces Helix (sicut & Iacobus Apostolus meminit) annos tres & sex mēses, nulla super terrā descendit pluuia. *Ipsē nouit decipientē & cum*

Eccle. 1.

Psal. 32.

3. Reg. 16. 17.

Iaco. 5.

ELVCIDATIO

qui decipitur. Ex Hebræo ad verbū sic legimus: Ipsi est, vel
 2. Reg. 16. 17. ipsius est, errās & errare faciēs, siue seducēs. Sēsūm eūdē ex-
 primit nōstra lectio. Adducit cōsiliarios in stultū finē. Exē-
 plū præclarū legimus de Achitophel, cuius cōsiliū (vt habet
 scriptura) quasi pro oraculo habebatur, quasi si quis cōsula-
 ret dominū. Et hic tāti consilij vir, pessimē sibi cōsultit, di-
 4. Reg. 25. nabiliq; exitu vitā finiuit, laqueo sibi ifcelicē extorquēs ani-
 2. Para. 33. mam. De regū autē deiectione exēpla habemus in scripturis
 nō pauca: præ ceteris autē, Sedechiā regē Iuda, cui rex Baby-
 lonis oculos effodit, vincitūque catenis duxit in Babylonē.
 Idē & de Manasse legitur, q̄ catenis atque cōpedibus vin-
 ctus, in Babylonē sit abductus. In cæteris quoque quæ sub-
 iungūtur diuinis iudiciis, nō est difficile, tam ex sacris quam
 ex prophanis historiis, exēpla adferre. Nos ea breuitati stu-
 dētes prætermittimus, *Eos qui oppressi fuerant releuat.* Alij
 huius loco ex Hebræo sic legūt: Fortitudinē robustorū de-
 bilitat: quod sensum apertū habet. Lectio vulgata consentit
 cum additione Græca, quæ sic habet: Humiles autē sanauit.

Roma. 1.

Decipit eos, vt frustra incedat per inuū. Sic dicitur decepi-
 re Deus homines, quomodo apud Paulū tradere eos dici-
 tur in reprobū sensum, aut in passiones ignominix: & quo-
 modo ī Exodo idurasse scribitur cor Pharaonis, quaten⁹, vi-
 delicet suo iusto iudicio ī mala eiusmodi labi illos p̄mittit.

Exod. 9.

Roma. 9.

DECIMITERTII CAP.

ELVCIDATIO.

Cap. 13.

*Ecce omnia
 hæc vidit o-
 culus meus,
 & audiuit
 auris mea,
 2. et intellexi
 singula.*

Hæc vniuersa hæc, quæ ad dei gloriā modò cō-
 memorauī, ī reb⁹ humanis admirabili dei pro-
 uidentia sic agi, partim visu, partim auditu, cō-
 pertū habeo. Nonnulla enim istorū ipse meīs
 oculis vidi, multa etiā auditu fide digna acce-
 2. pi: & neq; verò tātū corporis oculis ea cōspexi, aut exter-
 nis tātū aurib⁹ accepi, sed profunda mēte singula cōsiderā,
 mecū ipse diligēter expēdi, admirabilēq; in illis omnibus di-
 3. uinx p̄uidētix erga homines dispēsationē, multa cū venera-
 tionē, crebro rememorari nō cessō. 3. Vnde si vos de sapi-
 tiē persuasione vobis blādiamini, ego quoq; scīēs quæ à deo
 donata sunt mihi, hac in re vobis ausim cōparari: neq; hac in
 parte vobis inferiorē me reputo, vt mihi hac ratiōe nō mi-
 nor

nor esse debeat loquedi libertas quam vobis. 4 Ego vero
 tamen si habeam de quibus vobiscum latius possim differere, ma-
 gis tamen volo ad omnipotentem deum sermonem conuere-
 re, & cum illo instituta prosequi disputationem: si prius vos ar-
 guero & confutauero, ut concionatores falsitatis, & falsarum
 assertionum inuectores atque defensores: qui verbis artificio-
 se compositis, & elaboratis magno studio sermonibus hoc ef-
 ficere conamini, ut mihi falsitatem persuadearis, & mendacium
 iducatis in animum, videlicet propter peccatorum meorum demeri-
 ta hanc mihi plagam euenisse, & grauibus me peccatis esse ob-
 noxiu, quibus dei aduersum me iram tam grauitate prouocau-
 erim, quae ego in testimonio bonae conscientiae scio falsa esse &
 mera figmenta siue mendacia. 6 Propter quod huiusmodi
 verborum vestrorum iam me taedium capit atque fastidium, optareque
 ab huiusmodi vos silere, quae nec vobis ipsis, si anteaquam vitam
 meam consideretis, arbitror videri posse probabilia, nisi plane
 vobis aduersum me libeat malignari, & data opera afflictio
 suscitare caluniam. 7 Videremini enim vel hac ex parte sa-
 pietiores, si ab huiusmodi tam irrationabilibus abstineretis as-
 sertionibus, & tam iniquis superfederetis criminationibus, qui-
 bus nunc praeter omnem rationem miserum me oneratis. 8 Que-
 ro igitur, ut tam mei quam vestri gratia, attentius audiat sermo
 nes meos quibus vestra ista falsitatem corrigam atque confutabo; &
 sententiam animi mei quam per labia aperta proferam, aduertatis,
 ut ab ista falsa persuasione vos desistatis, & ego accusatione
 iniusta non ultra onerer. Equidem facile aduerto, quid vos in
 mei condemnatione tam confidentes atque propensos efficiat. Vi-
 delicet, quoniam pro deo loqui arbitramini, & dei causam vos
 agere existimatis, pro nihilo ducitis praeter rationem & contra
 veritatem me falsa onerare criminatione, ut illum ab iniustitia ap-
 parati defendatis. Sed vos quam id recte faciatis, ipsi videri-
 tis. 9 Non indiget deus, pro sui defensione, figmento villo me-
 dacij: nec ullis dolis opus habet, ut vindicetur ab iniustitia.
 Veritatem enim vult veritate defendi, cum non possit esse stabi-
 lis & valida illa veritatis defensio, quae vel innititur vel com-
 miscetur mendacio. Nobilis est veritas, falsitatis abnegat vel
 patrociniu vel obsequiu, sibi per se est abunde sufficiens, ad fin-
 gi non patitur aliunde mendaciu. Adeoque non potest veritatem
 adiuuare mendaciu, ut etiam suspectam illam reddat & de fide pe-
 riclitari faciat, si ad eius defensionem aut confirmationem ad-

4 Sed tamen
 ad omnipotentem
 se loquar, &
 disputare cum
 Deo cupio.

5 Prius vos
 ostendens fa-
 bricatores
 mendacij: &
 cultores per-
 uersorum dog-
 matum.

6 Atque v-
 tinam tace-
 retis.

7 ut putare-
 mini esse sa-
 pientes.

8 Audite er-
 go correctio-
 nes meas, &
 iudicium la-
 biorum meo-
 rum atten-
 dite.

9 Nunquid
 deus indiget
 vestro men-
 dacio, ut pro
 illo loquamur
 in dolos?

- hibeatur: quemadmodū productus in iudiciū testis mēdat, causam per se bonā, nō nunquā reddit suspectā. 10 Neque rursus vult deus, secundū acceptionem personæ aut faciei respectum etiā pro se agi vel dici, quasi pro ipso liceat proferre vel agere aliquid, quod non per se verū sit & iustum, quodque si pro alio diceretur vel ageretur tanquā iustum reprehenderetur: quod vos certē facitis, dum pro dei iustitia asserenda, mihi iniustitiam & culpam qua plagam istam promeruerim, cōtra rationem & veritatem imputatis: persuadentes vobis, bonam & vtilem esse hanc falsitatis assertionem, q̄ pro dei defensione faciat. 11 Neque opus habet deus, vt pro illo sic inordinato zelo agatis, quasi ille succubiturus sit in causā, si vestro non fulciatur mendacio.
- 10 *Nunquid faciem eius accipitis.*
- 11 *Et pro deo iudicare nitimini?*
- 12 *Aut placebit ei quē celari nihil potest, aut decipietur, vt homo vestris fraudulentiis?*
- 12 Neque rursus existimetis, ipsi cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, id gratum haberi, q̄ sic conficta falsitate ipsi patrocinari conamini quū sit, ipse summa & purissima veritas, ac proinde falsitatis omnis inimicus: neque putetis illi figmentis huiusmodi falsitatis dolo quodā & fraude confectis, posse decipi, sic vt ei placeāt, eo q̄ pro ipsis sint defensione inuēta: quemadmodū solent hominibus ea quæ ad ipsorū vcl commodū vel honorē facere vidētur facile persuaderi, vt placeāt, etiā si in se minus recta & iusta videantur.
- 13 *Ipsē vos arguet, quonia in abscondito faciem eius accipitis.*
- 13 Ne ita existimetis, o amici, huiusmodi mēdacio & figmento deū vobis demereri, aut aliquā apud eū hac via inire gratiā: magis autē iudiciū eius & irā prouocatis, q̄ non sincere & liberē secundū veritatē pro eo agitis, sed quasi absconditē & fraudulēter, secundū faciei respectū & personæ acceptionem: quā adeo ille odit, vt nec pro se eā velit admitti.
- 14 *Statim vt se commouerit: turbabit vos.*
- 14 A qua fictione & simulatione meritō vos deterrere debet terribile illi⁹ iudiciū, qui statim vbi se cōmouerit, subito cum apparatu multo procedēs ad iudiciū, impios omnes qui nō egerunt pēnitentiā vehementer cōturbabit, 15 & in furore illis apparēs terrorē maximū ingeret, ita vt quod si vertāt ignorent, terribilē irati iudicis vultū non volētes sustinere. 16 Ac tunc quidē impios omnes in perditionem missurus est, ita vt nec memoria eorū vlla in bonū sit permansura, vel apud ipsam, vel apud sanctos eius, posteaquam proiecti fuerint in infernū, in terrā obliuionis, extra sp̄c omnem misericordiæ & salutis, 17 & ceruices illorū quasi in lutum cōculcabuntur, eorū superbia omnis & audacia tunc profecto
- 15 *Et terror eius irruet super vos.*
- 16 *Memoria vestra cōparabitur cineri.*
- 17 *Et redi-*

prosterneretur & cōculcabitur, magna cum ignominia, prorsus *gentur in lū-*
 fulque redigetur in nihilū, sic vt ultra aduersus eū ceruices *tum ceruices*
 nō sint erecturi, humiliati vsque in profundū inferni, vnde *vestra.*
 nunquā caput valebunt attollere. Huius inquā, iudicij me-
 tus terrōre vobis deber incutere, ne fortē & ipse vos appre-
 hendat: vt falsitatē deserētes, & vanā istā personę acceptio-
 nem, quam pro deo assumitis, depōnētes, in veritate causam
 agatis, & rem ipsam vt se habet sine fictione diiudicetis, de-
 finatisque vel nunc tandē, aduersus innocētē huiusmodi
 struere calūniā. 18 Oro itaq; vos vt patienter me audire *18 Tacete*
 dignemini, finatisque liberē me loqui & ad plenum eloqui, *paulisper, vt*
 quęcūque mihi mēs suggererit. Vos tātisper, quāso, differte *loquar, quod*
 respōsiōnē, donec ego animi mei conceptū plenē expresse. *cunq̄ue mihi*
 ro, nec ita sermones meos ante perfectiōnē interrumpite. *mens sugges-*
 Nondū enim intelligere videmini, quid sibi mea velit ora- *seris.*
 tio, quō meā tendāt quæritōniā, & ista mea cū deo dispu-
 tatio ex quā prodeat radice: quæ si intelligeretis, cessaretis
 à calūniā: intelligetis autē, si ad finē vsq; verba mea patiēter
 audiretis, & æquo iudicio differeritis. Quid autē vobis, o
 amici, de hac mea afflictione, & disputatiōe ista qua cū deo
 cōtendo, videtur? 19 Quare putatis me tā esse vitę prodi- *19 Quare la*
 gū & tā nihilifacere vitā præsentē, ita vt etiā mortē optem *vero carnes*
 aduenire, carnes meas (vt prouerbiali sermone de vitę pro- *meas denti-*
 digis dici solet) paratus dilacerare dētibus. & animā meat *bus meis, &*
 quasi vile quippiā portās in manibus, quasi eam paruifaciā, *animam meā*
 paratus vel pro nihilo vel certē pro minimo illā perdere, *porto in ma-*
 atque ex vita ista migrare? Hanc, inquam, vitæ prodigalita- *nibus meis?*
 tem, quam verbis superioribus expressi, quorsum vos arbi-
 tramini pertinere: & ex qua putatis radice procedere? An
 desperationi & diffidentię erga deum eam putatis adscri-
 bendam, an ad blasphemiam in deum tendere existimatis? Ip-
 se quidem vestra orationes, apertē satis hęc esse vestra sen-
 tentiā attestātur. 20 Verūm longē secus res habet, longē *20 Etiā si oc-*
 profecto aberratis à scopo, qui ita creditis. Vsque ad eō enim *ciderit me, in*
 in fide & spe erga deum meum sum confirmatus, vt etiamsi *ipso sperabo.*
 me multō grauioribus affligere tormentis visum ei fuerit,
 ac denique mortem ipsam iam intenter, nunquā tamen de-
 sinam spem certissimā in eo gestare: neque vlla mihi potest
 plaga tam grauis ab eo inferri, quæ me in desperationē aut
 infidelitatem aut blasphemiam inducat, ne ipsa quidē mors,
 omnium

- 21 *Verūta-
mē vias me-
as in conspe-
ctu eius ar-
guam.* omnium alioqui terribiliū terribilissimum: 21 Neq; tamen
hāc confidentiā & spem ita accipiatis velim, quasi ego pro-
sus ab omni peccato liberū & immunē me esse credā. Tam-
etsi enim nullorū mihi sim cōsciū peccatorū, tam grauium
quibus secundū consuetum morē quē solet obseruare deus
in puniēdis peccatis hominū, tam graue plagā cōmeruerim,
nō ob hoc me omnino à peccatis immunem puto: imō vitia
meas & opera vitæ meę paratus sum coram deo arguere &
reprehēdere, meque ipsū vt peccatorē accusare, tam pro
præteritis quæ per fragilitatē aut ignorantia olim commisi,
quā pro præsentibus & quotidianis delictis, sine quibus hu-
mana vita nō trāsgitur, ac pro eis apud deū agere pœnitē-
tiā & veniā deprecari. 22 Et hoc mihi puto ad gratiā & salu-
tatē cōsequendā apud deū sufficere, etiā si non agnosca ne-
que cōfitear, propter peccatorū meorū demerita hanc mihi
plagam ab illo infligi, id quod vos elaborato sermone mihi
persuadere cōamini. 23 Neq; verō vsque ad eō mihi mo-
lestū esset etiā illud cōfiteri, quod vos mihi tā opere plu-
sum cupitis, si id sine falsitate & fictiōe mihi liceret. Sed quā
nouī omnē hypocrisim fictionē & simulationē deo nō esse
gratā, nullūque hypocritā habiturum stabilis māsionis locū
apud deū, nolo cōtrā quā sentio aliquid dicere, neq; amplius
aliquid supra id quod mihi cōscientia testatur cōfiteri. Vnde,
quod peccator sim, & in multis deum offenderim ingenue
cōfiteor: & pro illis, vt quotidie offendo, ita veniā quotidie
postulare apud deū non desino. Cæterū, quod hanc tam graue
plagā meis peccatis cōmeruerim, nequaquā hoc vt cōfi-
tear permittit cōscientia. 24 Proinde his omisiss (nequa-
quam enim quod vultis impetrabitis, neque persuadere po-
teritis) attentius quam hactenus ad verba mea aduertite: illi
sermōnes meos, vobis (vt video) obscuros & intellectu dif-
ficiles, auribus vestris attentius suscipite, vt quod tēdar, & quid
tandem sibi velit mea oratio, possitis cognoscere. 25 Ita-
que, quod iam sæpius dixi, idem etiā nunc ausim affirmare:
si causa mea ad iudicium deducatur, iustum & innocentem
(quantum quidem ad istam pœnam attinet) me iudicandū,
si liberentur peccata quæ in me sunt, & cōparentur cū pœ-
na ista quam sustineo, secundū legem & cōsuetudinem quā
solet deus in hac vita punire impiorum peccata, scio quod
pro me dabitur sentētia, nequaquā pœnā istam tam grauem
pro

22 *Et ipse e-
rit saluator
meus.*

23 *Non enim
veniet in cō-
spectu eius
omnis hy-
pocrita.*

24 *Audite
sermonē meū
et ænigmata
percipite au-
ribus vestris.*
25 *Si fuero
iudicatus, scio
quod iustus
inueniar.*

pro pe
dei oc
est me
bonæ
tientiē
aut e
infring
& app
mecū,
in silen
haben
defen
mea in
pœna:
29 N
tigatu
profe
descē
cum, c
tation
tatur
ne vi
stigiā
distri
tatis r
velles
me op
Sic &
rebit
scere
mni
serua
nibus
tis, au
pact
loqua
fuerit
span
Incip
tatur

pro peccatorū meorū grauitate mihi esse inflictam, sed alio
 dei occulto consilio atq; iudicio, quod ipse nouit. 26 Hæc
 est mea firma & rata assertio, quā paratus sum in testimonio
 bonæ conscientie defendere, aduersus quēlibet cōtra sen-
 tentē vel cōtrariū asserentem: 27 Quod si quis vestrū,
 aut etiā alius quisquā putet se assertionē meam illam posse
 infringere, aut cōtrariam sententiā cōprobare, veniat ille &
 & apponat se mihi, descēdat mecū in arenā, & pedē cōserat
 mecū, vt super hoc disceptemus pariter. 28 Vt quid enim
 in silentio inoriar, quasi reus, qui cū suppliciis afficitur, nō
 habens quod respondeat, obmutescit? Quare non meipsum
 defendam à suspitione huiusmodi? & quare nō loquar pro
 mea innocētia, ne quasi maleficus videar scelerum meorum
 pœnas luere, cū innocentem me testetur conscientia?

29 Nunc verò, ô deus, ad te sermonē libet cōuertere: & fa-
 tigatus vanis hominū sermonibus, tecū magis volo cceptam
 prosequi disputationem, si modò in duobus mihi velis con-
 descēdere. Velim enim super duabus rebus antē pacisci te-
 cum, quibus mihi cōdonatis, nō formidabo tecū inire dispu-
 tationē pro mea iustitia. 30 Primū enim de quo tecū dispu-
 taturus pacisci volo, hoc est, vt manū tuam contineas à me,
 ne videlicet me tecū loquentē vi tuæ potentie opprimas af-
 fligāsq; vehementius. 31 Deinde, vt non iuxta seueritatem
 districti iudicij tui mecum agas, neq; rigore illo tuæ seueri-
 tatis me terreas. Nam si quidē per vim tuæ potētie mecum
 velles agere, facili tibi esset tā multis & tam grauibus subitò
 me opprimere malis, vt neq; os ad loquēdū possem aperire.
 Sic & rigorē seueritatis tuæ velis ostentare, vsque ad eò ter-
 rebitur homo fragilis, vt neq; oculos leuare, neque vel hi-
 scere audeat. Non enim iustificabitur in conspectu tuo o-
 mnis viuens: & si iniquitates tu velis secundum rigorē ob-
 seruare, nemo poterit sustinere. 32 Duabus autē cōditio-
 nibus istis presappositis, & passionibus istis inter nos firma-
 tis, audebo cū reuerētia tecū ad disputationē procedere eo
 pacto, vt vel tu prior loquaris, & ego respondeā, vel vt ego
 loquar prior ac tu deinde respondeas. Mihi enim peiinde
 fuerit, siue tu loquendi inītiū feceris & ego partes agā re-
 spondentis, siue econtrariò, me interrogante tu respondeas.
 Incipiam tamen ego, te silente, disputationem: tu, si videbi-
 tur: responde mihi. 33 Quanta, quæso, sunt aut numero, aut

26 *Quis est qui*

27 *iudicetur mecum? veniat,*

28 *Quare tacens consumor?*

29 *duo tantū ne facias mihi: & tūc à facie tua nō abscedar.*

30 *Manū tuā longe fac à me,*

31 *& formido tua non me terreat.*

Psal. 142.

Psal. 129.

32 *Voca me & ego respōdebo tibi:*

aut certē loquar & tu respōde mihi

33 *Quantæ ponere*

- habeo iniquitates & peccata mea, quæ quomodo-
 tates & pec- cunq; aduersum te cõmisi: ostende mihi scelera atq; delicta
 cata, scelera mea, magna & parua, quibus vel per fragilitatẽ, vel per igno-
 mea & deli- rantiã, te offendi: multitudinẽ mihi eorum adnumera, & gra-
 Ela mea ostẽ uiratem pondera, & videamus, num tam multa sint & tam
 de mihi. grauia peccata, vt istam tam insolitam & inhumanam pla-
 gam, secundum iudicium tuum quo soles in hac vita vlcisci*
- 24 Cur fa- peccata hominum, illis commeruerim. 34 Quod cum mi-
 ciem tuam hi nequaquã persuadeo verum esse, dic oro te, & responde
 abscondis, explica mihi, quid causã sit, quorũ a me seruo tuo, quasi ab
 ignoto & alieno, vultum sic auersum tenes, vt etiã in tantis*
- 35 et arbitra afflictionibus posito non succurras per misericordiam?
 ris me inimi- 35 Imò, quod longè est durius: etiam hostem te aduersum
 cum tuum? me demonstrare videris, tam grauissimis plagis me affigen-
 do & immedicabilibus sauciando vulneribus. Videntur e-
 nim ista hominibus humanè iudicantibus, non aliud quã
 animi hostilis indicia. 36 Quod si fortè respondeas, ista*
- 36 Contra fo- te agere, vt ostentes vim potentia tuã: quid sum ego crea-
 liũ quod vẽ- tura vilis & nihili, vt illud tuã virtutis robur immensum in
 to rapitur o- me elegeris experiri? Sum enim ego quasi folium leue & a-
 stedis poten- ridum, quod subito a vento abripitur, & in terram proiici-
 tia tuam, & tur: & quasi stipula quãdam sicca, quã nullo negotio etiam
 stipulã siccã. ab imbecilli puerorũ manu confringitur, atq; vel solo ignis
 persqueris. odore leuissimòq; attactu incenditur. Ad hunc modũ cum
 sim ego nullius virtutis ad resistendũ, nullũsq; ad sustinen-
 dũ grauia roboris, neq; stabilis vllius essentia, adeo, vt vel
 solo flatu & nutu possis me ad plenum conterere atq; cõsu-
 mere: quid te delectare potest, aduersum creaturam tam fra-
 gilem, & planè nihili, atq; etiam vltro cedentem, tuã poten-
 tia ostentare terrorẽ? 37 Nimirũ decernis tu, & quasi sen-
 tentiam dictans conscribis, aduersum me, pœnas amarissi-
 mas, quas subire & sustinere me tam fragilem & infirmam
 creaturam iubes: 38 & cum nullius mihi tam grauis pec-
 cati sim conscius, quo tantarum amaritudinũ vltionem sim
 commeritus, non aliud videri potest humanè iudicando,
 quã quod in memoriã reducas delicta iuuentis meæ, &
 prateitorũ temporũ peccata omnia velis super me induce-
 re, vt pro his omnibus tã grauẽ videaris mihi iudicij tui im-
 ponere sarcinam. Satis enim grauis hæc videbitur percussio
 mea, ad externã ferè consumptionẽ pertingens (secundũ iu-
 dicium*

dicium quo soles in hoc mundo vlscisci peccata hominum) etiam si reuoces in me peccata omnia quæ ab ineunte ætate cõmiserim. Quod quidẽ si tibi ita facere libeat, vt secũdum seueritatis tuæ rigorem pro illis omnibus me adducas in iudicium, atq; etiam prorsus consumas, non tibi id fuerit difficile: neq; mirum videbitur, si possis. 39 Tu enim ab ineunte ætate, quasi in neruo alligasti & in arctissimo cippo constrinxisti pedes meos, & velut compede vinxisti eos: legem mandatorum scribens in mente mea quæ pedibus affectuũ meorum est velut compes, neruus, & cippus durus, ratione corruptæ naturæ, & prauis fomitis inhabitantis in carne, cui illa aduersatur, ab iis quæ secundum hanc corruptionẽ naturaliter homo desiderat prohibens, & ad ea à quibus abhorret impellens: quemadmodũ is cuius pedes cippo materiali tenentur constructi, libertatẽ perdidit, vt nõ possit ambulare quò velit, & dura pati vel agere cogitur quẽ nolit. 40 Nõ solum autẽ lege tam arcta me constrinxisti, verum etiã diligentissimẽ obseruasti omnes actiones meas, omnia mea studia, & omnem rationẽ modũque vitæ meæ diligentissimẽ à pueritia es perscrutatus, & vsq; adeo diligẽter, vt etiam vestigia gressuum meorum consyderaueris, minutissima etiam quæque exactissimẽ & obseruatissimẽ deprehendens, ita vt etiam intentionẽ omnem singularum actionum aduerteris. Quæ cum ita sint, quum tu legẽ tam arctam mihi cõstitueris, cuius perfecta obseruatio, est homini corrupto, in peccatis nato, & ab infantia semper ad omne malum prono, difficillima; ita vt aduersus eam nõ possit (quantũ ex se) nõ multipliciter offendere: & insuper tam rigidẽ & vigilanter per diem atq; per noctẽ mea omnia opera semper obseruaueris, vt omnino te nihil latere potuerit eorũ omnium quẽ ego à principio vsus rationis vel cogitauì, vel dixi, vel feci, profectò non tibi difficile fuerit, si secundum rigorẽ tuæ seueritatis pro præteritis peccatis me velis affligere, causas sufficientes inuenire, quibus id facias. 41 Sed quis sum ego, creatura vilis & misera, vt tanta mecum agas distridione & seueritate? qui non aliud sum quàm lignũ quoddam putridum, in se habens corruptionem, per quam paulatim cõsumitur, & quasi vestimentum quod à tinea corroditur, quod corruptionem iam illam in se habet, de qua nata est tinea, per quã & cõsumitur. Sic profectò & ego in memetipso habeo corru-

39 *Posuisti in neruo pedem meum:*

40 *Obsersasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.*

41 *Qui quare si putredo cõsumẽdus sũ, et quasi vestimentũ, quod comeditur à tinea.*

corru-

corruptionis originē: atq; etiamsi tu nō aduersum me agas
in terrore plagarū tuarū, sum tamē ex cōditiōe naturæ mor-
talis nimium brevis durationis, & iamiam morte absumen-
dus. Quorsum igitur opus est, vt aduersus tam fragilem, &
ex sese putridam creaturam, tuæ potentiaē pondus ostentet?

ANNOTATIONES IN
CAPVT XIII.



*Et cū dūm scientiam vestram, & ego noui nec infe-
rior vestri sum. Non est hoc arrogantia, sed
sanctæ cōfidentiaē verbū: cuiusmodi interdum
sancti homines proferūt, maximē cum ab ad-
uersariis & assertoribus falsitatis vigēt. No-*

2. Cor. 10. II. 12. *tissima est illa Apostoli apud Corīthios aduersum pseudo-
apostolos insignis & prolixa gloriatio, pluribus protensa ca-
pitibus: in qua omnia ferē quæ pro Christi nomine vel egit
vel fecit, particulatim enumerat, ad eō vt etiā raptus illos tu-
bilimes nō taceat, imō & in illis quæ nihil ad verā gloriā faci-
ciūt, vtpote in carnali origine, audet gloriari. Neq; enim pu-
tandū est, hoc pertinere ad humilitatē sanctorū, vt omnino
ab omni virtute & sapientia vacuos se sentiant & dicāt: Nō
enim latent sanctos dona, quæ à deo accipiunt, quæ admodū
idē Apostolus ait: Puto q̄ & ego spiritū dei habeā. Et iterū:
Nos autē nō spiritū huius mundi accepimus, sed spiritū qui
ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Quod
autem humilitas operatur in sanctis. i. vt quæcunque in se ag-
noscunt, non quasi à se vel ex se habeant attēdant, sed deo
omnia referant accepta, sicq; illi omnem tribuant gloriā:
quemadmodum idē sanctus Apostolus ait: Quid habes quod
nō accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi non acce-
peris? Et alibi: Plus omnibus laboravi. Non ego autem, sed
gratia dei mecum. Vnde patet, non esse humilitatis dei do-
na non agnoscere. (Quomodo enim possent esse Deo grati
viri sancti pro acceptis beneficiis, si ea in se nō agnoscerēt?)
sed ea sibi non attribuere, nec inde aliquo pacto nisi in deo
gloriarī, iuxta illud: Qui gloriatur, in domino gloriatur.*
1. Cor. 7.
1. Cor. 2.
1. Cor. 4.
1. Cor. 15.
1. Cor. 10.

*Prius vos ostendens fabricatores mendaciū, & cultores peruer-
sorum dogmatum. In originali lectiōe Hebræa, & item in
adiuone Græca, non tanta est verborum asperitas, neq; tam
amara*

amara inuectio, quàm noster interpres paraphrastica vsus li-
 bertate expresserit. Sic enim ex Hebræo ad verbū legendū:
 Sed vos estis cōpositores mēdacijs, siue cōcinnatores falsita-
 tis, medici vani, siue nescij omnes vos. Græca æditio sic ha-
 bet: Vos autē estis medici iniqui, mediciq; malorū omnes.
 Cuius verbi sensus idē est, cū eo quod in subsequēti respō-
 sione idē Iob dicturus est: Cōsolatores onerosi omnes vos
 estis: Videlicet quoniā cōsolari quidē veile amicū videban-
 tur, sed incōmodo ad eam rem vsi sunt medio, quia falsitati
 eorū innitebatur cōsolatio, quæ hominis simplicis & vera-
 cis animū nullo modo potuit reficere, sed magis afflictio-
 nem augere. Atq; hinc patet, ex hoc loco nihil cōficere illos
 qui viros istos, amicos sancti Iob, impiorū dogmatum asser-
 tores faciūt, quasi negantes vitā futurā, & retributionē nō
 aliā, quàm in præsentī tēpore cōstituētes, de quibus alibi la-
 tius diximus. Nec illud multum eos grauare debet, q̄ fabri-
 catores dicūtur mendacijs, quasi ex proposito falsitates con-
 finxerint, tanquā diligentes mendaciū. Mendaciū enim nō
 nunquā pro errore ponitur, quēadmodū & mētiri vulgato
 sermone illos nonnunquā dicimus, qui falsum ex errore lo-
 quūtur. Et quod Iob toties mēdaciū replicat: & dolū, acri-
 moniæ & vehemētiæ (quæ per omnē hanc disputationē in-
 uenitur cōmixta) est tribuendum. *Atque vniā taceretis, vt
 putaremini esse sapientes.* Videtur illud significare quod per
 Sapientē verbo generali expressius dicitur: Stultus si tacue-
 rit, sapiens reputabitur. *Nunquid deus indiget vestro menda-*
cio? &c. Quid sit pro deo loqui mendaciū & dolos, quid
 item faciē eius accipere, & pro deo iudicare vel litigare, iu-
 dicioque contendere, & alia quæ sequuntur, satis ex Eluci-
 datione attentus lector deprehendet. Cæterū, pro eo quod
 habet nostra lectio: Aut placebit ei quem celari nihil po-
 test? &c. ex Hebræo ad verbum ita legitur: Nūquid bonum,
 quom inuestigabitur, si sicut homini illuditis, illudatis ei?
 Sensus est: Nunquid vobis hoc vrile futurum putatis, &
 Deo gratum, quū ipse de vobis iudicauerit, quod sic ei ten-
 tetis illudere, quomodo illuditur homini, quasi existiman-
 tes Deo posse aliquid persuaderi quod nō sit verū? Quem
 sensum etiam nostra lectio continet. *Ipsē vos arguet, &c.*
 Non id particulariter aduersum amicos tam amarum verbū
 dirigit loquētis intentio, quasi illos certō condemnandos à

1. Cor. 4.

Deo, velit pronūciare, & ante tēpus illos iudicare, quod ve-
 rat Apostolus, sed generaliter iudiciū dei aduersum impios,
 eiuſq; terrōre, voluit describere. Quod autem sub secunda
 persona peculiariter illos videtur cōuenire, ideo facit, quia
 ex occasione falsitatis illorū, cuius iam iam meminerat, ad il-
 lam refellendā, huiusmodi sermonē adiungit: vt est frequēs
 in huiusmodi disputationibus, maximē vbi adest contentio.
 sus iste feruor, ex occasione particulari generalē facere ser-
 monem, & ex re modica magnā subinde cōcitare tragœdiā,
 & planē (vt in prouerbio est) ex culice elephantum. Nemo
 enim ignorat Rhetoricæ artis, secundū quam disputationes
 istæ sunt cōscriptæ, familiarē hunc esse ludū, & peculiare ar-
 tificium. Cæterū, pro eo quod nostra habet lectio: Statim vt
 se cōmouerit, turbabit vos, alij ex Hebræo legūt: An nō ex-
 cellentia vel maiestas eius turbabit vos? Cōsimilem locum,
 vbi amicos à sententiæ suæ falsæ assertionē, proposito diuini
 iudicij terrōre monet recedere, inuenies in fine capituli 19.
 cū ait: Recedite ergo à facie gladij, & c. de quo infra latius
 dictum suo loco comperies. *Tacetē paulisper, vt loquar, quod-
 cunque mihi mens suggererit.* In Hebræo sermo est trunca-
 tus, ad hunc modū: Tacete à me, vel propter me, vt loquat:
 & veniat mihi quilibet vel quicquid. Id noster interpre-
 ita intellexit: Loquar ego, loquar inquā, quicquid mihi ve-
 nerit, subaudiendo, in mētem. Atq; hunc sensum lucidē ex-
 pressit, dicēs: Loquar quodcunq; mihi mens suggererit. Po-
 test verò & alius ex Hebræa litera accipi sensus. Eueniat mi-
 hi, vel trāseat super me, quilibet. Quasi dicat: Sinite me elo-
 qui quæ volo. Meo enim periculo coquar: & paratus sum,
 quicquid mihi tādē inde euenerit, sustinere. Atq; in hoc sen-
 su videtur amicorū ab ipso refelli excusatio, qua dicere pos-
 sent. Nos ideo te ob verba quę loqueris arguimus, q̄ timea-
 mus tibi, ne sic liberē loquens amplius calligari merearis: ideoq;
 consultum tibi cupientes, ista dicimus. Hanc ergo ita
 diluit excusationem. Nolo, inquit, mea causā mendaciū aut
 falsitatē loquamini, aut veritatē impugnetis. Mea res agitur,
 meo periculo loquor, si malē loquor. Vos tantū attēdē aduer-
 tite, sufficiātq; vobis, quod ipse mihi caueam. Simili ferē sen-
 su in alia oratione loqui videtur, dicens: Nempe & si igno-
 rari, mecum erit ignorantia mea. *Quare lacerō carnes meat
 dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?* Quidi
 ad

Iob. 19.

ad literā intelligūt istā carniū lacerationē, quē admodū Philippus presbyter ait. Potuit fieri, vt extorquētibus ei nimis cruciatibus, manus siue labia sua dētibus laceraret. Animam autē à viro sancto portari dicit in manibus: quia ipso iā deficiēte tormētis, animā iam exeuntē velut efferendā portaret in manibus: quōmodo videlicet hominē iam morti proximū, dicimus efferri ad sepulchrū. Alij dicūt, carnes illū lacerasse dētibus, quia ieiunius semetipsum affligēdo carnem macerauerat, subtrahēdo corpori officiū dētium: in portatione autē animæ, diligentē ipsius custodiā intelligūt. Alij alia adserunt, partim literalia, partim mystica. Nobis magis aridet hac in parte Hebrēorū sententia, qui prouerbialē sermonē esse putant, quo dicebātur vulgo illi carnes suas lacerare, vel tollere, vel premere dētibus, qui corporis vitā non magnificerēt, quasi parati priores ipsi ad seipso dilacerandos, tanquā vitro se offerentes, ad mortē, ipsamque cū desiderio prestolātes. Idē videtur & alio verbo significari, quod sequitur: Animā meā porto in manib⁹ meis. Qui enim in manibus quippiā portat, facile illud perdit & quasi venale exponit aut etiā rapinā, si quis auferre velit. Quod autem seruatū cupimus, id non in manu gestamus, sed in arca recōdimus. Vnde qui animā suā dicit in manibus se portare, significat, vitā se nō magnificere, & mori paratū. Secundum eūdem sensum nōnulli etiā illud exponūt Psal. 118. Anima mea in manibus meis semper: eo q̄ vir sanctus pro deo vitā istam perdere semper paratus esset, & quando ille iuberet, libētē periculis suā animam obiectaret, libētēque etiā deponeret & redderet eam postulanti. De cuius versiculi pleniori multiplici sensu latius diximus, in Commentariis libri Psal. 118. *Etiā si occideret me, in ipso sperabo.* Pro eo quod nos legimus, in ipso, Hebraicus textus habet dictionem **לֹא**: quæ plerūque negatio est. Vnde nōnulli Hebræorum per negationem legunt: *Etiā si occiderit me, nō sperabo?* Quod tamen si legatur per interrogationem, vt expectetur responsio affirmatiua, eundem sensum habet cū nostra vulgata lectione in hunc modū: *Etiā si me deus occiderit, putatis quod non sperabo in eo? putatis quod spem meā proiciam? Vtique sperabo in deo, sicut & nunc spero.* Alij verō **לֹא** pro **לֵךְ** positum dicunt, quod valet, in eo. Sic enim monuquā apud Hebræos, p̄ isto illud ponitur, vau mutato in

Pfal. 5.

Iob. 15.

Pfal. 100.

in Aleph. Atq; huius sententiæ fuit Hieronymus, qui in *isrla* vertit, sine negatione. Græca etiã æditio negationē nō habet, & consentiunt pleriq; Hebræorum. *Non enim venies in conspectu eius omnis hypocrita.* Venire in cōspectu dei, est illi cū habere apud deū, vel corā eo placere. Sic in Psālmis dicitur: Nō habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt inimici ante oculos tuos. Simili ferē loquēdi modo Eliphaz in *isrla* cap. 15. ait: Nō transiit alienus per eos. i. nō habuerūt alieni locū apud eos, nō potuerūt apud eos inuenire gratiā aut fauorē. Nec multū dissimile est quod ait Dauid: Nō habitabo in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, nō direxit in cōspectu oculorū meorum. *Quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea & delicta.* Quidam curiose ista distinguunt, iniquitatē peculiariter ad deum, peccatum ad seipsum, scelus ad proximū, delictū in omisione intelligentes. Alij quoq; distinguūt aliter. Nobis huiusmodi coaceruatione non aliud quā exaggeratio quædam orationis videtur significari, quasi dicat: Necessē est admodum multa & magna peccata, iniquitates, scelera & delicta me habere, si ita res habeat, vt asserunt isti tres amici mei, quod pro meis peccatis tam grauius affligat. Huic ferē consonat quod ait Philippus: scelerū & delictorum nomine peccata grauius & leuia significari. *Scribis enim contra me amaritudines.* Videtur metaphora esse alludens ad ritum scribendi in tabulis sententiam. Solet enim tabellis inscribi sententiæ, atq; inde, vt erat dictata, pronūciari: quæadmodū in descriptione martyrij sancti Cypriani legimus, ipso cōstāter reculante diis sacrificare, maximū procōsulem decretū de tabella recitasse, in hunc modū. Tacitū Cyprianū gladio animaduertū placet. Quidā Hebræorū ad peccatū referunt, in hunc sensum: Scribis contra me, q̄ amaricauerim os tuū, peccando ab adolescentia. Prior sensus magis cōmodus videtur. Ceterū, illud quod sequitur: Et cōsumere me vis peccatis adolescentiæ, nō secundū assertionē nudā legendū est. Nō enim id sentiebat Iob, pro peccatis adolescentiæ se puniri: sed vt cum admiratione est legendū, vel sub cōditione, iuxta assertionē amicorum. Si enim verē illi dicerent, Iob peccata sua puniri, videretur consequens, vt præterita peccata adolescentiæ deus repeteret, cū tā grauius modò nequaquā in se cognosceret. Pro eo autē quod dixit noster interpres: Consumere

me
re
mih
Po
da
san
rore
inte
leue
dū e
tamō
& im
mali
intel
ctos.
se id
supra
poris
ter ta
pi, qu
Hom
cund
tredo
in se
teritu
ad co
ris ra
paulu

D



mater
& cō
cut lu

met

mere me vis, alij ex Hebræo vertunt, adiudicas mihi, alij, hereditare fecisti me. Aeditio Græca habet: Circumposuisti mihi peccata adolescentiæ. Idem ferè sensus est in omnibus.

Posuisti in neruo pedē meum. Nos illud satis clarè in Elucidatione exposuimus de mandatis dei, qui homini corrupto sunt cippus, & neruus, & cōpedes, qua ratione, etiā à Salvatore dicuntur iugū & onus: tamen ille respiciens ad naturę integre semina, & gratię supernæ auxilia, iugū suauē & onus leue dixerit, quomodo etiā nos nō negamus cippū cōmodū esse, & neruū suauē, leuēsq; cōpedes, dei mādāta. Vtique tamē sunt cippus, & neruus, & cōpedes, vincula, ligamenta & impedimenta, homini secundū naturā corruptā ad omne malū prono ab adolescentia. Alij vulgò per cippū nō aliud intelligūt, quàm miserā afflictionis in qua agebat vir sanctus. *Qui quasi putredo consumendus sum.* Potest intelligi de se id particulariter dixisse, cōsideratione plagæ suæ: quæ (vt suprā diximus) nō aliud fuit quàm scæda quædā totius corporis corruptio, quæ humana via erat incurabilis. Generaliter tamē etiā de tota humana specie pulchrè id potest accipi, quæadmodū & statim generalē subdit sententiā, dicens: Homo natus de muliere, &c. Verè enim quilibet homo, secundū statū naturæ huius corruptæ, nihil aliud est quàm putredo, & ligno assimilatur putrido, quod iam corruptionem in se habet, per quā breui perueniet in cōsumptionē & interitū. Simul enim vt vivere incipimus, incipimus & mori, ad corruptionē cōtinuò tendentes, per cōsumptionē humoris radicalis atq; vitalis, qui paulatim consumitur, ita vt post paululum in totum sit collapsurus, absque vllō remedio.

Mat. II.

DECIMIQUARTI CAP.

ELUCIDATIO.

Verè miserandū figmentū est homo, & creatura multis nominibus miseratione digna. Primū enim, si cōditionis eius originē spectes, nō de pretiosa qualibet materia formatur, sed in matris vulua, de paterni seminis efficientia, ex materia penè abominabili, quā subministrat mulier infirmus & cōreptibilis sexus, per generationē nascitur, vbi primū sicut lutū fingitur, & in modū casei coagulatur, deinde pelle

Cap. 14.

Homo natus de muliere,

Sup. 10.

ELUCIDATIO

*Sapient. 7.
2 breui, viues
tempore,*

*3 repletur
multis mi-
seriis.*

*4 Qui quasi
flos egredi-
tur & con-
teritur,
5 et fugit ve-
lut umbra,*

*6 & nunquã
in eodẽ statu
permanet.*

*7 Et dignum
ducis, super
huiusmodi
aperire ocu-
los tuos,*

& carne vestitur, ossibusq; & nervis cõpingitur, sicq; cor-
pore multo tẽpore aptato, tãdem vitã accipit rationalẽ. Hęc
est generalis origo hominis, neq; ex regibus quisquã aliud
habuit nascẽdi initium. 2 Deinde, si durationẽ vitę eius in
hoc mortali corpore attẽdas, breuis illa & modica est val-
de, añorũ videlicet 60, aut 70, aut in robustioribus octogit-
ta: quę duratio, si cũ duratione dei æterna cõferatur: meriti-
nõ nisi horaria, imò momẽtanea, dici debet, vmbra q; transi-
eunti iure potest cõparari. 3 Denique, hæc ipsa vita tã bre-
uis, tota ab initio ad finẽ vsque plena est doloribus atq; mi-
seriis. Nimirũ vagientes mundũ ipsum ingredimur, eundẽ
in angustia ineffabili paulò post egredimur. Primã ætatẽ in-
mẽtis similes, in miseria, cæcitate, & ignorãtia transigimus.
Vltima senectus, morbus ipse per se meritò appellatur. Inter
medix omnes, vel in furore cõcupiscentiarũ malariũ, vel
in laboribus & curis magnis trãsiguntur. In summa, omni vi-
ta plus mille morbis, corporis & animæ, est obnoxia: & in
omni ætate absq; cõparatione plus fellis quã mellis inue-
nitur. 4 Quemadmodũ tener flosculus de terra surgit, ad
tẽpus exiguũ duraturus: sic homo de occulto materni uter-
i prodit in mundũ, victurus aliquãtulum temporis, ac deinde
morte cõterendus, omni vigore & virore quẽ paulò ante ha-
bere videbatur absumpto: 5 & quomodo umbra nihil ha-
bet stabilis aut solidę subsistẽtiæ, sed fugit subito ad subtra-
ctionem, siue luminis, siue corporis obiecti: ita & homo
est ex sua essentia stabilis, nec esse habet solidũ, deo quẽ sub-
trahẽte manũ subito de vita ista aufugit, ita vt nihil eius vi-
trã appareat, perinde quasi nunquã fuerit: quẽadmodũ um-
bræ ipsius, post abscissum, prorsus apparet nihil. 6 Atque
etiam interim dum in hoc mũdo viuit, nihil in se solidũ aut
stabile habet homo, sed instabilitati, mutabilitati, & vanitati
multiplici est subiectus, tam ex parte corporis, quã ex parte
animæ: nunc æger, nunc sanus: nunc dormiens, nunc vigi-
lans: nunc calidus, nunc frigidus: nunc satur, nunc esuriens:
nunc gaudẽs, nunc dolens: nunc sperans, nunc diffidens: atq;
ita in ceteris mutationibus, quibus miser homo pro statu
tã huius, velit nolit, subiicitur. 7 Hęc quũ ita habere esse
dentissimũ sit, quid, quęso te bone deus, est homo, tam vili-
tam miser, & (si tecum cõferatur) tam nihili, vt oculos tuos
illos acutissimos sole lucidiores, ponere digneris super

ad obseruandum eum secundum rigorem seueritatis tuæ, in *Eccle. 23.*
 cunctis operibus suis: 8 & vt eum adducas ante districtū 8 & adduce
 tribunal tuū, vt secundum rigore seueritatis tuæ de eo facias *re eū tecum*
 iudicium? Magis verò ô Deus, dignum te videtur, vt cū tam *in iudiciū*
 miserando figmento tuo clementer & misericorditer agas,
 vt in multa nostra miseria infinita tua clarificetur misericor
 dia. Quantò enim ex se magis miser & nihili est homo, tātò
 tibi magis idoneū est vasculum, ad glorificandam in eo co
 piosam tuā misericordiam. Huc accedit, nostrāq; partē ad
 iuuare videtur, illa quæ generaliter inest omnibus, origina
 lis macula, & quæ hinc nascitur natua illa peruerfitas, qua
 infantia proni sumus ad malū omni tēpore: cuius quidē con
 sideratio, ad miserandū & parcendū nobis tuā pietatē meri
 to debet inflectere. 9 Nos enim sordidos & immundos *Gene. 6.*
 homines in originali peccato, ex massa peccatrice, de immū
 do semine (quod ex lumbis primi parētis nostri deriuatum *9 Quis po
 test facere*
mūdū, de im
mūdo conce
ptū semine?
 10 Nonne tu
 qui solus es.

est) conceptos, atq; hinc per omnem vitā ad omne semper
 malū pronos, quis poterit efficere mūdus? 10 Nemo fanē
 id potest, præter vnum te, qui solus es mundus & sanctus in
 temetipso, imò ipsa munditia & sanctitas, qui sanctificas &
 emundas omnia. Tu, inquam, nos perfectē emundare potes
 originalem maculam prorsus auferendo, & à prauo fomite
 (qui etiam post originale peccatū, in membris carnis relin
 quitur) ita nos tua gratia liberando, vt nihil ab eo dānatio
 nis veniat in seruos tuos. Quū itaq; sic in immunditia origi
 nali nascamur omnes, neq; seipsum quisquā mundare possit,
 sed tu solus id potes, congruū vtique videtur tuæ misericor
 dia, vt misericorditer & indulgēter cum miserando homi
 ne agas, & non secundum extremū illum seueritatis tuæ ri
 gorem. 11 Ecce tēpus humanæ vitæ modicū est valde, & 11 *Breues*
 pauci dies eius: est quæ numerus annorum, imò & mensium, *dies hominis*
 vnus cuiusque hominis, quibus super terram viuer, apud te *sunt, numerus*
 descriptus & definitus, tibi que soli præcognitus, qui nosti *mēsiū eius*
 singula, & singula item disponis. 12 Tu in præscientia & *apud te est.*
 & prouidentia, qua res humanas dispēsas vnicuique homini
 suæ vitæ terminos constituisi, quos præterire nō possit. Pri
 mum quidē, tuæ præscientiæ terminum, quem nemo homi
 num potest viuendo transcendere, quum non possit aliter
 res habere quam fuerit ab æterno in tua præscientia defini
 tum. Insuper, vnicuique homini etiā naturæ & complexio
 nis

nis naturalis terminū constituisi, ad quem vsq; possit viuēdo attingere, secūdam fortitudinē complexionis quæ est in corpore, si non accidens aliud aliunde mortē accelerauerit, non autē transcendere villo pacto secundum naturā terminū illum poterit.

- 13 *Recede er go paululum ab eo,* 13 Quum itaq; nō longa sit homini in vita ista habitatio, sed quantocius absque spe reditus ei sit hinc emigrandum, noli ō Deus tam grauitē & assiduē manū tuam mitterē in fragilem hominem, neque tam crudeliter affligere vt nūc mecū agis: sed retrahe ab eo paululum manū tuā, & age cum eo mitius, 14 vt vel paululum accipiat hīc refrigerij, & requiescat à doloribus nimis (etiā si nondum perfectæ quietis tempus aduenerit) 15 interim dum expectat quasi è vicino diem illum opatū futuræ remunerationis, quando plena requie potietur: sic (inquā) optatū homini in hac vita grauitē afflicto, quomodo seruo mercenario optatus est dies in quo laboris sui præmiū accepturus est, simul & à laboribus requiē. Est verò etiā ob hoc magis dignus miseratione vilis homo, quòd vbi semel è mūdo isto & vita emigrauerit, non iterū huc est ad vitā pristinam rediturus: qua in parte, etiā vegetabilibus quibusdam plātis homo videtur inferior. 16 De arboribus enim sper aliqua est reuiuiscēdi in statū pristinum, qualis non est in hominibus. 17 Si enim arboris ramos præcideris, ita vt secundū speciē nihil videatur relinqui, nisi trūcus mortuus, absq; omni foliorum virore, rursū tamen post paululum virore suū recipiet, acquirētq; & ramos & folia vt ante habuerat. Item lignū ipsum, quod ab arborē per abscissionē fuerat auulsum, atq; ita velut mortuum, si tamen in terra plantetur & rigetur, virescet ac reuiuifcet in nouam arborē, & ramos emittet, propter latentem in ipso virtutē seminalem. 18 Iterum, si arboris radicem in terra contigerit senescere, siue ad defectionem tendere (quod euenire solet ob defectum humoris) cœperitque in exterioribus partibus truncus velut arefieri, atq; in puluere resolui, ita vt iam puretur arbor illa breui profus interitura, poterit nihilominus adhuc illi vt reuiuifcat succurri. 19 Mox enim vt aquæ humorē attigerit, eiūsq; virtutē vel leuiter senserit, vigore virotēmq; suū lignū illud iamā alioqui moriturū resūmet, 20 & faciet 20 mittētq; sursum ramorū densitatē germinatiū, instar comæ, quasi mæ capillorū in vertice humani capitis surgentiū: quomodo

do facere solent arbores in primo suæ adolescentiæ flore, cum primum postquã primùm plantatæ sunt. Ita quidẽ irrationalis & insensibilis arbor, ad vitã & virore, duplici hac via potest reparari, etiã secundum numeralem identitatem. 21 Homini verò id nequaquã concessum est, vt semel morte deficiens, naturali virtute iterũ possit ad vitã pristinã, secundũ numerũ idem reuerti, qui cũ semel morte fuerit hinc ablatu, omnibũsq; huiusmodi bonis spoliatus, atq; ipsa etiam pelle & carne per vermiũ corrosionẽ aut putrefactionẽ nudatus, & quantum ad corporis omnes artus atq; cõpagines & interna omnia prorsus cõsumptus, nec ipse vltra nec ipsius ali- quid inter homines apparet, in hoc seculo. Non videtur de loco sepulchri repullulascere, non iterũ exurgere, nec totus ipse, nec aliquod ipsius membrũ, nec ipsius loco aliud eiusdẽ speciei individuũ, sed permanet in sua putredine ac sordib⁹ sub terra absconditus. 22 Quomodo si aquæ in totũ recedat de maris alueo, ipsũmq; nõ vltra redituræ penitus deserat, aut fluuij cuiuslibet alueus prorsus exhausta aqua in se aridus remaneat, qui paulũ antè aquarũ in se continebat abũdantiã: sic cũ ab homine semel vita decesserit, ipsũmq; corp⁹ anima qua ante informabatur fuerit priuatũ, prorsus absq; vita omni quasi saxũ insensibile remanebit: & quod paulõ antè vita ac vitalibus operationibus vndiq; plenũ apparebat, omni vitæ vigore exhausto, nunc iacet emortuũ, ita vt nec in vllõ vnquã mēbro vitæ valeat præstare iudiciũ: neq; id solũ ad rēpus medicũ, sed prorsus nõquã ex virtute natura ad vitã poterit redire, semel ablata anima, quæ omnis vitæ est fontalis origo. 23 Vsq; dũ veniet cõsummatio seculi, quãdo cœli atterẽtur siue peribũt, (id est, transibũt, immutabũtur & innouabũtur, ad statũ alterũ, quod erit in seculi cõsummatione) nõ expergiscetur homo à morte ad vitam, 24 nec de somno mortis in quo interim dormit in puluere, resurget ad vitã. Tũc verò sonitũ dãte tuba illa horribili, ex iussione & virtute dei, mortui omnes qui in monumentis sunt audjẽt vocẽ filij dei, & resumptis corporibus suis apparebũt iudicãdi, pro suis quisq; operibus quæ in vita ista gessit, siue bonis siue malis. O diẽ terribilẽ, ò diẽ metuendũ, Vtinã à terrore diei illius me quisquã securum reddat. Vtinã vel in inferni profundis alicubi me protegas & abscondas, à furore diei illius, quẽ credo tũc superuenturũ omnibus

plãtatus est.
21 Homo ve
rò cũ mor-
tus fuerit,
& nudatus,
& atque cõsum-
pt⁹, vbi quæ
sõ est?

22 Quomodo
si recedat a-
qua de mari
et fluiuius va-
cua factus a-
rescat? sic ho-
mo cũ dor-
mierit nõ re-
surret.

23 Donec at-
teratur cœlũ
nõ euigilabit.
24 nec con-
surret de som-
no suo.

1. Cor. 15
Ioan. 5

25 Quis mihi
hoc tribuat:
vi in inferno
pregas me et
abscondas me.

nibus

- nibs impiis, modò nò penitus in finem obliuiscaris mei.
- 26 *donec per* 26 sed tēpus aliquot mihi cōstituas in quo rursus mei re-
trāseat furor corderis, postquā furor ille trāserit, vt me deinde ad te affu-
tuus: & con mas. Tam enim erit dies illa formidabilis, vt possibile foret,
situas mihi nò solum in terræ cāuernis, verum etiā in obscuris inferni lo-
tēpus in quo cis delitescere & abscondi optarent homines, vsq; dum fu-
recorderis ror ille trāserit & iudiciū fuerit peractum. Quia enim pro
mei? statu vitæ eius nemo nouit, odio an amore sit dign^o, & qua-
Eccle. 9. lis tunc inueniendus sit ignorat: atq; etiam si bene sibi con-
1. Cor. 4. scius videatur, non tamē in hoc iustificatū se credit, meritò
 fanè à furore & ira dei illius etiā viri iusti, dum hic agunt,
 formidare debent: neq; mirū, si vel in abditis terrarū, aut in
 obscuris inferni locis, sub diuinæ protectionis custodia in
 gratia eius seruari interim optēt, donec ira illa trāserit, mo-
 dò tunc demū ipsoſū velit Deus recordari, vt eos secū affu-
 mat in claritatem gloriæ suæ. 27 Sed dicit aliquis: Putas
 27 *Putas ne* ne homo quū semel mortuus fuerit, iterum ad vitā reditu-
mortuus ho- rus est? Vtiq; sic futurū fide firmissima credo. 28 Propter
mo rursus quod ego, toto hoc tēpore vitæ huius, quo in mortali isto
ruer? corpore quasi militans in multis laboribus & assidua pugna
 28 *Cumētis* dego, in hac fide firmatus spe certissima, expecto diē illum
diebus quib^o beatae resurrectionis & remunerationis, in quo resuscitatus
nunc milito, immutabor ad gloriā: quando mortui omnes resurgent in
expecto do- corporibus suis, & immutabuntur iusti omnes ad glōriofam
nec veniat immortalitatem, quando depositis laboribus & pugnis hu-
immutatio ius militiæ requiē accipient glōriofam. 29 Veruntamen,
mea. non à memetipso neq; ab vlla creatura hanc mei corporis
1. Cor. 15. expecto futurā resurrectionem & immutationem. Nullius
 29 *Vocabis* siquidem creaturæ virtus tantæ rei sufficiet, sed tu solus es
me, qui id potes. Tu nimirū in illo die me, sicut & singulos, euo-
 cabis, quando voce illa terribili tubæ clangentis insonabis
 30 *et ego re-* per quatuor angulos terræ: 30 & nos qui in puluere quan-
spōdebo tibi. tumuis longum obdormiuerimus somnum, ilico vocē tuam
 exaudiemus, statimq; in ictu oculi omnes voci
 tuæ obediētes, prodibimus de monumētis, quasi voci tuæ
 31 *Operi ma-* respondentes: Assumus. 31 Non (inquā) nobis ipſis resurge-
num tuarū mus, sed tu omnipotentiae tuæ dexterā ad nos extends, per
porriges dex- quam nos de puluere suscitabis, & de morte sursum trahes
teram. ad vitam, eo q̄ opera manuum tuarum simus, in quibus pe-
 culiare tuū artificium & singulare beneficium demōstrabit
 dum

dum nos secundum animā ad imaginem tuam creasti, rationales, immortales, & beatitudinis tuę capaces: propter quod tibi cōplacuit, nō perpetuō nos in puluere quasi iumēta relinquare, sed in illo die tu nos etiā secundum corpus voles ad vitā resuscitare perpetua tecū immortalitate fruituros.

32 Neq; verō ab hac spe & expectatione me peccata deterrēt, dum ex aduerso misericordię tuę clementiam confidero. Tamen si enim certō sciam, omnem rationē vitę meę & omnem meā ab infantia conuersationem exactissimē tibi esse cognitā, ita vt ne gressus quidē vnus ex omnibus meis te lateat, nihilominus tua bonitate confido, quōd non mecum ages secundum rigōrē districti iudicij tui, sed clemētē & indulgenter ages mecum, propter misericordiam tuam.

33 Scio equidem omnia peccata mea parua & magna, firmissima memoria te retinere, ita vt nulla vnquam obliuione vllum eorum tibi possit excidere: quemadmodum pecunia quę in sacco numerata est: & bene oclusa atq; obli-

gnata, non faciliē potest excidere. 34 Proinde cōfidentia mea nō inde oritur, quōd sperem te oblitum esse peccatorum meorum pręteritorum, sed de testimonio bonę cōscientię, & fiducię pietatis tuę, qua spero iam olim dimissā mihi esse peccata adolescentię, de quibus apud te egi pęnitentiam: cū sciam te non esse minus bonum ad parcendum, quā simus nos mali ad peccandū, si modō agamus peccatorū nostrorum pęnitentiā.

35 Quid verō mirū, si homo fragilis corpus corruptibile circumferens cogatur post paululū morte deficere? Ecce montes cū videantur firmissimi in sua stabilitate, subinde tamen cadentes decidunt, vel subito ali-

quo casu, vtpote terremotu, vel paulatim successū tēporis: saxa quoq; durissima & maxima non habēt stabilem in loco suo.

36 saxa quoq; durissima & maxima non habēt stabilem in loco suo subsistentiam, sed de locis suis in quibus nascūtur, ad loca alia, vel per aquarū impetum, vel per hominum stūdiū, transferuntur. 37 Petras quoq; durissimas tēporis successu videmus ab infirmis pluuię guttis & stillicidiis excuari, & corruptionē quandam suę integritatis pati, à tā infirmis guttulis: 38 & terra quę ex se est grauis admodum & cōpacta, in visceribus suis, nihilominus impetu aquarum alluentium abripitur, & cōmiscetur mari vel flumini, aut in locum alium projicitur. 39 Si, inquā, ista quę tā firma videntur ac solida, tam compacta, tam dura, tam ex sua natura

ad resistentiam...

ad resistentiam...

ad resistentiam...

ad resistentiam.

32 Tu quidē gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

33 Signasti quasi in sacculo delicta mea.

34 sed curasti iniquitatē meam.

35 Mons cadens destruit.

36 saxa trāsferuntur de loco suo.

37 Lapidēs ex cauiat aquę, & alluione paulatim.

38 terra cōsumitur.

39 Et homines ergo similiter perdes.

ANNOTATIONES

ad resistendū nocumēto cuilibet disposita, perpetuò suā stabilitatē & essentiā tueri non possint, sed corruptionē & im-
mutationē suscipiūt, etiā ab infirmis & debilibus agētibus: ni-
hil mirū, si homines ex cōditioē corporis sui vitro fragilio-
res & luto molliores, te volēte (qui es incōparabilis poten-
tiā) corruptioni & morti subiaceāt, nec possint in hac cor-

40 *Robora-
sti eum pau-
lulum.* poris vita perpetuò subsistere. 40 Tu quidē in præsenti vi-
ta hominē modico tēpore robustū facis & bene valentem,
sicq; in suo robore florentē, vt videatur longo victurus tē-

41 *vt imper
petuū transi
ret.* pore, & tantū nō immortalitatē sibi persuadeat: 41 sed nō
est durable istud robur, quod statim corruptione mortis fi-
nitur, sic vt ab hac vita trāseat atq; emigret, nō rediturus ad

42 *Immuta
bis factē ei⁹.* eā in perpetuū. 42 Nimirū vbi modico tēpore sanus & ro-
bustus vixerit homo, tu subito immissa ei ingratitude ali-
qua, faciē eius immutabis pallore & macie, ablatō omni illo
flore & decore quē in robusta valetudine videbatur obtine-
re: immutabiturq; tādē color & decor hominis viuētis, in co-

43 *& emit-
tes enim.* lorē cinericiū & pallorē mortui cadaueris: 43 atq; ita eū
iubebis hinc emigrare, seculūq; vitæ huius relinquere, & se-
culū alterū (quod hinc egrediētes excipit hominū animos)

44 *Sine vo
biles fuerint
filij eius, siue
ignobiles, nō
intelliget.* ingredi. 44 Postea verò quā hinc abscesserit homo per
mortē, nihil vltà cum iis quos in hoc mundo relinquit su-
perstites, habebit cōmerciij, neq; quicquam vltà cognosceet
corū quæ hīc geruntur etiā à charissimis sibi & cōiunctissi-
mis, vtpote de filiis relictis, num probè se gerāt, an improbè
num laude digna agāt, vt sint parentū gloria: an digna cōsu-

45 *At tamē
caro eius, dū
vinct, dole-
bit,* sione, vt sint parentū ignominia. 45 Interim tamē, donec
viuit homo super terrā, corpus istud passibile multis affici-
tur doloribus, & multiplici afflictione cruciatur, mille sub-
ditū miseriis: 46 & anima corpori huic passibili cōiuncta,
ex ipso multiplicem tristitiam, ac ferè perpetuū luctum sibi

46 *et aīa il-
li⁹ sup semet
ipso lugebit.* acquirit, propter coniunctionem cum ipso inseparabilem.

ANNOTATIONES IN

CAPVT XIII.



*Vis potest facere mundū de immundo conceptum
semine? Nonne tu qui solus es? Ad verbum ex
Hebræo ita legēdum: Quis dabit mundum de
immundo? Ne vnus quidem. Nostra lectio
paraphrastica libertate expressit sententiam.*

Semen

Semē autē immundū intellige, nō quod ex natura sua ipsum sit immūdu, aut quasi ipsum in se habeat peccati immūditā (Semē enim non est capax peccati) sed quia de peccatrice massa primi parētis deriuatū est, & anima ipsa statim vt corpore cōiungitur quod ex semine illo concreterū est, inficitur ex eius cōiunctione, originali immūdicia. Antiqua verō ædicio hoc loco sententiā illā celebrē habet, quæ ad originalis peccati assertionē ab orthodoxis solet adduci in hūc modū: Quis enim mūdus erit à forde? Certē nemo, etiā si vnus diei sit vita illius super terram: Vel aliter, vt solet breuitatis gratia citari: Nemo mūdus à forde, nec infans cui⁹ est vnus diei vita super terrā. *Constituisti terminos eius, qui præteriri nō poterūt.* Distinguitur à Physicis duplex humanæ vitæ periodus, & duplex eius terminus: alter secundū naturalis cōplexiōnis virtutē, alter secundū diuinæ præsciētiae certitudinē. Ac de veroque termino vt cūque intelligi potest quod hīc dicitur, quemadmodū in Elucidatione paucis attingimus. Si quis plura super ea re desideret, videat quæ à nobis scripta sunt libro octauo de cōsideratione rerū naturalium, ca. 19. 20. & 21. vbi res istæ suo loco plenius ex ipsa radice tractātur, & verbū istud propositū de vtroque termino à proposito exponitur. Sciendū tamen est, quod in Hebræo nō hīc expresse sit mētio termini. Sic enim ad verbū legimus: Præceptum posuisti, & nō præteribit. Quod secundū nostræ lectionis sensum intelligitur: Posuisti præceptū homini de vitæ termino, quasi dicēs: Hucusque pertinges, & nō ultra progredieris: & præceptū illud præteriri nō poterit ab homine, sic vt terminū dei præcepto definitū possit trāsire. *Recede ergo paululum ab eo, vt quiescat.* Non quasi fastidiēs dei præsentiam, optat illum à se discedere, qui alibi orat: Libera me domine, & pone me iuxta te, sed tantūm doloris acerbiteriam hac oratione postulat mitigari, ne forte tentatus supra id quod possit succumbat aut deficiat. Sic & paulo ante dixerat: Manum tuam longe fac à me. Et iterum dimitte me vt *Iob. 17.* plangā paululū dolorē meum, antequā vadam & nō reuertar. *Iob. 23.* Sic & Psal. in eundem sensum orabat: Remitte mihi vt refrigerer, priusquam abeam & amplius non ero. Ac rursum: Amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuę ego defeci, in increpationibus. Notādum verō, pro orationis ipsius continuatione, hoc in loco duo secundū ordinem proponi,

poni, quorum vtrumque ad impetrandam misericordiam videtur efficac. Prius est, humanæ vitæ breuitas. Posterius, est negatio reditus post mortem. Nam si quidem admodum proluxa esset in mundo isto vita hominis, & per multa annorum millia foret extendenda, tolerabile forsitan videretur, vnum aut alterum annum affligi grauib. malis, ac postea consolari. Rursum, si ad hanc vitam esset reditus, frequenterque nobis esset vita repetenda, tolerabilius videretur, si nunc quidem in corpore viuens malis affligeretur homo, qui post paululum rediturus esset consolatione reficiendus. Nunc verò, & breuis est vitæ huius duratio, & nulla spes reditus. Vnde ex his rationabiliter postulare videtur homo, vt saltem modico hoc tēpore non ita durè tractetur. Quæ admodum videlicet eos quos scimus apud nos non diu moram habituros, neque vbi semel abscesserint vnquam redituros, solemus tractare ciuilius, & mitius benigniusque cum eis agere, quàm cū iis qui nobiscū diu permansuri sunt, aut crebro ad nos redeunt. Harū autē rationum vtraq; vbi incipiat, & vbi desinat, ex ipsa elucidatione facilè potes aduertere. *Ad odorē aquæ.* Aquæ odor intelligi potest, vel ipsius virtus, vel leuissimus attractus. Prouerbiali nanque sermone & vulgata loquentiam cōsuetudine, vbi cuiuslibet rei virtute vel tenuiter attingimur, aut leuiter & quasi à longè eā persentimus, odorare illam dicimur. Veluti cūm dicimus, butyrum ad odorem ignis mox liquefcere. Sic apud Prophetam dicitur: Odor ignis non erit in te. i. ne leuiter quidem te attinget ignis. Et iterum de tribus illis pueris in eundem sensum legimus, quòd odor ignis nō transiuit per eos.

Sic homo cūm dormierit, non resurget. Non intendit Iob hoc verbo negare penitus mortuorum resurrectionē, quā paulopost ingenuè confitetur: sed intelligendum est, non vltra rediturum hominem post mortem ad vitam istam, vt iterū viuat in mundo, vel non resurrectorum propria aut naturali virtute, à semetipso: vel non resurrectorum ante diem generalis resurrectionis omniū. Vnde statim subiungit: Donec atteratur cœlum, non euigilabit. Attritionem autē cœli intellige, secundum quod ait dominus: Cœlum & terra transibunt. Et illud Petri: Adueniet autē dies domini vt fur: in quo cœli magno impetu trāseunt: Ac rursum, iuxta illud Psalmistæ: Ipsi cœli peribūt, tu autem permanebis, & omnes

ficut

Dan. 5.

Mat. 24.

2. Pet. 3.

Psal. 101.

sicut vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Non aduersatur autem huic loco, quod quidam per Christum aut alios viros sanctos legatur à mortuis suscitati. Loquitur enim sermo de hominibus in specie, & secundum naturalem virtutem. Quidam verò per illud, donec atteratur cælum, putant æternitatem significari, in hunc sensum: Homo non resurget naturali virtute imperpetuum, quemadmodum nunquam in æternum cælum consumetur. Sed prior intellectus videtur verisimilior. *Putasne mortuus homo rursus viuet?* Assumit obiicientis personam, & quæstionem sibi ipsi proponit, vt suam de resurrectione fidem in solutione apertius possit manifestare. Sic & Paulus I. Cor. 15. apud Corinthios aduersum hæreticos de resurrectione disputans facit, cum ait: Sed dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore venient? *Operi manuum tuarum porriges dexteram.* Alij ex Hebræo vertunt: Operi manuum tuarum porrigere desiderium. Quod intelligi potest de desiderio immortalitatis & æternæ beatitudinis. Inest siquidem homini naturaliter desiderium immortalitatis & felicitatis, quod in generali resurrectione perfectè adimplebitur. Alij vertunt: Operi manuum tuarum bene affectus eris, siue dabis affectum bonum: vt indicetur radix nostræ resurrectionis, quæ est ex bono affectu dei quo erga nos afficitur, propter quem nos tam magnificè resuscitabit & glorificabit. Nisi enim miro affectu & admodum peculiari nos diligeret, non sic de nobis ante multa secula putrefactis in stercore, rursus ad vitam resuscitandis cogitaret. *Æditio Græca habet: Opera manuum tuarum non repellas. Sed cui rasti iniquitatem meam.* Alij vertunt: Sed adiecisti iniquitati meæ, quod in nostrum sensum potest exponi, subaudiendo medicinam, hoc modo: Adiecisti iniquitati meæ medicinam, vel adhibuisti curam aut misericordiam peccato. Quæ autem sequuntur ab illo loco: Mons cadens, & cæt. vsque ad finem capituli, scio à diuersis variè legi & exponi, tam Hebræis quàm Latinis: Quorum omnium sententias sigillatim exponere, & nobis longum & lectoribus molestum foret. Quod nobis post singulorum examinationem visum est simplicius, & literæ magis congruum, clarè satis elucidando expressimus.

DECIMI QVINTI CAPITIS ELVCIDATIO.

Cap. 15.

*Respōdēs au-
tem Eliphaz
Themanites
dixit:*



Osteaquàm tres amici, suo quisq; ordine, ad-
uersus Iob suã proposuissent disputatiōe ip-
se verò Iob singulis accuratè respōdisset, rur-
sum Eliphaz Themanites (qui primus inter il-
los dixerat, & cōtra dicēdi fecerat initiū) no-
uam exorsus est disputatiōe priori lōgè acriorē, loquēs in

*2 Nūquid sa-
piens respon-
debit quasi
in ventum
loquens,
3 et implebit
ardore stoma-
chum suum?*

hunc modū: 2 Nunquid sapientē decet, ad hūc modū va-
go sermone cū indignatione respondere bene monentibus,
eaque friuola prorsus & inania, leuīq; & instabili vĕto, qui
huc illucq; incerto impetu vagatur, similia? 3 Aut nunquid
sapientis est officiū, ardore iracūdiæ animū implere, atq; ita
ex iracūdiæ affectiōe respōdere bene monentibus? quæd-
modū tu nūc facis, qui nos te monētes tanto fastu & impe-
tu contēnere, atque etiā apertè cōfutare & irridere vide-
ris tuis amaris sermonibus: cū magis te decuisset in mansue-
tudine & lenitate excipere monitiones nostras, eīsq; humi-
liter & benignè acquiescere, aut certè cum mansuetudine

*4 Arguis
verbis eum
qui nō est æ-
qualis tibi,*

absque ira & fastu huiusmodi respondere. 4 Nam (vt tibi
verborum tuorum absurditatē declarem) primū quidē
non mediocrem deo facis iniuriam, qui cum sit te infinito
maior & dignior, imò vniuersæ creaturæ incomparabilis, tu
tamen incredibili præsumptione ausus es verbis tuis illū re-
prehēdere, quasi te iniustè puniat, & crudelius quàm decet

*5 et loqueris
quod tibi nō
expedit.*

tecum agat: 5 & nimiam in loquendo licentiam tibi per-
mittis, ea effutiens quæ non cōuenit neque expedit mor-
tali creaturæ coram immortali creatore loqui. Cuiusmodi
multa sunt in prioribus responsionibus ab initio disputatio-
nis, atque etiam in proxima responsione, à te prolata.

*6 Quantum
in te est, ena-
cuasti timo-
rem,*

6 Tu sanè, quantum in te est, prorsus videris exclusisse &
abiecisse à te timorem dei, dum tanta vteris in loquendo li-
centia, vt etiā cum deo disputare velis, eumq; ausis in iudi-
cium vocare, & præ eo te iustificare nō metuas: quæ omnia
non vidētur esse, nisi hominis prorsus intimorati, & qui se-
mel abiecto timore dei liberè audet effutire quicquid in buc-
cam venerit: neque huiusmodi tā blasphema verba vnquā
proloquereris, si vel micam diuini timoris in te contineres.

7 & tulisti

7 Insuper & locum orationis, quæ sola in tanta miseria tibi
posset

posset succurrere, videris tibi per huiusmodi tuos blasphemos & ineptissimos sermones abstulisse. Quis enim tibi religus potest esse locus orandi deum, aut quæ fiducia accedendi ad eum vel impetrandi quippiam ab eo, per orationem, posteaquam illud ut iniquum, iniustum & immisericordem in tuo animo fingis, atque etiam verbis accusas? 8 Et esset forsitan aliqua ex parte tolerandum, si ista tantum per inadvertentiam aut ignorantiam, aut per doloris vehementiam tantum ex surreptione diceres. Nunc verò ex ipsa verborum huiusmodi frequenter replicatione, à quibus neque admonitus vlla ratione vis desistere, satis liquet, quod latens in corde tuo iniquitas siue impia de Deo sententia, os tuum huiusmodi verba blasphemie doceat eloqui. Ex abundantia enim cordis os loquitur: & sicut bonus homo de bono thesauro profert bona, sic malus homo de malo thesauro profert mala. 9 Et omnino sic tu loqui non bis videris, quomodo solent loqui iij qui deum ex animo & ex proposito malo blasphemant, ita ut non aliud quam blasphemum ex tuis istis verbis te possimus advertere. 10 Unde non mihi multum operæ infumendum est ad te condemnandum siue redarguendum, posteaquam ipsum os tuum satis apertum videatur contra se dedisse testimonium, & labia tua ipsa se confutasse & revicisse videtur, propter sermones istos tam aperte blasphemos: quos tam confidenter pronuncias, & iterum iterumque replicas, nec monitus vis acquiescere ut sileas. 11 Mirum verò, vndena ista tibi tanta confidentia? An forte tu omnium hominum es tempore vel dignitate primus, ante alios omnes natus siue creatus, & ante mundi initium, ante omnem creaturam à Deo formatus? Profecto enim, etiam si is esses, satis magna & intolerabilis videretur tua ista presumptio. 12 Aut nunquid tu aliquando fuisti deo ipsi à secretis & consiliis, aut deo te esse putas sapientiorē, ut te ac tuam sapientiam credas illius sapientia superiorē, sic ut eam possis comprehendere, atque etiam redarguere? Quid enim aliud significat tua ista nimia libertas atque fiducia, qua presumis dei secreta rimari, eiusque occulta circa te iudicia non solum peruestigare, verum etiam arguere? 13 Quoniam verò sicut contra deum, sic etiam adversum nos in superbia visus es loqui, dic obsecro, quæ ista sint tam secreta & ardua, propter quorum scientiam sic tu elevaris, ut nostra omnia præ tuis quasi nihilifacias. Profer, si poteris, vel vnum aliquid quod tu scias, nos autem ignoremus: precor coram Deo.

8 Docuit enim iniquitas tua os tuum,

Matth. 12.

9 et imitabis linguam blasphemantium.

10 Condemnat te os tuum, & non ego: et labia tua revidebunt tibi

11 Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus?

12 Nunquid consilium dei audisti, et interior te erit eius sapientia?

13 Quid nosti quod ignoremus? Quid inrelligis quod nesciamus?

M quod

- quod tu intelligas, nos autē nō intelligamus. Nos certē tibi in sapiētia aut intelligētia, siue diuinarū siue humanarū rerū, nō cedimus: neq; ex eorū quæ hactenus per te prolata sunt præcellentia, te superiorē agnoscimus. 14 Si apud vos sint antiqui tempore, à quibus forsitan te accepisse gloriaris sapientia, scito etiā apud nos esse viros antiquos & senes, annis graues & sapiētia canos, quos ego credo vestris presbyteris & senioribus, neq; annorū numero, neq; iudicij grauitate, neq; morū maturitate, neq; sapiētiae raritate, neq; experientiae certitudine, neq; omnino aliquo eorū quæ leniem decent cōsummationē, vlla ex parte inferiores, imò dicere ausim in nōnullis etiā superiores. Ex quibus proinde & nos discere potuimus sapientia atq; prudētia, quomodo tu à patribus tuis illa didiscisti: neq; est tibi, hac sanē ex parte, quare te nobis anteponas. 15 Sed omitto nostras iniurias profectū qui longius. Ad Deū redeo, quē tam improbē verbis tuis laesitū magis dolemus. Quid est quod te mouet vt italicēter aduersus deū loquaris? An fortē quia desperatā rem esse puras, nec existimas te posse vnquā redire ad statū prosperū, vt ob hoc loquaris sine metu quicquid in buccā venerit? Ne verō ita existimes, o amice. Profectō enim nō magnum neq; difficile fuerit deo, etiam in tantis malis posito tibi sua cōsolatione succurrere, ac pro suo beneplacito tam in temporalibus quàm in spiritualibus te pristinae cōditioni, vel ex integro, vel secundū partē aliquā, restituere. 16 Sed tu ipse tibi impedimentū præstas, ne à deo cōsoleris: obicem ponis diuinæ pietati, ne tui possit misereri: per hoc quod tā procacibus verbis, tā petulāter illi insultas, quē debueras ex profundissima cordis humilitate supplicibus vocibus ad miserandū inuocare, quēadmodū iam antē, tum à me, tum ab illis amicis tuis ac meis fuisti cōmonitus: quorū omnū tu spernis monita, & in tuis pertinaciter blasphemias persistis, quæ non ad aliud valent, quàm vt deum tibi magis iratū reddat. 17 Qua in re demiror, & mirari satis nō possum, tā insignē istum tumorem & fastum superbi cordis tui, qui tantus est, vt intus se cohibere nō possit, quin etiam foris se prodar in oculis, qui in facie tua elati & velut artoniti apparent, ad eū modū quo videri solet in iis qui magna habēt in animo, cuius suæ paruitatis obliui, ad altiora se superextendunt animum. 18 Neq; possum apud me perpendere, quidnam sit quod ita
- 14 *Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetustiores, quam patres tui.*
- 15 *Nunquid grāde est vt consoletur te deus?*
- 16 *Sed verba tua procaciter hoc prohibent.*
- 17 *Quid te eluat cor tuū, et quasi magna cogitans, artonitos habes oculos?*
- 18 *Quid in*
- animum

animum tuū in sublime vehit, & intumescere facit aduersus *met contra*
 deū, ita vt blasphemus huiusmodi sermones de ore tuo pro- *Deū spiritus*
 ferre nō metuas. Ne verò solū verbis tecū agere videar, *tuus, vt pro-*
 tionē tibi adhibeo reprehēsiōis qua te arguo. Ais te sine cul- *feras de ore*
 pa istā sustinere plagā, mūdūque & innocentē te iactitas co- *tuo huiusce-*
 ram deo, quæ radix esse videtur & fundamentū omnis tuæ *modi sermo-*
 presumptionis. Verū huius assertionis falsitas, ex cōsidera- *nes?*
 tione hūmanæ cōditionis, & cōparatione ad naturā subli-
 miorē, facile mōstrari potest. 19 Quid enim est homo ex 19 *Quid est*
 se fragilis & miser, totus in peccato natus, & ex ipsa corpo- *homo, vt im-*
 ris corruptione semper ad malū pron^o, vt possit gloriari de *macular^o sit,*
 sua innocētia, quasi ab omni peccato immunis? 20 Homo 20 *& vt iu-*
 (inquā) de muliere in peccato, & de peccatrice massa cōce- *stus appareat:*
 ptus ac natus, quid est vt corā deo possit apparere iustus, & *natus de mu-*
 quasi cū eo de sua iustitia cōtendere: cuius quidē dei iusti- *liere?*
 tia tā perfectā est, vt ei collata quæuis alia iustitia, vel huma-
 na, vel etiā angelica, iniustitia poti^o videatur quā iustitia.
 21 Quòd autē nō sit hominī de sua iustitia gloriādum corā 21 *Ecce inter*
 deo, & maiori, tali argumēto probabo. Ecce inter sanctos il- *sanctos eius*
 los ministros dei, angelicos spiritus, nobilissimas ceriē crea- *nemo immu-*
 turas, nemo inuenitur tātæ perfectionis, qui ex se iustus sit, *tabilis:*
 aut per se firmus atq; immutabilis in iustitia, qui nō (quan-
 tū ex suæ naturæ cōditione) possit ab iniustitia cadere, nisi
 dei gratia in bono firmaretur: 22 & nobilissimē illē dignif- 22 *& cæli*
 simūq; in ordine creaturarū substatiæ cælorū, in quibus ab *nō sunt mū-*
 initio & cōditæ sunt habitatrices, nō sunt mūdē in cōspectu *di in conspe-*
 deitū quia nō per se in iustitia persistūt, sed dei sustentātis *ctū eius.*
 sola bonitate & gratia, quæ illas firmat, alioqui casui expo-
 sitas, vt sui arbitrij libertate ruere sic possēt, quomodo olim
 corruerūt, qui cōsimilē habent naturā apostolici spiritus:
 tum quia ipsa illa quæ ex dei gratia habēt iustitia, ad infinitā
 dei iustitiā (qui ex sua natura iustus est, imò ipsa iustitia) cō-
 parata, propter nimīā superexcellētiā, iniustitiā quēdā vide-
 tur: quēadmodū minus albū, in cōparatione eius quod est
 maximē albū, quodāmodo nigrū æstimatur. 23 Si itaq; an- 23 *Quantò*
 gelici illi spiritus tantò homine nobiliores, ex se nō sunt iu- *magis abomi-*
 sti, neque coram deo mundi sunt æstimādi, nec proinde de *nabilis et in-*
 sua iustitia possunt aduersus deū contendere, aut pro se glo- *utilis homo,*
 riarī, multò magis dignum non erit neque iustum, vt aduersus
 deum de sua iustitia cōtendat aut gloriatur homo, crea-

- tura ex altera sui parte vilissima & ignobilissima: qui ex parte carnis huius de sordida materia formatae & in originali immunditia conceptae, totus est despectus & abominabilis, & ratione fomitis pravi in ipsa inhabitatis, ex quo fit, ut ab infantia pronus sit ad malum omni tempore, prorsus ad omnem bonum inutilis: 24 qui ex corruptione ista carne inhabitata omnem odit ac fugit virtutem, vitium autem omne & impietatem multa aviditate sectatur, & magna affectus delectatione in eo oblectatur, ipsumque sibi familiare reddere gaudet: ad eum modum quo sitibundus homo aut febricitans in aquae pota vehementer gaudet, ipsumque avidum & frequenter & in magna copia bibit, quod nullius sit aut vilissimi pretij, atque etiam fauces sitibundas optimè refrigerat. 25 Quonia verò tam absque timore, o amice Iob, nobis Visi sunt sermones tui, ad comprimendam istam tui animi praesumptionem, & oris nimiam licentiam, propositurus tibi sum quaedam quae merito debeant incutere tibi timorem: 26 tuum erit, interim dum ego loquor, ad ea quae ex re tua sunt patientes & attentas mihi aures praebere, ut quae loquor alta mente reponas, fiantque tibi in salutem.
- 27 Non enim vana & incerta tibi proponam, sed ea quae ego partim corporeis oculis vidi, partim oculis mentis intellexi, narraturus sum tibi, de peruersorum hominum eorum qui sine timore vixerunt, infelici & miserabili exitu. 28 Quae autem dicturus sum, ne forte à te paruisiant quasi nullius ponderis verba, scito me non ex meo cerebro ea coëfixisse, sed à viris magnae sapientiae & prudentiae ea accepisse, qui eadem sua autoritate confirmant, consentientes siue certo asserentes rem ita habere: 29 atque ipsi illi à quibus ego haec accepi, non abscondunt neque silent patres suos, à quibus eadem illa se dicunt accepisse, ut non quasi externa inuenta, aut recetia fingenda debeant contemni, sed ut antiqua dogmata longa patrum autoritate confirmata, merito venari. 30 Et ne forte obscuros fuisse homines illos à quibus ista accepi existimes, tales profecto extiterunt viri illi, tanta praediti sapientiae & prudentiae, ut praeter omnibus aliis ex consensu communi tradita sit illis gubernatio terrarum, & reipublicae administratio: quae ex veteri orientaliū populorum consuetudine, sapientissimis & prudentissimis quibusque committi solet. 31 Adeo verò strenuè & vigilanter administrationis huius functi sunt officio, ut homines apertè malos & pestilentes, à dei timore & polytica virtute
- 24 qui bibit
quasi aquam
iniquitatem?
- 25 Ostendam
tibi,
- 26 audi me:
- 27 quod vidi
narrabo
tibi.
- 28 Sapientes
consententur.
- 29 & non
abscondunt
patres suos.
- 30 Quibus
solis data est
terra,
- 31 non transibit
alienus per
eos.

virtute alienos, non solùm nõ habitare quietos paterentur in
 vrbibus vel terris sibi cõmissis, sed neque transire multos, aut
 vel leuiter ad tẽpus modicũ demorari. Tam fuerunt ex ani-
 mo omnis virtutis amatores & promotores, vitiõrũ autem
 osores & persecutores. Ex horũ igitur sententia, quæ audiui
 de impiorũ hominũ licentiosa prauitate, ac deinde infelici-
 tate miserabili, sicut ea accepi, ita bona fide ad tuã ædifica-
 tionẽ enarrabo: videlicet vt tu aliorũ exemplis præmonitus
 vel certẽ pœnis infelicitibus perterritus, caueas, ne forte (vt
 modo ex parte aliqua cœpisse videris, qui tanta aduersus
 Deũ licentia vteris) illis efficiaris similis. ³² Homo impius ³² *Cunctis*
 Dei timore semel penitus abiecto, omnẽ vitã transigit in su- *diebus suis*
 perbia & cõtẽptu ac multiplici abusione, neque Deũ neque *impius su-*
 homines metuens, perinde quasi perpetuò sit victurus, & o- *perbit, & ni-*
 mnia habiturus pro voto, cũ tamen numerus annorũ quib⁹ *merus an-*
 superbiã & tyrãnidẽ suam poterit exercere ipsi penitus sit *norum incer-*
 incertus, ita vt non certò sciat si vel diẽ vnũ in ea sit permã- *tus est tyrã-*
 surus: cõque magis est detestanda illius superbia, quòd cũ *nidus eius.*
 nesciat diem neque horã quando finietur eius tyranni, au-
 deat tamen ita superbẽ & Deũ contemnere, & homines op-
 primere, ac si perpetuo esset in sua tẽporali potestate & fœ-
 licitate victurus. ³³ Ex hac verò impietate quã sine freno ³³ *Sonitus*
 perpetrat simul & incertitudine vitæ quã ignorat, iusto dei *terroris sem-*
 iudicio in eam venit mentis angustiam & anxiam formidi- *per in auri-*
 nem ex remorsu malæ conscientie, vt nunquã sit à metu se- *bus illius:*
 curus, & vbicunq; fuerit, semper sibi videatur audire terribi-
 lem aliquẽ sonitũ armorũ vel inimicorum aduersum se ali-
 quid machinantiũ, ita vt ad quẽlibet leuẽ rumusculum mox
 perterrescat & conturbetur. ³⁴ Neq; solũ in rebus pericu- ³⁴ *Et cũ*
 losis & dubiis sibi metuit, verumetiam in rebus certissimis, *pax sit, ille*
 vbi nulla est vel suspitio vel cogitatio vllius mali, vbi pror- *semper insti-*
 sus nihil est periculi vel metus, sed pacata & secunda omnia, *dias suspica-*
 ille nihilominus securus esse nõ valet: sed apud te suspicãdo, *tur.*
 aut verius somniãdo, insidias metuit atq; periculũ: videlicet
 illic timore timens vbi nullus est timor, vbi non est timendi
 probabilis causa vel occasio. ³⁵ Quòd si quis etiã conetur ³⁵ *Non cre-*
 illum de hac carnificina & malo hoc timore eripere, suadẽ- *dit quòd ve-*
 do ei, vt securior fiat, atq; fidentior, ³⁶ non potest hoc ei *ueri possit,*
 persuaderi, vt de miserando illo statu malæ cõscientie (quæ ³⁶ *de tene-*
 est quibuslibet tenebris magis horrenda) transire possit in *bris ad lucẽ.*

serenitatem & securitatē bonæ conscientiæ, quæ veluti lux quædā totū hominē gratissimī luminis serenitate perfundit, & quasi iugi conuiuio deliciisq̄ue perpetuis oblectat:

- 37 *Circūspe-*
rans vndiq;
gladium. 37 sed ex omni parte, quocūque se vertat, quasi imminen-
tem vertici acutū gladiū aspicit, nemini fidēs, nusquā tutus,
nūquā securus, omnia habēs suspecta, vbiq; insidias metuēs,
semper pericula somniās. 38 Etia cum se mouerit ad sumē-
dum panē, in ipsa refectiois corporalis hora, ad quam om-
nes exhilarantur, etiā qui vix crustulā panis atrī vorandā ac-
cipiunt, ipse nihilominus in tristitia & metu agit: 39 certō
sibi persuadēs, destinatū iam esse & quasi in manu ipsius cer-
tissimē descriptū diē tenebrarū, id est, diē malæ mortis, vel
in hoc seculo vel in futuro, quā non cōfidit se posse euade-
re: cuius rei cōsideratio, remordēte semper cōsciētia, nun-
quam illū finit integro ac solido perfrui gaudio, sed omnia
miscet amaritudine. 40 Quōd si quid periculi vel tribu-
latiōis ei alicūde obuēniat, statim grauissimē cōturbabitue
atq; terretur (quum sit ecōtrariō vir iustus semper vt leo
cōfidens & imperturbabilis) & circūdabit animum eius ex
omni parte angustia, & quasi vallo quodā cōcludet atque
obsidēbit, vt nō videat vllā euadendi viā: 41 ad eū modū
quo regē iamā descensurū ad prēliū & conflicturū cum ho-
stibus, ex omni parte circūdat corona & cunci fortissimorū
militum, vt hostibus nullus pateat ad ipsam accessus.
- 42 *Tetendit*
enim aduersus
Deum manū
suam, 42 In hanc autē malæ cōscientiæ carnificinā & omnē mi-
seriā infœlix iste deuenit, propter superbiā & contemptum
dei: quoniā præsumit aduersus deū extēdere manū suas, ea
agens quæ nouit diuinæ esse cōtraria volūtati, aut etiā eum
irridens atque blasphemans, 43 & in sua malitia semetip-
sum cōfortās, aduersus deū omnipotentē corroboratus est,
ex intentione & proposito apud se decernens, nolle cede-
re aut obedire deo, sed quæcūque sibi fuerint libita persi-
cere. 44 Non solū autem nō est reueritus Deum, eiq̄ue
obediuit vt debuit, verū etiā incredibili audacia deo apertē
aduersari nō timuit, quasi æqualē se faciens Deo & viribus
parem: veluti quum homo aduersus hominē erecto collo,
in signum elationis, currit siue incedit. 45 pinguique ac
obdurata ceruice aduersus deum se armauit, quasi para-
tus cum eo inire certamen, & ex æquo cum eo ingredi: ita
vt præfracta ceruice, & obdurata mente audeat dei nomen
blasphē-

blasphemare, & sanctos seruos eius opprimere. 46 Abnegato autē Dei timore, totum se tradidit voluptatibus atque deliciis, carnē curandi & sagingādi ventrē præcipuū habens studium: quemadmodū facies obesa & pinguis aqualiculus, laterāq; dura pinguedine onusta, satis testantur. Huiusmodi enim non rarō videntur superbi tyranni, Dei cōtemptores & hominum oppressores, vt vix in facie appareant oculi, vixq; pedibus incedere, aut ferre seipfos valeant, præ nimia pinguedine, sicq; impinguati, ingrassati, & dilatati, aduersus Deū ingrati recalcitrāt, vt prodeat quasi ex adipe eorū iniquitas. 47 Hinc scilicet oritur horror ille seux & perturbationē cōscientiæ, vt postquā sine vllō timore cū iniuria Dei & hominū, vitā aliquādiu impius egerit, omnibus terribilis, tandē adeō reddatur timidus & meticulosus, vt vix audeat in publicū prodire, aut in ciuitatibus populosis demorari: sed eligit sibi ciuitates ab inhabitatoribus quasi desertas, in quibus non est frequētia hominū, vbi præ defectū incolarū domus per se collabūtur & redigūtur in cumulos. Quanto enim maior est hominū frequentia, tantō plures metuit hostes. 48 Et si ad tēpus aliquod visus fuerit florere in diuitiis & aliis huius mūdi bonis, nō erit diuturna vel firma possessio bonorū illorū. 49 & tēporalis illa prosperitas qua hic super terram mundi huius bonis gaudere videbatur nō habebit radicem siue stabilitatē, sed breui admodum deficiet & redigetur in nihilū. Primū enim, in morte propinqua necesse est omnia illa deserat, in quibus hic videbatur confidere. Deinde, euenire plerunq; cernimus, vt etiam in hoc tempore à statu suæ prosperitatis huiusmodi deiiciatur in magnam miseriam. 50 Deniq; toto studio tenebras vel latibula quærit, nec audet prodire in lucē siue in publicū: propterea quod malē sibi conscius, nemini fidat, sed omnes vt hostes metuit, quēadmodū ipse aduersum omnes hostilem animū exercere solet. Vnde fit, vt nunquā sibi videatur securus, nisi quādo solus ipse latet in tenebris, semper alioqui suspicans malum & pericula metuēs, apud quoscunque tandem fuerit. 51 Non solū autē ipse malē peribit, infelix, verum etiā quicquid ipsius est & ipsi adhæret, quicūq; ei est in malo socius & particeps: sine ipsius filij, qui ab eo geniti sunt (ad eū modū quo à trūco arboris exeūt rami) malitiæ paternæ imitatores, siue ministri adulatoris aut cō-

46 Operuit faciem eius crassitudo, et de lateribus eius aruina dependet.

47 Habita-bit in ciuitatibus desolatīs & in domibus desertis quę in tumulos sunt redacta.

48 Nō ditabitur, nec p̄sestantia eius. 49 nec mittet in terra radicem suā.

50 Non recedet de tenebris.

51 Ramos eius arefaciet flamma.

- filiarij, qui ei quomodocūq; adhæserūt adiuuentōq; fuerūt ad perficiendā suam impietate, omnes flamma diuinæ ultionis perdet, & damnationis æternæ ignis absorbebit. 52 Et ipse tandē infœlix cogetur morte deficere, quādo post impletā omnem suā malitiam veniet deus iudex ille terribilis, qui aufert spiritū principū: & auferet ab eo, volēte nolente, animā suam, vt illā suo exhibeat tribunali, ac pro impietatibus in corpore patratīs iusta damnatione puniat: quādo etiā anhelitus oris extremū vitæ iudiciū deficiet, simūlq; vitalis omnis operatio cessabit. 53 Ipse vano errore frustrā & mendaciter deceptus, nō credit q̄ aliquo pretio possit redimī à statu suæ miserix: persuasum habet, nullā sibi esse spem salutis, neq; vllā superesse rationē aut viā redeundi in gratiā, vel apud Deū vel apud homines: quæ quidē persuasio mendax & pestifera, sic illum reddit obstinatū in statu malitiæ suæ, vt nec de pœnitētia, nec de mutatione miserandi status cogitet. 54 Non perueniet vsq; ad plenitudinē illam dierū, in qua iusti moriuntur, annis maturi & consummati virtutibus: sed morietur ante tēpus siue in tēpore non suo, antequam perueniat vsq; ad terminū dierum quē secundum naturalis cōplexionis dispositionē potuisset attingere, si in pace & timore Dei vitam egisset: sed ante terminū illum naturalis periodi, Diuino iudicio, vel gladio, vel peste, vel alio aliquo subito casu, auferetur de medio. 55 Manus quoq; eius ad omne opus reddentur inutiles, ita vt nihil valeat operari, quod sibi sit ad salutē comparandam meritoriū. Ipse quoq; secundū corpus ita miser efficietur & viribus corporis destitutus, vt manus illas paulò antè omnibus formidabiles, nō vltra mouere valeat, sed quasi arefactas portet inutiles. 56 Quemadmodū vinea quæ in primo & optimo suo flore, gelu aut pruina aut alia qualibet corruptione læditur, sic vt corrūpantur & destruantur omnes botri eius: 57 & quemadmodū oliuæ arbor florē suū ante tēpus, ob superueniens accidens malū, proiiciens, nullū omnino fructū bonū profert: sic impius ille, ex omnibus quæ in vita hac est operatus, nihil bonorū operū habet, nec in eo fructū vllum bonū agricola cœlestis, quū ad iudiciū venerit, inueniet, sed arborem prorsus aridam & sterilem, indignā quæ terrā occupet, igne cremandam æterno. 58 Nimirū congregatio hominis impij, tyrāni, & hypocritæ, & si interdū humano iudicio
- 52 *Et auferet spiritus eius ab eo.*
- 53 *Non credit, frustrā errore deceptus, q̄ aliquo pretio redimendus sit.*
- 54 *Antequā dies eius impleantur peribit.*
- 55 *Manus eius arefct.*
- 56 *Lædetur quasi vinea in primo flore botri eius.*
- 57 *Et quasi oliua proiciens florem suum.*
- 58 *Cōgregatio enim hy-*

dicio secundū externā apparentiā aliquid esse videatur, ve- *pocrita, fle-*
 rē tamen sterilis est & nullius precij apud Deū, cui nihil est *rilis.*
 gratū, nisi quod ex charitate proficiscitur: siquid videtur in
 hoc mundo operū congregasse impius, totum deo iudicāte
 apparebit sterile & sine fructu, quicquid etiam rerum huius
 mundi coarceuerat, nō ei ad verum fructū & salutē profi-
 ciet, sed peribunt & deustabuntur cū eo omnia. 59 Et *59 & ignis*
 ignis ille diuinæ ultionis siue flāma æternæ damnationis cō *deuorabit ra-*
 tumer illos qui per avaritiā sectantur iniustitiā, diligētes mu *bernacula eo-*
 nera, & ob eorum amorem vim facientes causæ humilium. *rum qui mu-*
 60 Ut autē summatim omne studiū hominis impij paucis *nera libēter*
 explicē, prius quidē ipse apud sese in corde suo concipit do *accipiant.*
 lorē, dum intra se studiosē recogitat & reuoluit, quomodo *60 Concepit*
 vim inferat pauperibus & dolore afficiat innocētes: 61 ac *dolorem,*
 deinde, post longā parturitionē, eō pertingit, vt iniquitatē *61 et peperit*
 diu cōceptā opere pariat & ad effectū perducatur: 62 sem- *iniquitatem,*
 pēq; in hoc versatur eius memoria (quæ quasi vterus qui- *62 et vterus*
 dā est mētis) vt dolos & fraudes meditetur ac parat, quibus *eius prepa-*
 innocētes opprimat aut circūueniat. Huiusmodi scilicet in- *rat dolor.*
 fœlicibus fœcibus fœcūdus est & semper plenus, impiæ mē-
 tis vterus, quos oblata occasione parit, ædit que in lucem.

ANNOTATIONES IN CAPVT XV.

Nunquid sapiens respondet it quasi in ventum lo-
 quens? Ventus plures habet conditiones. Est
 inanis & nullius pōderis aut soliditatis. Vaga-
 tur huc & illuc, quasi imperceptibiliter, iuxta
 illud: Spiritus vbi vult spirat, & vocē eius au-
 dis, sed nescis vnde veniat aut quō vadat. Deniq; impetum
 habet & vehementiā. Ita dici potest, in ventū loqui, qui lo-
 quitur inania & ea quæ ad rem nihil faciunt, aut qui nullo
 ordine in loquēdo vagatur, non dicens cohærentia, aut qui
 cū impetu & iracundiæ quodam seruore sua verba eloqui-
 tur. Ab his omnibus videtur Eliphaz notare Iob, cuius ver-
 ba reputabat inefficacia & insufficientia ad excusationem à
 blasphemia, impertinētia quoq; proposito & nō satis cohæ-
 rentia, ac deniq; cum maiore fastu quam æquū putabat prolata.
 Ceterū, ex Hebræo ad verbū sic foret legendū: Nunquid sa-
 piens

piés respondebit scientiã ventis, aut scientiã vêtosam? Quod secundũ sensum suprã assignatũ est intelligendũ. Pro ardore autẽ, in sequenti parte, in Hebræo ponitur dictio significans ventũ orientalem, qui eurus appellatur à Physicis. Atq; hic quia calidior est & exiccãs, voster interpretis ardorem dixit.

Arguis verbis eũ qui nõ est æqualis tibi. Alij ex Hebræo sic vertunt: *Arguis verbis inutilibus. Imitaris linguã blasphemantium.* Alij vertunt, linguam versutorũ vel astutorum. In eo autẽ quod sequitur *Labia tua respondebunt tibi, respõdere,* pro testificari ponitur: vt sit sensus: *Labia tua testificabũtur aduersum te: & si tu negare velis te blasphemum, illa quasi testificando respondebunt.* *Et inferior te erit eius sapientia.* Quidã vertunt: *Diminuta est tibi sapiẽtia, quod in sensum nostrã lectionis potest exponi: Nunquid Dei sapientia est tibi parua vel te inferior?* Alij vertunt: *Attraxisti tibi sapientiã. Cui consentit æditio antiqua, quã habet. In te venit sapientia.* Alij vertunt: *Diiudicasti tibi sapientiã, id est, peculiarem & familiarẽ tibi fecisti sapientiã Dei.* *Sed verba ista praua hoc prohibent.* Alij ex Hebræo legunt: *Et verbũ mendax tecum, quod in eũdem sensum exponitur quod nostrã lectio. Est tecum verbum mendacij, quod prohibet ne Dei consolationẽ merearis. Idem est quod vertunt alij, verbum absconditũ, id est, quo in abscondito tecũ murmuras aduersus flagella Dei. Vel per verbum absconditũ intelligi potest generaliter verbũ malum: quod quia oculis Dei non placet, rectẽ absconditum dici potest. In quem sensum etiam illud exponi potest, quod in Psalmis dicitur: De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Abscondita enim Dei siue à Deo, illic intelligũtur, vitia & peccata, quibus fatiantur impij. Vide cõmentaria nostra in Psalmos. Æditio Græca loco totius huius sententiã. Nunquid grande est, & c. sic habet: *Minus quã peccasti flagellatus es, multum suprã modũ loquutus es.* *Quid est homo, vt immaculatus sit.* Eandẽ sententiã idẽ Eliphaz, immutatis aliquãtulũ verbis, suprã proposuerat in prima disputatione, cap. 9. Nunquid inquiring, homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatẽ. Quantõ magis hi qui habitãt domos luteas, qui terrenum habent fundamentũ, consumentur velut à tineis, &c. Replicat autẽ hanc sententiã Eliphaz, cõ q̃ putabat sanctum*

Psal. 16.

sanctum Iob non bene illam intellexisse, quum primò proponeret, aut certè non sufficienter respondisse. Quo modo solent inter disputandum opposites nonnunquam idein argumentū repetere, quādo vel non plenè respondentē intellexisse putāt propositum argumentū, vel ipsius robur ad hoc indissolutū persistere. Licet enim opponēti tandiu in argumento opposito persistere, donec à respondente robur eius congrua responsione videatur elisum, siue enervatum.

Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis. In Hebræo est: Ecce in sanctis eius nō credit, vel nō confidit, quod clarius nostra exprimit lectio. Quod enim dicitur: Deū non credere vel nō credere suis angelis, significat, ipsos non esse ex se stabiles, vt possit ipsis in se confidere siue credere. Quavis enim nunc stent in Dei timore, stabūq; in eo imperpetuū, id est ex Dei gratia, nō ex ipsorū natura. Si autē sibi dimitterentur, possent ex se etiā ipsi peccare hodie, & à Deo recedere, sicut illi maligni olim sibi relictī à Deo infelicitè recesserunt. *Abominabilis & inutilis homo, qui bibit sicut aquam iniquitatē.* Abominabilis dicitur homo, ratione originis, & materię de qua formatur: quoniā de limo terrę primus homo formatus est, quod de nulla aliarū creaturarum ante factarū legitur: cæteri verò qui per generationē ab illo propagari sunt, ex tam sordida generantur materia, vt penè eam pudeat vel nominare vel recogitare. Inutilis verò, pertinet ad statum naturę corruptę, ratione originalis peccati & fomitis pravi: vnde habet, vt ad omne malum sit pronus omni tēpore, quemadmodū in Genesi scribitur: Rectè enim dicitur inutile, quod fini vel vsui ad quem factum est non bene seruit. Vnde cum homo ad hoc factus sit à Deo vt rationalis factus sit, vt bene hīc viuendo secundū Dei voluntatē, postmodum ad beatitudinem cœlestē perueniat, secundum naturam autem hanc corruptam semper sit ad malum pronus, & paratus currere magis ad damnationem, meritò sanę consideratione huius corruptionis, dicetur homo inutilis. Diximus hac de re prolixius in Commentariis libri Psalmorum, tractantes verbum illud Psalmi. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Vide illic annotationem notata dignam. Cæterum, quid sibi velit quod subsequenter dicitur homo bibere iniquitatem, quasi aquas, ex Elucidatione facilè est deprehendere. *Sapientes consentent, &*

Genes. 1.

Genes. 3.

non abscondunt patres suos. Alij vertunt: quod sapiētes nar-
rauerunt, & nō absconderūt à patribus suis. Quod in eundē
sensum cū nostra lectione conuenit, si sic intelligatur: Non
absconderūt à patribus suis ea se accepisse, vel quæ à patri-
bus suis acceperunt. Alij verò id quod dicitur: Non abscon-
dunt patres suos, sic intellexerunt. Non fuerūt filij parētibus
suis deteriores. Degeneres enim filij quasi patres suos absco-
dunt, quorū gloriā obscurant sua malitia aut insipiētia: quæ
admodū ecōtrariò probi filij parētes suos illustrāt sua pro-
bitate. *Quibus solis data est terra.* Vetus erat mos orienta-
liū, secundū naturæ legē viuentium, rerū publicarū admini-
strationē dare iis qui sapiētia & probitate ceteros anteibāt:
qua potissimum ratione, ipsi etiā Iob amicis istis apud suos
obtigisse regni gubernationē, est verisimile. Nā de tribus a-
micis quod reges fuerint, apertè satis monstrari potest ex li-
bri huius cap. 2. vbi iuxta æditionē Græcā, singuli reges aut
tyrāni nominantur. De Iob verò infrā id ipsum patebit, vbi
ait: Sedebā quasi rex circūstante exercitu. Vbi & alia huius-
modi quæ ad officiū iudicis pertinet, sibi attribuit. Cōsonat
huic obseruationi illa celeberrimi Philosophi sentētia, bea-
tas tum demum fore respublicas, si in eis aut philosophi re-
gnent, aut reges, philosophētur. Atq; vtinā ab illorū lauda-
tissima cōsuetudine, & dignissima illa sentētia, non tam lon-
gè abesset hac nostra tempestate in populo Christi cōsue-
tudo corruptissima: quæ solam generis nobilitatem confide-
rans, neq; morū integritatem, neq; sapientix claritatem, ne-
que aliquid eorū quæ primò & maximè erant spectāda, re-
quirit. Vna carnis (quam vocāt & fingunt) nobilitas, etiā in-
doctos & improbos homines, ad omnē administrationē, &
ciuilem & ecclesiasticā, hodie (proh pudor) facit idoneos.
Vna imaginū antiquitas & stemmatis auiti claritas, homines
omnibus vitiis deditos, etiā magnis, addā & multis, pōtifica-
tibus ornatos, imò oneratos reddit: quod malum in sancta
Dei ecclesia tantum ego existimo, vt nullis vnquā lachry-
mis dignè queat desleri. *Cum elis diebus suis impius superbit.*

Alij vertunt, parturit: quod dupliciter intelligi potest. Pri-
mò, de parturitione malitiæ, quæ admodū in Psalmo dicitur:
Parturit iniustitiā. Secundò, de dolore qui est in parturien-
tibus: vt sit sensus, impium grauibus semper doloribus tor-
queri, & formidine anxiami, ad modum parturiētis mulieris.

Iob. 29.

Psal. 7.

Prior

Priori
te exp
nis vit
rus an
rus an
ōion
est ve
non d
ædicio
spectan
nem.
tatu ha
deput
impium
est del
damo
retur.
sum ap
rz, tra
Vulpe
tione,
fessum
pralium
modo
parem
uet G
Sed qu
uenic
angust
simoru
ta sunt
pro de
Potest
rex qu
te inte
vniue
sus sub
sione
citur a
quod

Priori sensui satis consonat nostra lectio: posteriorem aperte exprimit æditio Græca, quæ hoc in loco sic habet: Omnis vita impij in cura. Pro eo autem quod sequitur: Numerus annorū incertus est tyrannidis eius, alij vertunt: Numerus annorum absconditus est tyranno, quod cum nostra lectione concordat. Alij vertunt: Numerus annorum statutus est vel determinatus est tyranno: quod significat, impium non diu posse sua vii tyrannide. Huic consonat quod habet æditio Græca: *Anni numerabiles dati sunt potenti. Circumspiciens vndique gladium. Quum se mouerit ad quærendum pacem.* Huius loco æditio Græca sententiam aliam dignā notatu habet, in hunc modū: Destinatus iam est in manu ferri, deputatus est in escam vulturibus. Quo verbo significatur, impium iam esse præscitū vt mala morte pereat. (Hoc enim est destinatū esse in manus ferri, siue in potestatem gladij) & demonibus impiis in portione esse assignatum, vt ab eis voretur, id est, cum eis punietur in perpetuū. In quem ferè sensum apud Psal. de iisdem dicitur: *Introibunt in inferiora terræ, tradētur in manus gladij, partes siue portio vulpiū erūt: Vulpes enim illic dicūtur, qui hīc vultures: eadē vtique ratione, nimirum ob astum & voracitatem, ob studium infessum insidiandi & nocendi.* *Sicut regem qui præparatur ad prælium.* Alij exponunt, impiū sic circumdari angustiis, quomodo angustiat rex in præliū descensurus, vbi se videt imparē exercitui contra quem est pugnaturus. Cui sensui fauet Græca æditio, quæ sic habet: *Sicut dux præfectus, cadēs.* Sed quod in Elucidatione positum est, videtur magis conueniens, vt sic intelligatur ex omni parte impius circumvallari angustiis, quomodo regem descensurum in pugnam fortissimorum militum cunei, circumcingunt, vt ipsum in quo sita sunt omnia, & qui vnus (vt de Dauide viri sui dicebant) *2. Reg. 18.* pro decem millibus computatur, diligentissimè custodiant. Potest etiam ex Hebræo sic legi: *Angustia vallabit eū, sicut rex qui præparatur ad prælium: vt ipsa angustia superuenire intelligatur impio cū vi maxima, quemadmodū si rex cū vniuerso suo exercitu ciuitati alicui superueniat, vt eā prorsus subuertat.* *Tetendit aduersus deum manū suam.* In extensione manus significatur interdum irrisio. In quē sensum dicitur apud Esaiam: *Si desieris extendere digitum, & loqui* *Esa. 58.* quod nō prodest. Interdū comminationē significat, quemadmodum

modum de Nicanore impio legimus, quod extendens manum aduersus maximum & sanctissimū dei templum, sacerdotibus negantibus vbi esset Iudas Machabæus, cōminatur sit, dicens: Nisi Iudam mihi vincitum tradideritis, istud Dei phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo. Interdum extēdere manum dicimus, opus aliquod aggredi: quomodo apud Psal. mistam dicitur: Et leuauit siue extendi manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis. Vnde sicut dicitur extēdere, vel leuare ad deum manus, qui opera aggreditur placita deo: ita aduersus deū dicitur manū extēdere, qui eiusmodi studet operibus: quib⁹ deus inhonoratur. Harū significationū singulæ, aut simul omnes, in proposito loco possunt intelligi. *Cucurrit aduersus deum erecto collo: Quemadmodū ad deum currere dicitur, qui magno desiderio boni affectus bonis operibus deum sibi demereri studet, iuxta illud. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum: ita aduersus deum currere dicuntur, qui ex affectu & animo deliberato gaudent facere mala, quibus deus offenditur. In erecto autem collo, superbia, pertinacia, & contēptus designatur: quæ admodū e contrario, demittere collum, aut ceruicē inflectere, humiliantis se atq; submittentis est indicium. Eorū autē omnium quæ hīc de superbia impij præsumptione dicuntur euidentissimū legimus exemplum, in impio illo Nicanore, cuius paulo antè fecimus mentionē: qui præter illā superbā cōminationē, qua sanctissimo tēplo & loco cōminabatur, etiā Deo se ex aduerso opponere est ausus, quasi ex æquo cum eo certare paratus. Cum enim Iudæis per necessitatem ipsum se quētibus iussisset arma sumere in die Sabbati: ad debellandum Iudam: illi verò precarentur eum, non ita ferociter, ac barbarè agere, sed honorē tribuere diei sanctificationis, interrogauit infelix ille, si esset potens in cœlo qui imperasset agi sabbatum. Cumq; rursum illi dixissent, esse dominum viuum in cœlo, potentem, qui septimā diem agi iussit. Miserrimus ipse intolerabili blasphemia. Et ego, inquit, potens sum in terra, qui impero sumi arma, & impleri negotia regis. An num hīc vides erectū collū aduersus deum, & ceruicem pinguisimā atque durissimā? Sed quem illa ceruix habuerit exitum simul considera. Post paululum dei iudicio corruit in prelio Nicanor, nefaria ma*

Psal. 118.

Psal. 118.

2 Mach. 55.

nos quam contra domum sanctam dei extenderat, cum humero abscissa est, & contra templum suspensa, caput quoque impiū præcisum fuit, & in summa arce suspensum: & blasphemia illa lingua in frustra cōcisa, particulatim data est aubus.

Operuit faciem eius crassitudo, &c. Huiusmodi hypothiposis siue figurali delineatione conditionem impij contemptoris rhetorico more describit, quæ plerique illorum sint huiusmodi. Nam collum erectū, dura ceruix, facies crassa, & pingua latera, natesque obesa, contemptus dei & crudelitatis ferè sunt indicia. Latini tamen interpretes ista omnia ad mysticū sensum conantur pertrahere. Nobis magis placet figurale descriptionem attendere, quæ in rhetorica ista disputatione nihil mirum si crebrius occurrat: cum huiusmodi hypotyposes siue figurales descriptiones, maximè ad poeticū spectent officium & artificium. *De lateribus eius aruina dependet.*

Aruina est pinguedo, non quælibet, sed durior illa quæ est inter cutem & carnem, qualis circa latera aut nates adhæret pinguibus, sicut adeps est interior pinguedo, quæ vitalia operit, & membra interiora custodit. Alij verò ex Hebræo ad verbum sic vertunt: Fecit rugas in lumbis, vel lumbricos in illis suis. Quod in eundem sensum coincidit. Vtrunque enim pinguedinis excessum significat. Nam quibus à latere pendet aruina, in illis circa lumbos & ilia quasi rugæ quædam in modum lumbricorum apparent, ex pinguedine sese complicante. *Quæ in tumulos redactæ sunt.* Perinde est, siue legas in cumulos, siue in tumulos. *Non credet frustra errare deceptus, quod aliquando redimendus sit.* Duplicem id recipit sensum. Prior est: quem in Elucidatione expressimus, ipse frustra & mendaciter deceptus erronea persuasione, non credet, quod villo pretio possit redimi: non sperat, vllaratione vel vlla via se posse redire in gratiam. Huius est exemplum clarum in Cain: Maior est iniquitas mea, inquit, quàm vt veniam merear. Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Posterior hic erit. Non credet impius volenti ipsum recta monere, eò quod vano deceptus errore sibi persuaserit, quod aliquo pretio se possit à malis redimere, videlicet quia sibi persuadet, quod per suas diuitias aut potentiam se possit ab omni periculo defendere, vt nec Deum nec hominem

sibi

sibi putet nocere posse, ob hoc nō credit nec suaderi potest à rectè monētibus. Alij alias ex Hebræo adferunt lectiones & intelligentias, à quibus causa breuitatis superfedeo.

Antequam dies eius impleantur. Quomodo impij moriantur ante impletionem dierum, & nec ad dimidium dierum perueniant, & quomodo multipliciter id possit intelligi, prolixè à nobis tractatum est in Commētariis libri Psalmorum: partim quidem in Psal. 54. in annotatione super ultimo versu: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabūt dies suos. Ac rursus in Psal. 101. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Plura etiam ad hoc propositum facientia diximus in Commentariis Ecclesiastæ, tractantes verbum illud ca. 7. Noli esse iustus multum: neq; plus sapias quàm necesse est, ne obstupefcas, Ne impiè agas multū: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. *Congregatio hypocrita sterilis.*

Idē hic dicitur hypocrita, qui suprā dictus est impius. Alij pro sterili legunt solitariam vel desolatam, possuntque hæc in eundem sensum facillè reduci: quoniam quod sterile est, idem etiam solitariū est & sine fructu ac desolatum. *Ædificatio* autem Græca sententiam aliam, sed dignam notatu habet, legens in hunc modum: Testimonium impij, mors. Cuius sensus, est, mortē de impio perhibere testimonium. Tūc enim deo iudicante apparebit, qualis in hoc mūdo vixerit. In eo autē quod sequitur: Ignis deuorabit tabernacula eorū qui munera libenter accipiunt, alij ex Hebræo legūt, tabernacula munerum: quod ad nostræ lectionis sententiā facillè accommodatur, per tabernacula munerum intelligendo tabernacula diligentium vel accipientium munera. Cui sensui fauet additio Græca vno verbo legens *ἁποδοτεῖν ὧν*, id est, accipientium munera. Alij verò intelligunt tabernacula constructa ex muneribus. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Consonat huic quod habet David Psal. 7. Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem, vbi ordo est inuersus, inter id quod primo loco & quod secundo loco ponitur. Est enim hic sensus: Ecce parturit iniustitiam, postquam concepit dolorem, quem admodum in sua versione iuxta Hebraicam veritatem legit Hieronymus. Plenius de hac re & ordine isto diximus in Commentariis nostris super Psalmos.

Psal. 54.

Psal. 101.

Ecl. 7.

DECIMISEXTI CAPITIS ELVCIDATIO.

Liphaz vbi finē fecisset dicēdi, sanctus Iob ita
 respōdit: Huiusmodi qualia tu modò protuli-
 sti de mala impiorū fœlicitate, frequenter ipse
 etiā ab aliis audiui. Vulgata sunt & satis nota
 omnibus, neq; talia sunt vt ob suā singularita-
 tem me, quicquā valeant cōsolari. 2 Cōsolatores molesti,
 & (si ita dicere liceat) cōsolatores nō cōsolatores estis vni-
 uersi vos, qui videri quidem vultis me cōsolari, cum reuera
 magis oneretis, meūmq; dolorē potius augeatis & exaspe-
 reus, quā imminuatīs aut leniatīs: dum me impiis & sine ti-
 more vinētibus assimilatis, ea proferētes aduersum me, quæ
 ad illorum terrorem & confutationem essent proferenda.
 3 Sed nunquid finē aliquando accipient sermones isti ina-
 neq; & vagi, cū impetu & indignatione aduersum me prola-
 ti, qui profus nihil ad rem faciunt, neq; ad meā consolatio-
 nē vel ædificationē (quo vos putatis eos pertinere) quicquā
 proficiunt: quos tu nihilominus tātō impetu aduersum me
 iactas, quemadmodum si vētus turbinis in quempiā irruat?
 4 Scio autē, quòd tibi molestū non sit huiusmodi sermo-
 nes proferre. Neq; enim multo labore aut studio vel atten-
 tione magna opus est, ad proferenda verba huiusmodi non
 coherentia, neq; ad rem propositā quicquam facientia. Fa-
 cilē est de huiusmodi generalibus quæ norūt omnes, vtpo-
 te de impiorum malitia & infœlicitate, multiplicare verba.
 5 Nam mihi facillimū fuerit, & alij cuiuslibet vel mediocri-
 ter sapienti, huiusmodi qualia à te iam dicta sunt, cum simili-
 verborū magnificētia proferre. Non enim est magna artis
 vel difficultatis, quomodocunq; multa dicere, etiā plausibi-
 lia sed quæ proposito cōgruat appositē loqui, hoc opus, hic
 labor est. 6 Et ausim quidē hoc ego vobis polliceri, si esset
 anima vestra in loco animæ meæ, ac vicissim anima mea in
 loco animæ vestræ. i. si vos in eo essetis statu in quo nunc
 sum ego, & sic affecti vt sum ego, vicissim autē ego sic affe-
 ctus essem vt vos modò estis affecti, longē aliter me acturū
 vobiscum, quā vos modò agatis mecum, & longē melius
 amici officia erga vos me exhibiturum, quā vos modò er-
 gamē facitis. 7 Non ego amaris increpationibus in vos

Cap. 16.

Respondens
 autē Iob, di-
 xit: Audiuī
 frequenter
 talia.

2 Consolatio-
 nes onerosi
 oēs vos estis.

3 Nunquid
 habebunt fi-
 nem verba
 ventosa?

4 Aut ali-
 quid tibi mo-
 lestum est, si
 loquaris?

5 Poserā &
 ego similia
 vestri loqui.

6 Atq; vti-
 nam esset a-
 nima vestra
 pro anima
 meā.

7 Cōsolaret

N inuehe-

- 7 *Ego vos sermonibus, & mouere caput meum super vos.* inueherer, sed consolatoriis verbis vos blandè aggredere-
 8 *8* nec solùm iracundiæ & immisericordiæ signa nulla ostem-
 derem, verù etiam compassionis affectum externis signis com-
 monstrare, vtpote caput meum cum dolore, in afflictionis in-
 ternæ testimoniũ, super vestra miseria lamètabili gestu com-
 mouedo: què admodum solent facere, qui ex affectu cõpatiũ.
 9 *9* Roborare vos ore meo, tur amicis, in grauissima afflictione positis. 9 Eiusmodi quo-
 que sermones de corde & ore meo pferre studerẽ, non qui
 vos scãdalizarent, aut ad iracundiã prouocarèt, aut ad impa-
 tientia adigerent, sed qui vos corroborarèt ad patientia, &
 in statu bono virtutis cõtinerent ac cõfirmarent: 10 *10* & ex
 10 *10* mouere labia mea quasi parces vobis. magno affectu mea labia non pigrè mouerẽ, omni qua pos-
 sem viuacitate & efficacia verbi acturus vobiscum: atque hec
 omnia, tanquam parcens vobis vòsque cõmiseratus facerẽ, ex
 11 *11* Sed quid agam? Si locus tuus fuero, nõ quiescet dolor meus: & si tacuero, nõ recedet à me. intimo misericordiæ & cõpassionis affectu. 11 Sic sanè vo-
 biscum ego agerẽ, si esset permutata vtrorũque nostrum con-
 ditio: sic ego vos cõsolarer, si in huiusmodi ageretis miseria.
 Nunc verò quid faciã? me ipsum quomodo potero cõsolari,
 in tantis sine intermissione viuentis doloribus? Siue enim lo-
 quutus fuero ad consolandum me ipsum, non ob hoc cessat
 vel remittitur dolor meus: & si tacuero, nõ me deserit: per-
 inde me affligit, siue taceam siue loquar, dolor meus, & nul-
 lam mihi concedit requiẽ. 12 *12* Atque etiã nunc ista loquẽ
 tem grauissimus dolor opprimit, vt pote qui non solùm af-
 fligat animum, neque vnã solam corporis particulã, sed cor-
 pus vniuersum & singulas eius partes peruadit, ita vt nõ sit
 vllum in eo membrum, quod non plenum sit grauissimis dolo-
 ribus, ita vt iam contracta & perdita ac planè in nihilũ reda-
 cta videantur omnia membra & vires omnes corporis mei.
 13 *13* Ruga mea testimonium dicitur cõtra me. 13 Quòd si etiam ego velim dissimulare meã miseriam, &
 celare dolorẽ quem patior, ipsa dispositio faciei testimonium
 loqueretur aduersum me: facies ista pretar morem & supra-
 modum plena rugis (quæ ex corporis defectione & carnis
 consumptione nascuntur) vel me tacente eloquetur que
 patior: 14 *14* & quasi hæc omnia quæ patior nondum suffi-
 ciant, vos etiam aduersum me erigimini, mendacis que ac
 falsitate vestra aduersum me consurgitis, vt mihi contradi-
 catis, & contradictione falsa ampliorẽ inferatis molestia, quẽ
 debebatis verbis veritatis ex amici officio consolari. Vt au-
 tem plenius, o amici mei, intelligatis meã passionis miseria,
 faciliusq;

faciliusq; ad misericordiam flectamini, latiori descriptione
 persecutoris mei crudelitatem vobis depingam, figuris qui-
 busdã & similitudinibus vtens. 15 Ecce qui me his omni- 15 *Collegit*
 bus, Deo permittente, malis afflixit diabolus omnem suam iram *furorem suum*
 eundem furorẽ videtur collegisse, vt in me vnum totum illum *in me.*
 effunderet, vt tota sua virtute in me irrueret, omnemq; suam
 ferocitiam quã posset in me simul exerceret. 16 In modum gra- 16 *& commi-*
 uissimẽ indignantis & comminantis, quasi dentibus suis contra *nans mihi, in*
 me infremuit: veluti cum fremit aut rugit leo aduersus bestiam, *fremuit con-*
 quã parat inuadere. 17 Oculos suos illos feroces terribili- *tra me den-*
 ter in me conuertit inimicus meus, vt me vel aspectu solo ter- *tibus suis.*
 reret: ad eum modum quo solet leo terribilibus oculis inspicere 17 *Hostis*
 bestiam, quã discerpere & deuorare querit. 18 Mox verò vbi *meo terribili*
 data est illi in me potestas, aperuerunt super me ministri eius *bus oculis me*
 & socii ad deuorandum ora sua, sicq; ore aperto ad me accu- *intuitus est.*
 rerunt, vt me perderent, ad eum modum quo venatici canes vbi 18 *Aperue-*
 manu domini dimittuntur, aperto ore statim in prædã to- *rit super me*
 to impetu irruunt, parati dilacerare eam dentibus. 19 Et cum *ora sua,*
 primo statim aggressum non me possent interficere, in maxillam 19 *& expo-*
 meã cum opprobrio & pœna graui me percusserunt, grauis- *brantes per-*
 sima cõturbatione, & confusione, & afflictione me afficien- *cusserunt ma-*
 tes, ad eum modum quo venatici canes, statim vt bestiam appro- *xillam meam,*
 pinquant, in maxillam dentes primum infigunt, 20 pœnasq; 20 *faciati*
 maximas & plagas intulerunt mihi pro voto, quantum illis *sunt pœnis*
 fuisset collibitum, ita vt satiati videantur pœnis meis, postea *meis.*
 quã vltra quid faciant non habent, neq; nisi mors sola super-
 esse videtur quam inferant. Videlicet hæc omnia aduersum
 me potuit cum suis ministris inimicus diabolus, non quod ip-
 se ex seipso hanc haberet in me potestatem, sed quia sic visum
 est Deo, hanc illi in me concedere. 21 Concluserunt enim ipse 21 *Concluserunt*
 me, & quasi captiuum in custodiam retruserunt apud iniquum illum *me deo apud*
 me, & iniquum diabolus, qui me poposcit ad pœnam: & pote- *iniquum, &*
 stati impiorum sociorum ac ministrorum eius me tradidit, vt de *manibus im-*
 me agerent pro libito, & quicquid vellent liberè in me ex- *porum me tra-*
 ererent 22 Huius nimirum tam crudelis & immisericordis ho- *didit.*
 stis potestati traditus, subito à prosperitate magna qua pau- 22 *Ego ille*
 lantem florebam, in aduersitatem maximam grauisissimamq; mi- *quondam o-*
 seriam sum deiectus atque prostratus, penitusque contri- *pulcrus, re-*
 tus, & quasi reductus in nihilum, omnibus fortunæ & cor- *perite contri-*
 poris bonis quasi in vno momento spoliatus, ita vt nihil sit *tus sum.*

reliquū: ſuper & vlcere percuffus grauiffimo, vt nō ſit mē-
 23 *Tenuit cer- uicem meam, confregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum.* brū à plaga vacuum. 23 Quēadmodū venator vbi ferā ali-
 quā nactus fuerit, primū toto impetu illi⁹ apprehēdit cer-
 uicē, deinde vel icū haſte, vel iactu & allifione in terrā ro-
 bur illius omne cōfringit, vt facilius ac certi⁹ teneri poſſit,
 mēbris cōfractis ac diſſolutis: dein congregatis ſociis beſtiā
 ipſam exponit illudendā, & quaſi ſignū ad ſagittā cōſtituit,
 vt quiſquis voluerit impunē feriat innocuā beſtiam: ita per
 omnia mecū egit improbus & crudeliſſimus hoſtis diabo-
 lus, ſtatim vt in me accepit à Deo poteſtatē. Tota in me ſu-
 bitō irruit virtute, allifit me in terrā, & membra mea omnia
 cōfregit, & quaſi ſpectaculum cōfuſionis & afflictionis me
 poſuit. 24 Et quomodo ferā apprehēſam crudelis vena-
 tor ex omni parte lācis & ſagittis ſuis atque ſociorum gau-
 det appetere, oblectaturque ipſe & ſuū animū paſcit in lon-
 ga & multiplici afflictione innocētis beſtiæ, 25 nec ſolum
 in exteriori pelle, aut carne propinqua ſæuire geſtit, ſed ad
 intima vſq; penetrare, & lūbos ipſos ac renes in intimis cō-
 uulnerare atque perfodere gaudet, nec vllō ſuper innoxii
 beſtiā mouetur cōpaſſionis affectu, ſed viſcera etiā ipſe pa-
 tet, ita vt inteſtina pateāt, & in terrā vitalia efluāt, ne-
 que vllus eſt modus aut finis vulnerū, donec halitū vidēt
 vllū ſuperſeſſe in beſtia, ſed cōtinuò vulnera vulneribus ad-
 dunt: ita per omnia mecū agit crudelis hoſtis meus, inauditiā
 in me exercens crudelitātē, nulla flexus miſericordia, nullo
 cōpaſſionis affectu permotus: qui ocluſo & obfirmato mi-
 ſerationis adipe, etiā gaudet & fatiatur pœnis meis: nec ei
 ſufficit illata afflictio, quin amplius ſemper nocere mihi cu-
 piat: neque in exterioribus ſolum corporis partibus me fla-
 gellat, ſed etiā intima corporis plaga horribili & intolerabili
 corruptione peruadit atque perpenetrat: nec vllus eſt finis
 tormentorum, quibus etiam inteſtina ipſa conſumit.

24 *Circūde- dit me lācis ſuis, conuul- nerant lum- bos meos.*

25 *Non pe- percit, & ef- fudit in terra viſcera mea. Concidit me vulnere ſu- per vulnus,*

26 *irruit in me, quaſi gi- gas.*

27 *Saccū cō- ſui ſuper cū- ſem meam.*

26 Quid multa? Omni omnino ſua virtute qua poteſt, &
 toto impetu quo valet, quaſi robuſtiſſimus gigas ſuper me
 irruit, exercēs ſimul in me omnē quā poteſt ſeuitiæ ſuz tru-
 culentiā, vt pōdere afflictionis & impetu percuffionis me
 proſternat in terrā, atq; à ſtatu virtutis deiiciat. 27 Et ef-
 ſem forſitā venia aut miſeratiōe indignus, ſi in his plagis ſu-
 perbū me aut cōtumacē, aut blaſphemū exhiberē. Nunc ve-
 rō ſentiēs aduerſum me ſæuiētē dei manū, humiliavi animi
 mei

meā in cōspectu eius, atque in protestationē humilitatis in-
ternæ etiā exteriorē habitum assumpsi humilitatis & pœni-
rentiæ, horrido sacco & cilicio operiēs rugosam & scabio-
sam cutem meā, nec deponēs illū, quasi si esset pelli assutus:

28 & aspersi caput corpūque reliquū puluere & cinere: in 28 *Operui*
hoc humilitatis & pœnitentiæ assumpto habitu patēter ostē- *cinere carnē*
dens, me nolle aduersus Deū insurgere, sed humiliter me ei *meam.*
velle submittere, & cū humilitate eius suscipere disciplinā.

29 Tantus autē fuit dolor meus, vt præ nimio fletu quē ille 29 *Facies*
mihi excussit, facies mea intumuerit: quē admodū illis solet *mea intum-*
evenire, qui flēt immoderatus, ascendente cōtinuō sursum *uit à fle-*
lachrymarum humore, qui genas quasi intumescētes red- *tit,*

dit, 30 & oculi meo fletu nimio exhausti iam caligant, vi- 30 *et palpe-*
sque debilitātur, & apparet circa oculos in palpebris qui- *bræ mea ca-*
dem supernē liuor quidā pallidus, infernē autē quædā hor- *ligauerunt.*

rida cōcauitas, talis ferè qualis in mortuis vel morti appro-
pinquātibus apparere solet. 31 Super omnia verò illud me 31 *Hæc passus*
facit miseratione dignum, q̄ tot ac tanta mala innocens & *sus absq; ini-*
sine culpa sustineo, non in vltionē peccatorum meorū qui- *quitate ma-*
bus iram hanc apud deum promeruissem, quomodo fur aut *nus mea,*

latro propter suum peccatum capite plectitur aut punitur
suspendio: 32 cū in cōspectu dei testimoniū bonum mi- 32 *cum ha-*
hi perhibeat conscientia, sicque oratio mea munda & gra- *berem mun-*
ta coram deo, nec in aliquo me reprehendat cor meū, pro- *das ad deum*
pter quod mihi videam metuendum, ne non apud Deum *preces.*


grata & exaudibilis sit mea oratio: ne fortè vos dicatis, me
ob indignitatem precum sic à Deo esse percussum.

33 Quòd si vos pertinaci animo meis verbis fidem habere 33 *Terra ne*
recusatis, meamque innocentiam impugnare contenditis, *operias san-*
posteaquā non alia mihi via reliqua est qua vobis fidem fa- *guinem meū,*
ciam, terrā ipsam inuocabo in testimoniū innocentie meæ. 34 *Neq; me-*

Tu (inquā) ò terra, ne suscipias & abscondas intra te sangui-
nem meū, ad eū modū quo sanguinem suscipis & abscondis
noxiorū hominum, qui propter sua facinora morte plectū-
tur, quorū sanguis vt dignè & iustè effūditur, ita à te dignè
& iustè suscipitur, & quasi tibi debitus absorbetur: sed p̄di
& manifesta sanguine meū, quomodo innocētē sanguinē
iusti Abel nō absorbuisti vel operuisti, sed prodidisti, in te-
stimoniū innocentie eius, & confusionē eius qui iniustè il-
lum effuderat. 34 Et quomodo vox sanguinis innocentis

- niat in te lo- illius de terra clamauit ad Deum, testimoniū perhibens in-
 cū latēdi cla nocentiae, & vindictam postulans aduersus impium effuso-
 mor meus. rem: sic & clamor meus aut sanguinis mei non inueniat in
 te, o terra, locum latendi, sed de terra ascendat in cœlum, &
 35 Ecce enim ad Deum vsque perueniat. 35 Ipse enim cœlorum habi-
 in cœlo testis tator Deus, qui omnia videt & nouit singula, ipse testis est
 meus, & cō- innocentiae meae, qui solus est conscius omnium cogitatio-
 sciens meus in num & affectionum mearum: quem proinde ex fiducia bo-
 excelsis. nae conscientiae in testimonium adduco, & testem inuoco in
 animam meam, quandoquidem alia mihi non est relicta via
 meam innocentiam comprobandi, quam vos tam pertina-
 36 Verbose iter ad meam subuersionem impugnatis. 36 Quia enim
 amici mei, vos amici mei ad consolationem meā non profertis efficac
 aliquid, sed verba tantum nō ad rem propositam multipli-
 37 Ad deū catis, & falsitatem qua me oneratis vestra grandiloquentia
 stillat oculus quæritis ornare & stabilire: 36 idcirco ad Deum veritatis
 meus. patronū & iudicem lachrymosis oculis confugio, illius po-
 stulans testimonium atq; iudicium, quod fallere nunquam
 potest aut falli: quum hominū iudicia subinde & fallantur.
 38 Atq; vi- 38 Quod si fieri posset, vt sic homo cū Deo iudicio posset
 nā sic iudica contendere, quomodo litigat & iudicio contendit homo
 retur vir cū cum proximo, altero accusante, altero defendēte, equidem
 deo, quomo- non refugerem ad certius comprobandum meam innocen-
 do iudicatur tiam, cum Deo descendere in iudicium, & de mea innocen-
 filius homi- tia disceptare. Tam bonū mihi perhibet testimonium con-
 nis cū colle- scientia, tam est confidens in Deo animus sibi bene cōsciū.
 ga suo. Quid enim aut qua fiducia auderem Deum in testem inuo-
 care, si essem mihi malè conscius, quū sciam post paululum
 me exhibendum esse & statuendum illius iudicio? 39 Ecce
 39 Ecce enim enim pauci illi anni quibus homini constitutum est viuere
 breues anni super terram, celerrimè pertranscunt, & dicto citius auifu-
 transcunt, et giunt: & semitam vel cursum vitæ huius quam modò per-
 semitam per ambulo, aut verius percurro, postquam semel absoluero,
 quam nō re- non iterum repetam: sed diuino exhibebor iudicio, acce-
 uertar am- pturus pro operibus in vita ista peractis præmium perpe-
 bulo. tuò duraturum.

ANNO TA



vete
 plag
 ille l
 effec
 vitu
 iudic
 mo c
 bile
 re vo
 rer
 expo
 nire
 vos
 his p
 luper
 uerfi
 vos
 qual
 reip
 facis
 cōm
 huic
 vo
 & in
 Chr
 sunt
 liter
 solui
 vt id
 quar
 vel c
 quid

ANNOTATIONES IN

CAPVT XVI.



Tuque vinam esset anima vestra pro anima mea.

Non est hic sermo serio optantis amicis mala quæ patiebatur ipse, & sibi precâtis illorū fœlicitatē. Non enim putâdum est, tam hostili animo fuisse sanctū virū aduersum amicos suos veteres (etiâ si paululum eum offendissent) vt tam horribilē plagā illis optaret euenire. Non autē aliud sibi vult modus ille loquendi, nisi vt ostēdat tali data occasione, quidnā ipse esset acturus. Quo loquēdi modo etiam circa finem capitis vitur, dicens: Atq; vtinā iudicaretur vir cū deo, quomodo iudicatur homo cū collega suo. Certū enim est, nō ex animo optasse Iob, vt ita esset vel fieret, quod sciebat impossibile & indignū esse vt fieret. Sed eo loquēdi modo indicare voluit, quid paratus esset agere, si id posset fieri. *Consolaretur ego vos sermonibus.* Quidā locū istū in malam partem exponunt, ad hunc modū: Si vos aliquādo cōtingeret deuenire in eum miserix statū, in quo nunc sum ego, tunc & ego vos vanis verbis consolaretur, & cōsolatorē me onerosum vobis præstare, quales vos nūc mihi exhibetis, & caput meum super vos mouerē, in signū irrisionis & gaudij de vestra aduersitate. Ore etiā meo cōpositis verbis, sed inefficacibus, vos roborarē & mouerē labia mea cum quadā simulatione, quasi is qui videri vellet parcere, misereri & consolari, cum reipsa potius oneret quàm consoletur. Verūm hic sensus nō satis pius apparet, quo videretur vir sanctus quasi talionem cōminari, & malum pro malo velle reddere. Videtur tamen huic sensui vtcunque fauere quod dicitur: Mouerem super vos caput. Nam motio capitis in scriptura solet irrisionem & insultationē significare. Veluti quū in Psalmo ex persona Christi dicitur: Omnes videntes me deriserunt me, loquuti sunt labijs, & mouerūt caput. Quod Euāgelistæ quoq; ita ad literā in Christo impletū esse testantur. Verūm id faciliē dissoluitur si attēdamus, quēadmodum in vocabulis vsuuenit, vt idem vocabulum plures habeat significationes, nonnunquam etiam contrarias, sic & in gestibus euenire, vt eosdem vel consimiles ad diuersā significanda adhibeamus: & nunc quidem in bonum, nunc verō in malum vsurpemus. Sic in

Psal. 21.

Mat. 25. **E**uangelio vocem illam, euge, vt collaudantis & cōprobātis interiectionem legimus, vt audit seruus fidelis, intra in gaudiū domini tui. Aliās verò ad irrisionē & cōgratulationem de malo alterius vsurpatā inuenimus. Veluti cum in Psalmo dicitur: Confundantur omnes qui dicunt mihi, euge, euge. *Psal. 69.* Et rursū: Euge, euge, viderunt oculi nostri. Quòd verò in bonā partē ista motio capitis sit intelligenda, æditio Græca satis manifestè insinuat, quæ addit, cum planctu. Mouissem (inquit) super vos cum planctu caput meum. *Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei.* In Hebræo est: Ad nihilum redacta est omnis cōgregatio mea, vel desolasti omnē cōgregationē meā, quod eundē habet cū nostra lectione sensum, si congregationē intelligamus & cōpaginē omniū mēbrorum corporis. *Suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi.* Videtur hoc loco interpretes Latinus ad æditionem Græcam respexisse, quæ mendacij hīc facit mentionē, legens in hunc modū: Surrexit in me mendaciū meū, secundū faciē meam respondit. Quòd intelligi potest de falsitate amicorū, quā aduersus ipsum proferebant. Vel aliter de ipso sancti Iob mendacio, nō quod dixit, sed quod diceret, si suū vellet cælare dolorem: & ita sensus cohæret cum priori particula, in hunc modū: Si velim cælare vel negare meum dolorem & miseriam, rugæ meæ proferent cōtra me testimoniū, & cōprobabūt me fallum dicere, & surget contra faciē meā illud mēdaciū meū, vt cōtradicat mihi & me accuset, ipsaq; macilentia faciei me arguet mendacij. Cæterū, alij ex Hebræo interpretes, nec mēdacij nec falsitatis nec falsiloqui sciunt mentionē, vertentes in hunc modū: Rugæ meæ testimonium dicunt cōtra me, & insurgit in me macies vel macilentia mea, in facie meā respondet, vel cōtra faciem meam testificatur. Atq; ita sensus est idē partis posterioris cū priorē. Etiam si velim meā dissimulare miseriam, & occultare vel negare, quā intus patior, ipsæ rugæ meæ accusabunt me mēdacij, & ipsa macilentia insolita contrariū testificabitur. Cæterū, ea quæ sequuntur. Collegit furorē suum in me, & alia dura: quidā ad amicos referūt, quibus occasione deditur videtur præcedens illud verbū falsiloqui. Verū quia illa quæ posterior sequuntur, omnia tam dura, nō possunt vlla probabilitate amicis accommodari, melius est, vt ad diabolum ea referamus, qui etiā falsiloqui nomine in eo quod statim

antecedit

antecedit rectè potest intelligi, quò sit (iuxta domini vocè) mendax ipse & pater mendacij: qui etiam per mendaciù accessum ad virù sanctù & potestatem in eù impetrauit, allegans corà deo illù nò nisi propter tēporalia cōmoda seruire deo, mox vertendù in impietate, si contingeret eù aduersis probari. Quidã hostē iustū de quo adeò quæri videtur Iob, deù ipsum intelligunt: què vt hostē, secundù figuratã loquutionem, fingit & depingit verbis. Nec multù id refert, siue deù faciamus hostē iustū & persecutorē, siue diabolù. Deus enim per diabolù virum sanctù afflixit: & diabolus ex dei potestate egit quicquid egit. Nec est quod exhorrescas, beatum Iob audire deù appellantem hostē & inimicù. Iam enim suprà dixit: Cur faciem tuã abscondis, & arbitraris me inimicum tuù? Et in responsione quæ subsequitur proxima, apertè deù vt hostē cōsiderat, quò de eo ait: Iratus est cōtra me furor eius, & sic me habuit quasi hostē suum. Et iterù amicis loquitur: Quare persequimini me sicut deus, & carnibus meis saturamini? Aduerte autè prolixã & pulchrã hoc in loco hypotyposim siue figuratiuã descriptionē & cōparationē, qua suam describit miseriam, & affligentē se crudelitatem sub similitudine venatoris & bestię. Primù enim venator se parat, & indignationē cōcipit quandã atq; feruorem aduersum bestiam, vt sine misericordia profequatur eã: mox oblata fera terribilibus oculis eam intuetur, siue (vt in Hebræo est) oculos in eam acuit, acutè eam obseruans, vt quãtocius inuadat. Emittit mox venaticos canes, qui apertò ore ad bestiã accurrunt, & appropinquãtes bestię, maxillæ eius morsum infigunt. Tum deinde accurrētes venatores captiuã apprehēdunt bestiam, eãmq; miseris tractãt modis, quemadmodum particularius singula in Elucidatione exposita vides. *Posuit me sibi quasi in signum.* Simile quiddam in Threnis legimus Hieremiæ: Tetendit arcũ suum, & posuit me quasi signũ ad sagittam: Misit in renibus meis filias pharetræ suæ. i. sagittas suas, quæ concluduntur in pharetra quomodo proles in utero. Et hoc loco, pro eo quod habet nostra lectio: Circumdedit me lanceis suis, alij ex Hebræo vertant: Circumderunt me sagittarij eius. *Effudit in terram viscera mea.* Philippus presbyter de morbo interno istud enarrat, dicens: beatum Iob non solùm foris toto corpore computruisse, verum etiã interiorius totum sanie liquefcere, sicq; interiora omnia fuisse conuersa

conuerſa in ſaniem, vt per alui ſecretiora paulatim effuſa in terrã fuerint: aſſerens in hoc loco, inter cætera mala etiam morbo dyſenterici languoris ſanctũ virũ fuiſſe vexatũ. Poſt tamẽ, quomodo cætera etiã iſtud per figurã intelligi, ad ſignificandũ atrocitatẽ vulnerũ. *Palpebræ mea caligauerunt.*

Ex Hebræo ad verbum legimus: In palpebris meis vmbra mortis. Eadem ferẽ eſt ſententia. Significare enim intendit obſcuritatẽ illam & cõcauitatẽ oculorũ, fletu exhaustorum, qualis in illis cernitur qui morti appropinquant, vel iã ſunt mortui. Idem noſter interpres per caligationẽ voluit exprimere. In eo autẽ quod antea ceſſit: Facies mea intumit à fletu, alij vertũt, obrigit, alij exuſta eſt. In idẽ redit ſenſus: Ex nãmio enim fletu, aſcendentibus ad oculos lachrymis, intumeſcit facies ob humiditatẽ: eadem incaleſcit atque rubeſcit & quaſi exurit, illarũ calore & acutie: ſiue dum intus latent, ſiue per genas deſtuunt. Poſt fletũ verò, velut obduratæ aſiduo fluxu rigeſcunt & indureſcunt genæ. *Terra, ne operias ſanguinẽ meum.* Per proſopopœiam terrã alloquitur, more poẽtico, qui arbores & ſylvas aut montes nonnunquã alloqui ſolent, velut animatas & rationales creaturas. Simili tro

Deute. 31. &
32.
Eſa. I.

po etiam Moysen legimus vſum, cum aduerſum filios Iſraël cœlum & terrã inuocaret in teſtimoniũ. Sic & Eſaias ſuam inchoat prophetiam à conſtatione cœli & terræ: Audite, inquit, cœli quæ loquar, & auribus percipe terra, quoniam dominus loquutus eſt. Cæterum, quod ad ſenſum huius verbi attinet, dupliciter id enarratur. Primũ quidẽ, iuxta intellectum ſuprà à nobis in Elucidatione expoſitum. Aliter verò alij velut per cõtrarium enarrant, hoc modo: O terra, ſi non eſt ita vt ego aſſero, ſi reus ſum & propter peccata mea punior, vt iſti dicunt amici mei, tu ne occultes ſanguinẽ meũ, ſed prodas illum, vt vltionẽ ſumas aduerſum me in teſtimoniũ meæ iniquitatis, & nõ inueniat clamor meus locũ in cœlis, prohibeat cœlum orationes meas, ne poſſint ad Deum ingredi, ſintq; preces meæ inexorabiles. Vt intelligatur Iob ſibiipſi vltionẽ imprecati, ſub cõditione præſuppoſita illius quod aſſerunt aduerſarij, cœlumq; & terrã ad vltionem aduerſum ſe inuocare. Verũ hic ſenſus quanquã à nõnullis Hebræorum probatur, noſtræ tamẽ leſioni nõ bene quadrat, propter adiectionẽ particulæ illius, latendi in te, in ſecunda parte. Cuius quidẽ particulæ (quæ neq; in Hebræo, neq; in antiqua

antiqua æditione legitur) adiectione , satis apertè videtur Latinus interpres alterum voluisse sensum, quem nos in Elucidatione expressimus: vt non sit imprecatio vltionis aduersus semetipsum, sed inuocatio tantùm in testimoniũ. Hebræa verò lectio, quæ tantùm habet. Non inueniat locum clamor meus, rectè etiam posteriorem sensum istum patitur: quam prior ille noster mitior videtur, & magis viro sancto cõueniens. Magis enim pium est postulare insolitũ testimoniũ, quam sibi ipsi dira sub quacunque tandem conditione imprecari. Adiuuat etiam nostrũ illum sensum, quod de Abel legimus, effuso ipsius sanguine innoxio, non opertum eum esse à terra, sed vocem eius de terra clamasse in cœlum. Simile quidam etiam de Polydoro Vergilius fabulatur libro tertio Æneidos. *Verbosi amici mei.* Vocabulum Hebraicum quod hęc ponitur, propriè eum significare videtur qui verbis rem agit, vel cuius officium, verbis vti. Idem enim est vocabulum quod in Genesi interpretum siue peritum linguarũ significat, vbi iuxta nostrã æditionẽ legimus, Ioseph fuisse loquutum fratribus suis per interpretem, id est, per aliquem polyglotton, siue plurium linguarum peritum. Vnde alij in præsentis loco sophistas vertunt: alij rhetores, quorum vtrunque nostra lectio complectitur. Nam & sophistæ & rhetores verbis vt plurimum rem agunt, eisque vel ad deceptionem componendis, vel ad persuasionem ornandis, magis quàm veritati inuestigandæ student. Propter quod, merito verbosi, aut non minus rectè verbales, (si esset Latinum vocabulum) possent appellari.

Gene. 4.

Æneidos. 3.

Gene. 43.

DECIMISEPTIMI CAP.

ELUCIDATIO.

Ecce spiritus ille vitalis qui corpus viuificat, & à corde primo vitæ fonte proficiscens, mēbra cętera regit, paulatim attenuatur atq; cõsumitur, deficiente complexionē & vigore cordis 2 quo deficiente, fieri non potest vt diu in corpore subsistam, sed vt breui deficiam est cõsequens, quum ab illo hominis vita dependeat: 3 ita quasi de proximo imminente mihi videam mortem, nec aliud peresse, nisi vt defunctus efferar in sepulchrum. Neq; tamen

Cap. 17.

Spiritus me

attenuabitur

2 dies mei

breniabitur

vt,

et solis mi-

hi superest

sepulchrum.

ista

- ista ut supplicium aut pœnâ patior peccatorû meorû graui-
 4 *Non pec-* tate cõmeritâ, quomodo vos asseritis. 4 Non enim mihi
casi, et in a- cõsciũ sum peccatorû vllorû tam grauiû, quibus hâc puni-
maritudini- tionẽ tã graue & insolitã videri possem cõmeritus: nihilomi-
bus moratur nus in innocetia mea amarissimis affligor doloribus, idque
oculus meus. assidue, vt cogatur iugiter demorari in fletu oculus meus.
- 5 *Libera me* 5 Quicquid verò dicant aut contendant isti amici mei, qui
domine, ignorât cõscientiã meã & cõsiliũ tuũ, tu domine, qui es om-
 nipotês & omniscius, libera me de tãtis malis, manum tuam
 saltè aliquantulũ remittens: 6 & quẽ videris repulisse, ac
 6 *et pone me* quasi hostẽ habuisse, in tã amara punitiõne, dignare iterũ ad
iuxta te. te assumere, & iuxta te constituere sub tua benigna prote-
 ctione & cõsolatione. 7 in quo si me audire dignaberis,
 7 *et cuius-* nullius omnino creaturæ formidabo virtutẽ. Si enim tu pro
vis manus me fueris, quis cõtra me poterit præualere? Dominus illumi-
pugnet con- natio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector
tra me. vitæ meæ, à quo trepidabo? Dominus mihi adiutor, non ti-
 mebo quid faciat mihi homo, sed despiciam inimicos meos.
- 8 *Cor eorum* 8 Quidni enim despiciã inimicos meos istos, qui nunc me
longè fecisti oppugnât, ac tãtis me permittẽte affligũt malis, impios dæ-
à disciplina. mones? quãdoquidẽ iã à te sunt dãnati, & perpetuõ repro-
 bati. Tu enim illos tradidisti in reprobũ sensum, permissio-
 ne tua & iusto tuo iudicio cor eorum elongatũ est ab omni
 disciplina, affectus eorũ alienus factus est ab omni veritate
 & probitate, pro veritate diligens mendaciũ, & impietatem
 præferẽs virtuti, sine vlla omnino spe resipiscetiaẽ aut reuer-
 sionis ad mentẽ saniorẽ, quoniã propria electione in malitia
 se obduratos & obstinatos reddiderũt: 9 propterea iuste
 9 *propterea* tu illos in dãnatione sua atq; miseria relinques, in perpetuũ
non exalta- nõ reassumẽdos ad illã gloriæ celsitudinẽ, qua exaltare eos
buntur. decreueras atq; glorificare, si in veritate & humilitate per-
 sitissent: quẽadmodũ angeli boni naturę illorũ cõsortes, eò
 qd in disciplina veritatis & humilitatis tibi subditi permãse-
 rũt, exaltatione sempiterna sunt glorificati. Hos igitur qui à
 te sunt dãnati & reprobati quare formidabo, si te merear ha-
 bere p̄tectorẽ? 10 Ipsi quidẽ sibi inuicẽ persuadẽt, me fore
 10 *Prædam* sibi in prædã: cõfidũt se mihi posse præualere, meq; in sua vi-
pollicetur so- scera per cõsensum impietatis traicere: & ita quidẽ malignus
ciis. ille huius meæ afflictionis p̄curator præcipuus pollicetur so-
 ciis ac ministris suis, quorũ in me affligẽdo vtitur obsequio.

11 Sed vana est illorū fiducia, quod quærūt non assequētur, 11 & oculi si
 quod moliūtur non perficient. Confundētur enim ab expe *liorum eius*
 ctatione sua filij, siue ministri, siue socij, impij tentatoris, nec *deficient.*
 assequētur prędā in quā intentos habebant oculos. Tu enim
 liberabis me de manu eorū, ne pręualeāt: & rapietur ab eis
 prędā, quā se voraturos sperauerant. 12 Ipse quidē hostis 12 *Posuit me*
 meus, vt me pessundaret ac per impatientiā perimeret, egit *quasi in pro-*
 quod potuit: tanta super me mala accumulans, vt factus sim *uerbium vul*
 omnibus quasi in prouerbiū, siue parabolā, ita vt iam in ore *gi,*
 sim omni populo, vixq; aliud quā de mea miseria inter ho
 mines etiam vilissimos sermo habeatur. 13 & prę nouitate 13 *& exem-*
 nimia inauditę crudelitatis, quā in me exercuit diabolus, fa *plum sum co*
 ctus sum quasi exemplū, quasi spectaculū afflictionis & cōsu *ram eis.*
 sionis, corā omnibus hominibus, ita vt nouitas ista omniū in
 me cōuerterit oculos. 14 Nimirū ad indignationē, siue ab 14 *Caligauit*
 indignatione illius crudelis, qua cōtra me exarsit, tātis sum *ad indigna-*
 repletus doloribus, vt prę nimio fletu exhausti deficiāt cali *tionem ocu-*
 gātes oculi mei: 15 omnia quoq; mēbra corporis mei, ita *lus meus,*
 doloribus sunt oppleta & vigore atq; virtute omni destitu *15 & mēbra*
 ta, ac prorsus exhausta, corruptione horribili, quę totū cor *mea quasi in*
 p' depasta est, vt quasi ad nihilū redacta videātur, nec suū of *nihilū reda-*
 ficiū vltra rectē adimplere sufficiētia, nec vlli vsui seruiētia: *ta sunt.*
 quū nō sint mea omnia nisi inutilis quędā putredo. Cū ve
 rō tā crudeli ira aduersum me demō impius exarserit animā
 meā diripere cupiēs, adeo tamē nihil ex hoc certamine refe
 ret laudis vel cōmodi, vt etia confusionē inde ampliōrē re
 cipiat. 16 Siquidē homines recti & simplices in sancto Dei 16 *Supebiūt*
 timore viuentes, siue qui nūc sunt siue qui in posteris genē *isti super*
 rationibus nascentur cū audierint vel legerint ea quę circa *hoc.*
 me acciderunt (pugnā istam grauissimā quam ego innocēs
 sustinui, & crudelitātē inauditam quam inuidus ille diabo
 lus aduersus innocentē exercuit, ac deinde inuictam in dei
 timore tam grauitertentari constantiam) prę admiratione
 nimia obstupescēt, admirabilem hac in re Dei dispensatio
 nem cōsiderantes: 17 & meo hoc exēplo corroborati ho 17 *& inno-*
 mines simplices & innocētia Deo seruiētes, nō solū non *cent contra*
 pertimescent impiū illum hypocritam, & mendacem falla *hypocritā su*
 cēmq; diabolam, omnis fictionis & mendacij parentē, ve *scitabitur.*
 rueretiam aduersus eum animo erigentur, vt eius omnia ma
 chinamenta pro nihilo pendant. Quare enim metuendum
 sibi

sibi putabūt ab impio illo demone, posteaquā ego eque car-
nē habēs passibilē vt ipsi, in corpore meo omnē illius impe-
tū sustinens, & passiones supra modū humanū intolerabiles
sine culpa ferēs, in nullo factus sum deterior, neq; per impa-
tentiā cessi, sed in pristino virtutis statu deo adiuuāte inui-
ctus perstiti? 18 Itaq; hoc meo exēplo corroborati homi-
nes pij, viā iustitię & mādatorū dei per quā cōperāt ambu-
lare, nequaquā metu diaboli deserēt sed perseuerāter in illa
ambulare pergēt, scientes quōd nulla virtute possit ille im-
pius expugnare hominis animū (quātūuis corpus atterat for-
ris) nisi propria voluntate cōsentiat, 19 atq; in hac fiducia,
sine timore assiduē vacātes pietatis operib; per indefessum
bonę operationis studiū, quotidianū merebūt diuinę gra-
tię & spiritualis fortitudinis augmentū, vt indies seipsis ef-
ficiātur robustiores, progrediētes de fortitudine in fortitu-
dinē, donec calcato leone & drācone, & omni inimici vir-
tute superata, per victoriosam pugnā, post gloriosam victo-
riam illuc perueniant, vbi videatur Deus deorum in Sion.

18 Et tenebit
iust⁹ viā suā,

19 & mūdis
manibus ad-
det fortitu-
dinem.

20 Igitur om-
nes vos con-
uerimini, &
venite.

21 et non in-
ueniā in vo-
bis vllum sa-
pientem.

22 Dies mei
transierunt,
23 cogitatio-
nes meae dis-
sipate sunt,

24 torquen-
tes cor meū.

20 Nūc igitur vos vniuersi, quotquot estis & quicūq; tan-
dem estis, qui me propter peccata mea plagā hanc sustinere
contenditis, cōuertimini ab errore isto qui vos fallit, & ve-
nite ad me veritatē super hac re docēdi, vt ea instructi meq;
accedatis sentētia. 21 Alioqui donec in vestra illa sentē-
tia persistitis, nō reputabo quēquā vestrū, hac sanē in par-
te qua mēdacio innitimini, sapiētis præstare officium. Quid
autē mirū videri debet, si ego tātis oppressus malis in con-
querēdo videar immodicus, & tragica quēdā verba queru-
lādo proclamē, vt propterea quasi blasphem⁹ a vobis & im-
pius iudicet? 22 Ecce quātūm ad humanū iudiciū attinet,
potior vitę meę pars iam trāsiiit, & in proximo imminērem
mortē videre mihi videor: 23 cogitationes quoq; meę in
diuersa distrahūtur & dissipantur, præ nimis doloribus, &
gravi totius corporis indispositione: peculiariter etiā extur-
batione cerebri & interiorū sensuum, qui in eo sedē habēt,
quorū ministerio cū necessariō debeat vti mēs hominis, cō-
sequens est, vt cerebro perturbato ipsę quoq; cogitationes
mētis perturbētur ac dissipētur sine debito modo & ordi-
ne, 24 atq; hęc cogitationū mearū dissipatio siue pturba-
tio mirū in modū cor & animū meū cruciat, quū præter pu-
gnā quā foris i corpore sustineo acerrimā, intus etiā in mēte
molestā

mole-
ris m-
ista c-
nō p-
gilē
die
aliqu-
ēfco
fita c-
in di-
27
las d-
mor-
ni ly-
chro-
pace-
fom-
ni pr-
pella-
trem-
tre q-
fratr-
res e-
bus, l-
& fo-
& m-
re. 3-
beā p-
xim-
quis
prof-
posse
hoc
bean-
11 In
meū
bita,
fura
simu
luc, i

mole st̄ā h̄ac sentire cogor inquietudinē, vt nec intus nec foris mihi sit vlla requies. 25 Vsq̄e adeo autē grauis est mihi ista cogitationū perturbatio, vt noctes mihi cōuertāt ī dies, nō permittētes ne noctibus quidē me requiescere, sed perui gilē me tenēt, absq̄; vlla somni requie: 26 & quomodo in die nō habēs requiē expecto noctis tenebras, sperās ī ea me aliquā habiturū requiē, ita vbi iam nox aduenerit nec valeo ēscere, rursū diē aduenire exopto, vt liberer à noctis mole ista quo solēt grauissimē laborātes & nullā habētes requiē, in die noctē, ac vicissim, in nocte, diē pr̄stolari & inuocare. 27 Et profectō tāte h̄ac sunt miserij quas patior, vt ferre illes diu nō possim & si in illis agendum mihi fuerit diutius, mortē nequibo euadere, eritq̄; sepulchrū corporis, & inferni lymbus, animæ habitatio: 28 & iam in tenebroso sepulchro atque inferno quasi lectū mihi video paratū, in quo in pace in idipsum dormiā & requiescam, donec ex susciter à somno meo. 29 Cōsiderānsq̄; me sic morti & corruptio- ni proximū, putredinē in quā paulopost sum resoluēdus ap- pellauī patrem meū, & vermes qui meū corpus arrodēt matrem meā ac sorores appellauī. Amodo enim neque cū patre qui me genuit, neq; cū matre quæ me peperit, neq; cum fratribus aut sororibus quæ ex eodē vtero prodierūt, mihi res erit aut vlla societas, sed tantūm cū putredine & vermibus. Hæc in sepulchro mihi aderūt, cū me & pater & mater & soror & frater deseruerint, vt meritō illa amodo patrem & matrē & fratrem & sororē & omnia mea possim nominare. 30 Quid est igitur quod in hoc mundo possim aut de- beā pr̄stolari, cū mortē & corruptionē istam quasi in pro- ximo imminētē conspiciā? & patientiā ac sustinētiam meā quis in hoc mūdo considerat, vt me liberet à miseria? Nihil profectō in hoc seculo à me videtur expectandū, quod me posset in plaga ista consolari: neque ad meam patiētiam in hoc mūdo quisquā attēdit, vt à quoquā hic expectare de- beam salutem, nisi à solo deo in futura remuneratione. 31 Imō post paululum mea anima (id est, quicquid propriē meū est nēpe anima ipsa, quæ nō est terræ sicut corpus de- bita, cū omnibus suis operibus virtutib̄sq; & vitiis) descē- sura est in infernū qui est locus subterraneus & profundis- simus, si cū superficie terrę & altitudine cœli conferatur: il- luc, inquā, corpore quod terrę debetur ex dei sentētia terrę tradito,

25 Noctē ver-
terūt in diē.

26 et rursū
post tenebras
spero lucem.

27 Si susti-
nueo infer-
nus domus
mea est,

28 et in tene-
bris strauī le-
tū meum.

29 Putredini
dixi, pater
meus es: ma-
ter mea et so-
ror mea, ver-
mibus,

30 vbi est er-
go nunc pra-
stolario mea?
& patientiā
mea quis cō-
siderat?

31 In profun-
disimū infer-
num descen-
dent omnia
mea.

tradito,

32 *Putasne
falsem ibi e-
rit requies
mibi?*

Zach. 9.

tradito, & bonis omnibus tēporalibus in eadē terra relicta, anima nuda cū operibus suis descensura est. 32 Vbi si mox plenā & perfectam esset habitura quietē, esset quidē hac ex parte leuior toleratu & infirmitas præsens & mors imminēs, propter spē propinquæ quietis. Nūc verò ne illic quidē anima plenā statim habebit requiē, sed in tenebris & vmbra mortis multo tēpore ei demorandū illic erit, sub expectatione vēturi Saluatoris, qui post multa sēcula vēturus est, vt educat vinc̄tos de lacu in quo nō est aqua perfectæ cōsolationis. Quæ cū ita se habeāt, mirū ne vobis videtur aut scandalizare vos id debet, si in querulādo & vociferādo ego qui tātis opprimor doloribus, videar aliquātō immoderatio: vt propterea me quasi blasphemū & impium abominemini?

ANNOTATIONES IN
CAPVT XVII.

Job. 19.



*S*piritus meus attenuabitur. Alij ex Hebræo legunt: Spiritus meus corruptus est. Quod de anhelitu potest intelligi, de quo etiā post dicitur, Halitum meū exhorrui vxor mea. Pro eo autē quod sequitur: Solum mihi superest sepulchrum, ex Hebræo ad verbum legimus: Sepulchrum paratum est mihi, vel sepultores habeo, quod eundem habet sensum: Non enim aliud quā propinqua mors significatur. Veluti cum proverbiali sermone dicimus, quempiā alterum pedem habere in sepulchro. Cæterum, pro eo quod sequitur: Non peccauī, Hebræi legunt: Profectō irrisores vel mendaces vel deceptores mecum. Quod licet verbis multum videatur à nostra lectione vulgata differre, sensu tamen non vsque adeo differt. Amicos enim secum agentes ob hoc mendaces, vel fallaces, vel illusores dicit, quia asserbant ipsum pro peccatis suis puniri, idque totis viribus vt sibi persuaderet conabantur efficere, quod ipse sciebat esse mendacium. Vnde siue dicas in hunc sensum: Profectō illusores vel mendaces mecum, siue: Non peccauī, eandē vtroque rem significas. *Libera me & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Admodum diuersē hic locus ab interpretibus Hebræis legitur & exponitur. Quidam sic vertunt: Transēam precor, fac me securum apud te. Quis enim

enim
quidē
ta cō
à mis
quā
det m
auxi
dū de
tā def
amic
fidei
accipi
re qu
quod
lob: S
ra me
tite in
tione
rius &
pollice
ba blā
Qui e
bland
prece
runt bl
diabo
in pro
sum ill
sum ce
dem se
ego ra
tia. Al
poni p
peccat
nostra
illo qu
perip
guarior
gnatic
dignat

enim illorum potest mihi manū dare ad securitatem? Quod quidem secundū partem priorem satis cum lectione vulgaris cōuenit. Quid enim aliud est, fac me trāsire, nisi libera me à miseria in qua nūc uiuo? quid est aliud, pone me iuxta te, quàm fac me securū apud te? Altera autem pars: Quis mihi det manū ad securitatē, hūc habet sensum. Idcirco à te peto auxiliū, quoniā præter te alius nemo sufficit ad me liberandū de tā grauissimā miseria. Tu solus es, qui mihi possis in tā desperatis rebus succurrere. Alij accipiūt verba ista vt ad amicos dirigātur, non ad Deū, legētes in hunc modū: Pone, fideiussorē da tecum, quis est qui percutiat in manū? Quod accipiunt secundū morem vulgatū quo solent homines de re qualibet cōtendētes se inuicē ad deponendū pignus aliquod, vel fideiussorē constituendū prouocare. Quasi dicat Iob: Si adeò certi estis vos, me esse impiū & propter peccata mea puniri, ponite pignus, aut date fideiussorē, aut percutite in manū stipulando, vt cogamini docere & probare ratione vel testimonio quod asseritis. Alioqui, velut temerarijs & in aërem loquētibus nō dabitur vobis fides. *Prædā pollicetur socijs.* Alij ex Hebræo vertunt, blanditiā aut verba blāda dabit socijs. Quod à nostra lectione nō discrepat. Qui enim prædā magnam & opimā prōmittit socijs, vtique blanda & iucunda auditu loquitur. Puto autē nostrū interpretē paraphrasticē declarare voluisse, cuiusmodi illa fuerint blanda & grata verba, quæ socijs ac ministris suis dabat diabolus, viri sancti præcipuus persequitur. *Posuit me quasi in prouerbiū vulgi.* Simile quid in Psalmis dicitur: Factus sum illis in parabolā. In eo autem quod sequitur: Exemplū sum coram eis, alij legunt: Tympanū suū corā eis, quod eūdem ferè habet sensum: Quomodo in tympano luditur, sic ego factus sum eis ludus, & oblectātur de mea loquēte miseria. Alius quidā vertit: In igne gehēnæ antea ero. Quod exponi potest secundū illorū æstimationem, qui propter sua peccata grandia putabant tam grauiter eū puniri. Secundū nostram autem enarrationem satis cōuenit verbū Iob cum illo quod ait Paulus, se factum esse spectaculū hominibus, & peripsēma ac purgamentū mundi huius. *Caligauit ad indignationē oculus meus.* Quidā codices Latini habent, ad indignationē: alij, ab indignatione. Sensus prorsus idē est, ad indignationē vel ab indignatione scēuētis mūdi dæmonis vi-

Psalm. 68.

I. Corinth. 4

rum sanctū repletū esse miseris, quibus descedis oculi desciētes prae fletu persusi sunt caligine. Quidā verò de indignatione ppria ipsi⁹ Iob exponūt: sed quod dictū est priori loco, videtur magis conueniēs proposito & veritati. In eo autē quod sequitur: Mēbra mea quasi in nihilū redacta sunt: alij legūt, in vmbra redacta sunt: alij pro mēbris vires legūt: alij cōpaginē totā, nēpe vel mēbrorū vel viriū. Sensus in omnibus idē est. Magnā enim defectionē & corruptionē intēdit significare: Alij sic legūt: Cogitationes meae sicut vmbra vniuersae. *Mūdis manibus addet fortitudinem.* Quidā co dices habēt ablatiuū, mūdīs: alij nominatiuū, mundus. Et parum refert vtro modo legatur, quū in eundē sensum ambae lectiones coincidāt: nisi q̄ secundū casum ablatiuū videtur aliquātō manifestius indicari modus quo sibi iustus cōsiliā fortitudinis spiritualis augmētum, nimirū per mundas manus, per munditiā manuum, per studiū assiduū operationis bonae. Quāuis & hoc faciliē in nominatiuo intelligatur. Per quid eum illū qui mundus est manibus, intelligimus addere sibi fortitudinē, nisi per ipsam manuū suarū mūditiē Græca æditio per nominatiuū legit: *Mūdos manibus assumet fiduciā.* Non inueniā in vobis vllū sapientē. Græca æditio habet: *Nō inuenio in vobis verū, secundū genus neutrum & dicitur, quæ lectio nostrā exponit.* Nō enim Iob illis vult adimere omnem sapientiā, sed tantū in proposito negotio sapientis eos negat præstare officii, vtpote qui innitantur mēdacio.

In profundissimum infernum descendunt omnia mea. In Hebræo quod dicitur, vadisseol: Alij vertunt ad profundū inferni: alij, ad latera sepulchri, nostra versio priorem sensum exprimit, signāter in profundissimū infernum dicēs, non q̄ significare velit locum dānatorum, qui in Psal. aliquoties appellatur infernus, vel lacus inferior: sed vt indicet, nō de sepulchro intelligendum, quod de subterraneo & profundo inferno intelligitur. Quod autem nos legimus, omnia mea, nō est in Hebræo, sed ab interprete est adiectū. Intellige autem omnia mea, id est, omnia quæ per mortē manent homini, id est, anima ipsa cū operibus suis. Nihil enim aliorū propriè nostrū est. Corpus enim terræ est debitum, nec possumus illud deferre nobiscū in infernum. Cætera quoq; temporalia bona debētur huic seculo, nō futuro, vbi talium nullus est vsus. Sola anima cū operū mentis vel demeritis mi-

grat ad inferiora loca. Opera enim illorū (vt ait in Apocalypsi angelus) sequuntur illos. Qui autē intelligūt latera sepulchri, per interrogationē conuenientē habebunt sensum, in hunc modū: An putatis, quōd in latera sepulchri mecum descendent omnia mea in quibus possem sperare? & nūquid ibi mihi esse poterit requies? Quasi dicat: Quid mihi possit esse spei in hoc seculo, quum iam iam sim inferendus sepulchro, quo certum est nihil me comitaturum quod me possit consolari aut beatū facere? Quem sensum satis innuere videtur æditio Græca, quæ sic legit: vbi est igitur mea spes, aut bona mea videbo? An mecum in infernum descendent, aut vnanimiter in sepulchrum descendemus:

DECIMIOCTAVI CAP.

ELVCIDATIO.



IS dictis suo ordine secūdo loqui cœpit *Cap. 18.*
Baldath Suites, qui in ordine amicorū di *Respondens*
gnitate & autoritate videbatur secun- *autem Bal-*
dus. Cœpit autē ab increpatione amara, *dath Suites,*
verbis Iob irritatus, quæ illum ad suam a- *dixit:*
micorūque iniuriam existimabat protu-

lisse. Sic autem loquutus est: 2 Quousq; tandem verba hu- 2 *Vsq; ad*
iusmodi inania, & ab nihilum vtilia sine iudicio & ordine quem *finem*
profundes, quicquid in buccā venit temerè effuriens? quan- *verba iacta-*
do tandem ab huiusmodi cessābis sermonibus, quos sine in- *bis?*
tellectu inaniter videris effundere? 3 Debebas apud te 3 *Intellige*
prius diligenter expendere sermones nostros, & intellectū prius, & sic
corū attentius perscrutari, ac deinde post maturā delibera- *loquamur.*
tionē ad rē propositā nobiscū loqui: quod minimè tu facis,
qui vix auditis nostris sententiis, statim cū imperu respōdes;
& sic respondes, vt videaris ea quæ nos diximus, vel nō at-
tentè audisse, vel certè non sufficienter intellexisse. Si enim
ea intellexisses, proculdubio acquiesceres nostris acquisi-
tis cōsiliis, aut vt minimū ad propositū magis accōmodè
respōderes, qui nūc videris tantum querulari verbis nescio 4 *Quare ve-*
quibus & sine ordine vagari, propositōq; minimè insistere. *putati sumus*
4 Et primum quidem illud à te scire velim, vnde tibi tanta *vt inuenta,*
illa sit confidentia, vt tu vnus in passione & miseria possi- *et forduimus*
tus, nos & numero plures & sapientia nihilo inferiores, qui *coram te?*

huc ad te amicitie gratia venimus, neq; haften⁹ aliud quam amici officiu⁹ prestitimus, audeas ita cotenere ac penitus nihilifacere, vt vix amplius nobis quam iumentis irrationabilibus tribuas, perinde ac si nobis non sit ratio vel iudiciu⁹: dum ita improbe sermones nostros repellis, & impudeter nimirum arrepta censoria virgula de nobis pronuncias, omnes nos vna accusatione perstringes, dum nos insipientiae arguis, & quasi doctor te nobis atque magistrum promittis, vt tui nos effici-

5 *Quid perdis animam tuam in furore tuo?* mur discipuli. 5 Quare ita in iracundia & furore tuo bonis nostris monitis tam pertinaciter obluetans, animam tuam perdis, & condensationi reddis obnoxiam? cui multo rectius consules, si cum mansuetudine verba nostra quae pro tua utilitate & salute loquimur benignè susciperes, eisq; acquiescèdo à blas-

6 *Nunquid propter te de relinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo?* phemis tuis sermonibus desisteres. 6 Quid verò tibi poterit utilitatis adferre istae tuae querimoniae, exostulationes, atq; blasphemiae, quas contra deum eloqui non cessas? An forsitan confidis hoc pacto cogere Deum & apud eum efficere, vt propter te aliquid eorum immutet, quae apud ipsum definita sunt, & prouidentiae eius consilio constabilia? cuiusmodi videlicet est inhabitatio terrae ab hominibus, vsque ad seculi consummationem, & durissimarum rupium in suis locis stabilitas. Quomodo enim ista ac similia quae stabili lege consistunt, propter te non mutabuntur, sic neq; ob tuas irrationabiles querelas aliquid mutabitur eorum quae ipse circa te facere constituit. Quare praestat, vt tu in patientia ipsius voluntati & dispensationi te conformans, desistas ab huiusmodi blasphemis.

7 *Nonne lux impij extinguetur?* 7 Quòd si te aequitas & convenientia diuinæ dispensationis non moueat, certè vel ipse impiorum miserabilis exitus qui certò eos manet, meritò te ab impietate huiusmodi deterrere & reuocare deberet. Illud enim imprimis certissimè est, homines impios, & si ad tempus aliquantum luce quadam prosperitatis terrenae & gloriae temporalis videantur resplendere, non diutàm illa frui posse, sed breui perituram illam ac prorsus extin-

8 *Nec splandebit flama ignis eius?* guendam. 8 Atque etià si magnus videatur splendor ille gloriae eius, ita vt quasi flama ignis in altum se tollat, sicque conspicua omnibus, ne sic quidem duraturus est splendor ille egregius.

9 *Lux obtenebrescet in tabernaculo illius:* 9 Quin potius lux illa omnis & gloria quae paulo ante totum impij tabernaculum videbatur illustrare, & splendore suo omnem eius domum, cognitionem atque familiam exornare, post paululum prorsus obscurabitur, & quasi in tenebras quasi-

dam vertetur: ita ut ex diuite pauper, ex honorato contem-
 ptilis, ex glorioso inglorius fiat & abiectus. 10 Nimirum *10 & lucer-*
 prosperitas illa & gloria qua deus impiū ad tēpus illustravit *na que super*
 & glorificauit, ob peccatorū ipsi^o demerita, diuino iudicio *eum est ex-*
 subtrahetur: & quomodo ante gloriosum eū & honorabile *tingetur.*
 fecerat affluētia bonorū, sic postmodū eum reddet cōtem-
 ptilē, subtractiōe omniū. 11 Gressus illi potētia eius qui- *11 Arctabū-*
 bus solet in superbia sua, tanquā gallus extēto collo, incede- *tur gressus*
 re, diuino iudicio egregiē arctabūtur & comprimentur; ma- *virtutis ei^o:*
 gnificos illos & superbos incessus faciliē eū docebit super-
 ueniēs grauissima aduersitas. 12 Atque huius ruinæ & mise- *12 & præci-*
 rię, nō alius quilibet, sed ipse sibi causa erit, malo cōsilio & *pitabit eū cō*
 proposito suo credēs, postposita dei volūtate & sapientum *silium suum.*
 cōsiliis: quod ei erit in ruinā & præcipitiū mortis sempiter-
 næ. 13 Ipse siquidē, nō alio quolibet cogente impulsus, sed *13 Immisit*
 propria spōte & sua ipsius voluntate, pedes suos immisit in *enim in rete*
 rete, affectus suos tradidit cōcupiscētis malis vitiisque om- *pedes suos,*
 nibus & peccatis, quæ sunt rete diaboli & laqueus mortis:
 14 & in huius retis varietatibus iugiter impius ambulat, de *14 et in ma-*
 vitio in vitiū transiens, ita ut nullū sit vitiū quod non perā- *culis eius*
 bulet, nulla peccati species, quā non experiatur & qua non *ambulat.*
 coinquinetur. 15 Cū verō aliquantisper in reti isto am- *15 Tenebi-*
 bulauerit, consuetudo praua velut laqueus quidā inextrica- *tur plāta il-*
 bilis affectū eius ita comprehendet astrictū quē tenebit, ut *lius laqueo,*
 non se possit extricare: quemadmodū auis comprehēsa la-
 queo, nō se potest inde expedire. 16 Et cū in consuetu- *16 & exar-*
 dinē peccandi iam venerit, ad eō non extinguitur in eo ma- *desiet contra*
 læ sitis ardor, id est, prauæ concupiscētia flamma, ut etiam *eum sitis.*
 magis cōtra eum exardescat, & profundius eum damnatio-
 ni quærat immergere. Quō enim amplius quis obedit pra-
 uis concupiscētia carnalis affectibus, eō magis illa sœuit &
 amplius ad similia excitat: quemadmodū in hydropico, quo
 plus fuerint potæ, plus sitiuntur aquæ: & scabiōsa caro quo
 magis scalpitur, eō maior excitatur pruritus. 17 Abscōditus *17 Abscōditus*
 est in terra laqueus quo capientur pedes eius, dum rebus *est in terra*
 terrenis cor apponens eis immodicē inhærendo cœlestia *pedica eius:*
 negligit: sic quē in his inferioribus infixus hæret, & inuolu-
 tus detinetur, ut ad superna nequeat oculos attollere: *18 & deci-*
 18 & decipula qua capiēdus est, super semitā impietatis per *pula illius sit*
 quam ambulat illi est parata, ita ut in operibus manū sua- *per semitam,*

- 19 *Vndique* rum & gressibus pedum suorū cōprehendatur. 19 Cūm
terrebunt eū verò ex longa cōsuetudine peccādi peruenerit ad pessimā
formidines. conscientiā, consequetur dehinc miseranda ipsius afflictio
interior atq; exterior, & terreat eum vndiquaq; multiplex
formido; interius quidē ex carnificina malæ cōscientiæ, exte-
rius verò ex dei iudicio quod illū in ultionē peccatorū per-
sequitur. 20 Adeoq; angustiis ex omni parte circūdabitur
20 *& inuoluent pedes* & cōcludetur, vt penitus inuolutus & quasi perplexus hæ-
eius. reat in illis, nesciens quid velit agere, aut quò se vertat, aut
21 *Attenuetur fame* ro-
bur eius, & gloriabatur, ob rerū ad vitā necessariarum defectū attenuetur
atq; deficiat: & latera illa pingua de quibus solet aruina
media inuadit costas il-
lins. depēdere, edax fames obtinebit, costasq; illius bene curata
cute prius quasi armatas, exedet atq; cōsumet vorax inedia:
iusto Dei iudicio sic disponēte, vt qui in abūdātia nec Deū
reuereri, nec hominū voluit misereri, in egestate ipse coga-
tur miserā sustinere. 22 Deuorabit vorax ista inedia pul-
22 *Deuoret pulchritudine*
cutis eius: nō pabulo fulcire, ita vt corp⁹ illius quod antē totū pingue
erat succulentū & lene, iā præ cōsumptione carnis rugosum
& lūpidū, & asperū appareat: 23 brachia autē illius & crū-
23 *& consumat brachia*
illius primogenita mors. 23 *illius primogenita* mors. 23 *illius primogenita* mors.
& lūpidū, & asperū appareat: 23 brachia autē illius & crū-
tera corporis mēbra inuadet dolor immensus & intolerabi-
liz cruciat⁹, ipsa quoq; morte durior, ita vt quasi mors que-
dam primogenita & mors ante mortem videatur, aut certē
mortis ipsius primogenitus, quo nihil morti est ppinquius.
24 *Auella-* 24 *Omne id* in quo habebat fiduciā, siue diuitiarū abun-
de tabernaculo suo si-
ducia eius, auelletur de tabernaculo eius. 25 Mors aduersus eū præ-
25 *& calcet sup eū* quasi
rex interit⁹. dabit, & velut pedibus cōculcabit, vt nulla ratione possit e-
26 *Habitens in* tabernacu-
lo illius socij eius qui non
eius qui non est,
26 *Habitens in* tabernacu-
lo illius socij inhabitabūt, socij videlicet eius qui modò nō est siue defun-
cti, qui illi dū viuerent amici esse videbantur peculiare: hi
videlicet post mortē illius conuertentur ad oppressionē fi-
liorum, eosque per vim vel fraudē spoliabunt bonis pater-
nis, ac sibi ea vēdicabunt. 27 *Moriens* verò impius ille
nihil

nihil aliud relinquet quàm nomen pessimū, quod est quavis tur in taber
 sulphurea flāma scetidius, magisq; detestandū; atq; hoc pes- *naculo eius*
 simo nomine totā suam domum atq; familiā abominabilem sulphur.
 reddet, velut cū in domo aliqua sulphur accēditur, tota ipsa
 graui dolore cōpletur. 28 Denique, quicquid ille dū vi- *28 Deorsum*
 ueret egit, totū redigetur in nihilū, nihil eorū prosperū ha- *radices eius*
 bebūt successum, vel ad debitū finē perueniet, quēadmodū siccentur.
 videlicet ea quæ ipse suis manibus plantauit infernē à radi-
 cibus exciccabuntur, 29 ea verò quæ iā sursum germinare *29 sursum aut*
 ceperunt, & quasi metendū matura vidētur, sic atterētur & tē *atteratur*
 absq; vtilitate cōsumētur, vt fructū hæredes eius nullū inde *messis eius.*
 accipiant. 30 Non solū autē ipse infœlix morietur, verū- *30 Memoria*
 etiā ipsius memoria simul cū ipso peribit de terra, ita vt nō *illius pereat*
 sit vlla apud homines de eo memoria in bonū: & nō erit nō *de terra, &*
 men eius celebre in plateis & cōuentiunculis hominum, vbi non celebre-
 solet bonorum virorum frequens & celebris fieri memoria. *tur nomē ei*
 31 Nimirum deus scelerū vltor, suo iudicio illū expellet de *in plateis.*
 luce huius mūdi in tenebras exteriores & sempiternas, vbi *31 Expellet*
 sine fine erit fletus & stridor dētium: 32 & ex hominibus *eum de luce.*
 auferet habitationē eius, transferētq; eum de hoc mundo in *32 & de orbe*
 profunda inferni, vbi cum dæmonibus ei erit perpetua so- *trāsferet eū.*
 cietas. 33 Neq; solū ipse in semetipso deficiet ab homi- *33 Non erit*
 nibus, sed etiam in posteritate sua nō erit ei vel semen pro- *semen eius*
 pinquū vel longinqua progenies, nō filij aut nepotes vllius neq; proge-
 momenti vel nominis vel dignitatis in populo suo, sed vel *nies in popu*
 omnino deficient filij cum patre, propter imitationē scelerū *lo suo,*
 paternorū, vel (si superstites māserint) erunt despecti & cō-
 tempti ab omnibus, propter malum nomen quod pater re-
 liquit in populo. 34 nec omnino vllæ ei erunt reliquæ *34 nec vllæ*
 aut progenies aliqua vllius momēti, in quibus videatur ipse *reliquæ in*
 mortuus aliquo modo viuere: quēadmodū e contrariō viri *regionibus*
 boni, etiam post mortē suā, in probis filiis quos superstites *eius.*
 relinquunt, viuere solent. 35 Quum autē tēpus illud con- *35 In die eius*
 demnationis & iudicij huius aduersus impiū venerit, quādo *stupebūt no-*
 in eum terribile istud iudiciū exercebitur, stupebunt & hor- *uissimi, &*
 rebunt omnes qui viderint, parui & magni, nouissimi & pri- *mos inua-*
 mi, infimi & dignissimi, præ magnitudine miseriæ quę super *det horror.*
 illum adueniet. 36 Ad hunc, inquam, modum, o amice, *36 Hæc sunt*
 agerur de domibus iniquorum, & huiusmodi erit conditio *ergo taber-*
 hæc exitus illorum, qui Deum modò non habentes an- *nacula ini-*

qui, & iste
locus eius
qui ignorat
Deum.

te oculos, iniquitatem suam audacter perpetrant, & blasphemias loqui non verentur, nec volunt peccatorum suorum agere pœnitentiam. In quorum numero etiam tu esse videris, qui aduersus Deum tam licenter loqueris, neq; toties iam monitus agere vis pœnitentiam.

ANNOTATIONES IN
CAPVT. XVIII.



*V*sque ad quem finem verba iactabis? Alij sic legunt: *Quādo finē pones sermonibus?* Sensus est idem. *Sorduimus coram te.* Sordescere nobis dicitur quod vilescit ac nihilipē dicitur. Alludit autē ex parte aliqua ad iumentorū vilitatē, quorū iamiam meminerat. Hęc enim in fimo sordescūt.

Nunquid propter te delinquetur terra? Diuersas huc adferunt interpretationes, alij morales, alij literales. Nobis videtur sermo esse parabolicus & prouerbialis, quasi diceret: Nūquid propter tuas querimonias istas tam ineptas aliquid in ordinatione diuina mutabitur: Nūquid per illas diuina prohibere te cōfidis iudicia, & quæ ille decreuit ne perficiantur impedire? Ita & vulgò solemus dicere, ei qui magnū aliquid & quod vltra rationē esse videtur postulat. Nunquid propter te mare siccabitur, aut cœlū in suo cursu cessabit? Perinde ac si dicamus: Eadē opera etiā hęc postula. *Nōne lux impij extinguetur?* Vidētur ista nimirū habere acrimonia, si vt in virū sanctū prolata accipiantur. Vnde nos generaliter ad impios accōmodauimus. Sic enim solēt rhetoricè loquētes, occasione accepta, à particularibus ad generalia transferre sermonē, quēadmodū suprā annotauimus in cap. 13. tractantes verbū illud sancti Iob: Statim vt se cōmouerit turbabit vos. Cæterū id quod statim subiungitur: *Lux obrebrefcit in tabernaculo eius,* &c. posset aliter exponi, de lumine ipso naturali, vel de lumine diuinæ gratiæ, aut humanæ sapiētiae, quæ est in impio. Quicquid enim nūc in eo videtur esse luminis, siue naturalis, siue gratuiti, in mōte extinguetur: & lucerna illa qua desuper nonnunquam illuminari solet, in morte prorsus extinguetur: quoniā illuminatio diuinę inspirationis qua subinde visitatur etiā impij, quādiu in hoc statu sunt vitæ huius mortalis, ea prorsus subtrahetur illis

illis post mortē. Nos autē in elucidatione totū exposuimus de luce. i. gloria & claritate temporalis prosperitatis. *Et in maculis eius ambulat.* Alij vertunt: in intricacionibus eius: In idem redit sensus, si intelligamus de variis generibus vitiōrū in quibus viuit impius. Ipsa enim sunt maculæ siue varietates & deformitates retis eius quod est impietas: & eadem rectē intricaciones vel intricata retis illius dicuntur.

Et ardescet contra eum sitis. Nos sitim intelligimus concupiscentiæ malæ ardorem insatiabilem. Potest etiā intelligi dānario ipsa, quæ velut sitit & anhelando expectat impios, vt eos deuoret. Vel eadē ratione diabolus intelligatur impiorum damnationē sitiens, qui nunquā satiatur dānatione hominū: iuxta id quod in sequentibus dicitur: Absorbebit fluitū, & nō mirabitur: & habebit fiduciam, quōd influat Iordanis in os eius. Ex Hebræo alij legunt, sitientes: alij armati: quæ ad eundē sensum possunt accommodari. *Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius.* Alij ex Hebræo sic vertunt: Erit famelicū semen eius, euentus malus parabitur lateri eius. Vbi per latus quidā Hebræorum intelligunt vxorē, quæ est viro socia & à latere, imò quasi alterū eius latus, nimirū vnum corpus cum eo & de viri costa primitus formata. Sicq; significabitur, etiā vxori mala aduētura propter viri impietatē, sicut & filiis famis miserā. Alij pro inedia flagellū vertunt, intelligentes dolorē quālibet grauē quī latus inuadit impij, vt intolerabili ipsum affligat dolore, quē admodum de Anthiocho impietate illustri, Machabæorum libris legimus. *Deuoret pulchritudinem cutis eius.* Alij vertūt, fulcimenta cutis: quod in eundē sensum reducitur. Pulchritudo enim cutis est, si bene fulcita sit & repleta carne interioris. In eodem quod sequitur: Consumat brachia illius primogenita mors, alij vertūt, primogenitus mortis. Intelligūt autē per mortis primogenitū dolorē grauissimū, qui videtur morti proximus, & quasi idē cum morte: quomodo dicere solemus methaphoricē, primogenitū esse alicuius, quod vel idem est cum ipso, vel ipsi proximum. Idem intelligimus, & nos per mortem primogenitam. Iuxta aliquam æditionem, primogenita videtur in neutro genere & accusatiuo accipiendum, pro præcipuis & præstantioribus. Sic enim habet: *Comedat autem eius speciosa mors.* *Calcet super eum quasi rex interitus.* Alij ex Hebræo sic legunt: Educet eū ad regē terrorum

terrorum. Per regem autem terrorum, anxietatē quæ est in morte intelligunt, Omnium enim terribilium (vt ait Aristoteles) mors est terribilissimū, propter quod merito rex terrorū dicitur. Eodē nomine & diabolus nō immeritō potest intelligi, qui est rex terribilis super omnes filios superbiz. Ad hunc autē regē terrorū educetur anima, quando de corpore cogetur emigrare. *Habitent in tabernaculo eius socij eius qui non est.* Alij per tabernaculum intelligūt ipsū corpus, in quo post mortem inhabitant vermes, qui solifunt socij defuncti, iuxta id quod capite præcedenti dixit Iob: Mater mea & soror mea vermibus. Per asperionem autem sulphuris in tabernaculo, intelligunt fœtorē de corpore egredientem. Quorum vtrunque in Antiocho adhuc viuēte fuit impletum, de cuius corpore vermes scaturiebāt, & tantus exibat fœtor, vt non posset eius præsentiam ferre exercitus

2. Mac. 6.

DECIMINONI CAPITIS ELVCIDATIO.

Cap. 19.
Respondens
autem Iob,
dixit:

2 *Vsquequo affligitis animam meam, et atteritis me sermonibus? uem plagam sustinere?*
3 *En decies vicibus me confunditis, et non erubescitis, operimētes me.*
4 *Nep̄e etsi ignorauī, mecum erit ignorantia mea.*

5 *At vos contra me cri-*



Is ita à Baldath de impiorum malorum exitu prolatis, sanctus Iob in querimonia persistēs, ita respondit: 2 An nō tandē cessabitis uos animā meam, alioqui plus satis doloribus grauatā, amaritudine uerborū uestrorū amplius atteritis, & quasi cōminuere atq; cōterere uestris increpationibus, & quantū in uobis est desperatione meum animū deiicere; cum me contenditis, ob peccata mea istā tam grauem plagam sustinere? 3 Ecce iam non semel, sed multis vicibus me cōfunditis, asperitate & amaritudine uerborum uestrorū, quibus in me inuehimini: & cū uel pudore retrahi deberetis ab oppressione tam afflictī amici, uos tamen non erubescitis ita grauiter mēdacijs & increpationibus me calumniari. 4 Nec est q̄ dicaris, uos ad meam instructionē ita agere, cū etiamsi ego uerē errauerim in aliquo, malē sentiens aut minus circūspēctē loquēs, uos tamen nō sitis ij qui me possitis sufficienter corrigere & meliora docere; atque ita, quātum ad uos atinet, si errauerim, permanebo in ignorantia mea, neq; per uos potero rectē instrui, cum sciā omnē uestrum sermonē inniti mendacio. 5 Et cū me docere non sufficiatis, uos tamen superbē contra me eleuamini & insurgitis

insurgitis aduersum me, etiã in faciem mihi contradicentes, *gimini, & ar-*
guitis me op-
 nis omnibus vestris sermonibus permotus, in mea persisto *probriis*
 sententia, quã ab initio asserui, & defendendã suscepì, vòsq; *meis.*
 hortor & moneo, vt vel nunc tandẽ intelligatis, qđ deus in *6 Salte nunc*
 hac plaga quã patior non æquo iudicio mecũ agit, si consi- *intelligite,*
 deremus morẽ quẽ solet in puniendis hominũ peccatis ob- *quia deus nõ*
 seruare, quòdq; punitio ista modũ trãscendat consuetũ quẽ *æquo iudicio*
 solet obseruare in castigandis peccatis hominũ. Vnde intel- *afflixerit me*
 ligere debetis, plagam istam tam grauem qua affligor, & fla- *& flagellis*
 gella quibus ex omni parte circumcingor, intus & foris ple- *suis me cin-*
 nus doloribus, non euenissẽ mihi ex æquitate diuini iudicij *xerit.*
 pro vltione peccatorũ meorũ, quemadmodũ diuini iudicij
 æquitas & rigor solet grauia hominũ peccata in hoc mundo
 punire: cùm nequaquam in me agnoscam peccata vlla tam
 grauia, quæ tam insolitam & crudelem castigationem essent
 com mei ita, secũdum legem consuetã qua solet deus in hoc
 mũdo pro peccatis homines castigare. Quid igitur vobis
 mirum videtur, si ego tantas afflictiones præter meã culpã
 patiens, conqueri videar aliquanto liberius? 7 Ecce enim 7 *Ecce cla-*
 tantus est meus dolor, vt præ nimia vi & vehementia cogar *mabo vim*
 exclamare: sed nemo clamorem meum exaudiuit, nusquam *patiens, &*
 quisquam vel Deus vel homo apparet, qui mihi succurrat, *nemo audiet*
 meũq; dolorẽ leniat: 8 & si voce lamentabili siue hor- 8 *Vocifera-*
 ribili exclamem & inuocẽ iudicẽ, nemo respondet qui cau- *bor, & non*
 sum meã discutendã aut iudicandã suscipiat, vt de tantis ma- *est qui iudi-*
 lis me liberet. Vultis autẽ iterũ vobis figuraliter depingam, *cet.*
 quã aduersum me crudeliter agat persecutor meus, siue
 bonus Deus, siue impius diabolus, & quam me tractet inhu-
 manite? 9 Ecce cõclusit me ex omni parte, & quasi vallo 9 *Semitam*
 quodam circumdedit me, nimis aduersitatibus atq; miseriis *meam circũ-*
 vndique me obruens: quibus ita me concludit angustat & *sepsit, &*
 circumuallat, vt nusquam mihi pateat effugiendi via, nusquã *transire non*
 locus detur respirandi: 10 atq; insuper iter meum totum *possum.*
 opplevit tenebris, ita me terrore suo conturbans, vt nesciam 10 *& in cal-*
 quid agere aut quò me vertere debeam, veluti cùm ho- *le meo tene-*
 mo in tenebris densissimis ambulare cogitur, nesciens om- *bras posuit.*
 nino quò vadat. 11 Primũ quidem, omni substantia di- 11 *Spoliauit*
 uitiarum, quibus ornatus eram & insigniter præ aliis glorio- *me gloria*
 us, subitò ac violenter me spoliauit, à iumentis vsque ad mea- *ad mea-*
 filios

- 12 *& abstulit coronam de capite meo.* filios vteri mei perdens quæcunq; habueram omnia. 12 Dignitate quoq; meam quæ mihi quasi pro corona erat, quæ me decorabat & honorabilem reddebat, à me abstulit, sicut ex dignissimo pauperrimum, sic & ex honoratissimo despectissimum faciès: quod certè miserrimum iudicatur genus infelicitatis ita fuisse infelicem. 13 Non solùm autem in vna aliqua re mihi damnùm intulit, sed profus omnia quæ ad me attinebant destruxit atque dissipauit, oues & boues, asinas & camelos, seruos & charissimos liberos, insuper & in corpore proprio uicere percussus grauissimo, totus in meipso horrida corruptione tabesco. 14 Neq; vllam mihi video spem posteritatis, quæ solet cõsolari patres morientes, sed interfectis ante me liberis, protinus mihi omnem eius rei spem abstulit: ad eum modum quo arbori radicitus euulsæ omnis aufertur spes generationis aut repullulationis, cuius utique spem habet, quando diu radicibus terræ inhæret, etiã si ramorum aliqui vel omnes præcidantur. 15 In his omnibus grauem aduersum me indignationis suæ ostendit, qui me affligit tam grauissimè: sic me habere ac reputare videtur quasi hostem & inimicum suum. Profectò enim iudicio humano signum esse videtur magnæ hostilitatis & inimicitiarum nõ vulgariùm, sed inaudita plaga, tam insolita persecutio. 16 Vno impetu tota sua virtute irruerunt in me lictores & ministri eius, quorum crudelitate in mea afflictione voluit uti. id est demones impij & homines crudeles, Chaldæi atq; Sabæi, qui simul iuncti, in me tota virtute irruerunt, ut omnem meam substantiam ac meipsum perderent.
- 17 *& fecerunt sibi viam per me.* 17 Venientesq; transierunt super me, & ita pessum dederunt atq; cõculcauerunt, quæadmodum via publica per quam plurimi transeunt cõculcatur ac teritur. 18 Neq; verò leuiter solùm aut per transitum mihi nocuerunt percussione honoraria, sed prolixiori temporis mora vsque modò non discedunt à me, etiam nunc tabernaculum istud miserandum corporis mei per circuitum obsidentes, ut me funditus perdant, veluti cum exercitus castrametatur in circuitu ciuitatis alicuius, quam euertere ac solo æquare cupit.
- 19 *Et obsederunt in gyro tabernaculum meum.* 19 Contribules atque conciuues meos, imò & fratres germanos secundum carnem cõiunctissimos, præ magnitudine miseriam à me elongauit, ita ut meam præsentiam exhorrescant: 20 & ij qui mihi olim familiariter noti erant, qui mihi peculiari amicitia aut familiaritate iuncti paulo ante fuerant,

tant, ita me deserūt & longè à me recedūt, ac si nulla vnquā
 eis mecū familiaritas intercessisset. 21 Qui mihi secundū
 cognationē vel affinitatē propinqui erant, cognati & affi-
 nes, aut alio quouis iure coniuncti, quasi ignotū me dereli-
 querunt, nullū mihi in tanta miseria humanitatis exhibentes
 obsequiū: 22 & qui mihi olim peculiari familiaritate cōiun-
 cti fuerant, veteris amicitiae & familiaritatis obliiti: noluerūt
 me agnoscere. 23 Nō solūm autē extranti me reliquerūt,
 verum etiā domestici, utpote vernaculi domus meae quos à
 puero domi meae alui, & ancillae matres illorū vernaculorū
 me noluerūt agnoscere ut dominū & herum suū, obediē-
 tiam & reuerentiam debitam mihi persolvere recusantes:
 24 sed me sicut alienum & incognitū reputauerunt, nihilo
 amplius meis verbis quā alterius cuiuslibet hominis inco-
 gniti & nullū in eos habentis imperiū, parentes. 25 Seruos
 meos, si qui fortè ex multis pauci adhuc superessent, cū vo-
 carē: post erēmque exhiberi mihi ab eis aliquid obsequij, non
 dignati sunt vel respondere mihi: ita ut si quid ab illis vel-
 lem obtinere, precibus mihi agendum esset, nō iussione aut
 imperio, cogerēque proprio ore ego dominus & herus illos
 suppliciter deprecari, quibus paulò antè meo iure solebam
 imperare atque praecipere pro libito. 26 Ac forsitan parū
 id videatur de seruili isto genere hominū, qui nulla honesta-
 tis ratione ducuntur. Amplius verò, etiā ipsa vxor mea, quae
 vna caro mecum esse debebat & corpus vnū qua nihil est
 mihi cōiunctius, etiam ipsa meam exhorrescit praesentiam,
 propter anhelitus mei grauitatem, quam ferre non posse se
 querulatur: 27 insuper & filios vteri mei, id est, nepotes, si-
 lios filiorū meorū paruulos, vel filios concubinarū mearum,
 vel alios quos tanquā filios vteri mei simili charitate domi-
 meae educaui, etiā his cogor deprecando adulari & blandè
 loqui ac supplicare, si quid ab eis fieri velim. 28 Non so-
 lum autem me contemnunt maiores & digniores: verum-
 etiam stulti & insipientes, homines viles & nullius precij me
 despiciunt, quem paulò antè in summo habebant honore. 28
 29 Ea licet forsitan in praesentia mihi non nihil deferre vi-
 deantur, ob autoritatē & dignitatem pristinam, mox tamē
 vbi vel paululum ab eis diuertissem, mihi detrahebant, &
 de me indigna dicebant, qualia antè nec cogitare fuissent
 mihi. 30 Quos ego olim à cōsiliis & secretis habebā, cum

21 Derelique-
runt me pro-
pinqui mei:

22 & qui me
noluerūt ob-
liti sunt mei.

23 Inquilini
dom^o meae et
ancilla meae,
sicut alienum
habuerunt
me:

24 & quasi
peregrin^o fui
in oculis eorū.

25 Seruū meū
vocauit et nō
respondit: ore
pprio depre-
cabat illum.

26 Halitum
meum exhor-
ruit vxor
mea.

27 & orabā
filios vteri
mei.

28 Stulti
quoque despi-
ciebant me.

29 & cū ab
eis recessissem,
detrahebant
mihi.

30 Abomina-
quibus

si sūt me quōdam consilia rī mei. quibus secreta quæq; tractabā, & consilia mea omnia ut dissimilis certissimīsq; amicis cōmunicabā, isti me in miseria hac positū contēpserunt: 31 illi etiā quibus peculiaris amoris indicia & multa & magna demōstrauī, beneficiorū omnium inmemores & ingrati, me aduersantur, fugiunt à me, & vultum auertunt, neque vel colloquio dignantur miserum.

32 Super hæc autē omnia, quæ ab hominū ingratitude & immisericordia patior, quæ meū animum non mediocriter grauāt, illa excedit horrēda corruptio proprii corporis, quæ sic totū me depasta est, ut cōsumptis & tabefactis carnibus adhæsit os meum, quæ inter pellē & ossa mediabāt, quasi sine medio nunc ad-

33 *et derelicta sūnt tantummodo labia mea circa dentes meos.* hæreāt ossa pelli, & pellis ossa ipsa proximē vestiat: 33 quæ admodū & in facie mea, corrosis carnibus genarū & gingiuis circa dētes exesis, sola labia, (velut aridū quoddā coriū & pēllis quædam siccata ac corrugata) in circuitu dentium meorū derelicta visuntur, quasi depēdentibus à mēto palearibus horribilē speciē præbētia.

34 *Miseremini mei, miseremini mei, salte uos amici mei:* 34 Cum itaque in tāta miseria uestris oculis constitutum me videatis & ab omnibus derelictū, saltē uos o amici quos ego ut peculiare amicos semper colui, decet nūc mei misereri, & pro viribus misericordiæ affectū erga me tātis oppletū miseriis cū affectu demōstrare: 35 eoque magis parcere mihi & misereri uos debetis, & me videatis à deo (quo permittente hæc omnia patior) tā grauiter verberari, ne sic afflicto uos etiam addatur afflictionē. Satis enim superque grauis ad ferendū mihi fuerit ista quæ à manu dei mihi profecta est pœna, etiāsi nō accesserit afflictio altera ab hominibus.

36 *Quare persequimini me sicut deus,* 36 Quæ autē ista est crudelitas uestra, o amici, ut cū me tā durē tractari videatur à deo, nō moueamini uos ad misericordiā & cōpassionem, ut me cōsolemini, quod amicorū utiq; uidebatur exposcere officii: sed magis ecōuerso etiā uos ad persequendū affligendūq; me cōsurgitis, perinde quasi non sufficiat me deus affligere satis, nisi etiā uestra accedat afflictio: 37 perinde quasi uobis voluptati sit mea ista miseria, ut uideamini meis carnibus saturari & pœnis delectari, quod est inhumanę crudelitatis, nō amicæ humanitatis. Verūtamen, quia uos me ut blasphemū & desperatū calūniari non desistitis, ecce pauca uerbis, ad uestrā confutationē, fidei & spei meæ confessionem, clarē lucideque proponā, ut uideatis quā longē ego ab infidelitate aut desperatiōe absim, sicque ab hac desista-

tis calumnia. 38 Quoniam verò ea quæ dicturus sum, ma- 38 *Quis mihi*
 gna quedam ac rara sunt, notatuque & memoratu dignissi- *tribuat, vt*
 ma, & talia quæ ad posterorū instructionē & cōmonitio- *scribatur ser-*
 nem vsque in contummatōnē seculi meritò debeāt seruari, *mones mei?*
 optatē sanè (quandoquidē vox ipsa per se labilis est, & vo-
 lai irrevocabile verbū) vt per literæ manētis scripturā, quæ
 vicini vice fungitur & velut vicaria est vocis transeuntis, il-
 la conferuentur quæ dicam, 39 Ac quia ea quæ in corru- 39 *Quis mihi*
 ptis tantū schedis aut incōpactis foliis scribuntur, facilè de- *det, vt exa-*
 pereunt, optarem ista quæ dicturus sum, quo totius seruen- *rentur in li-*
 tur in volumine bene compaginato exactè describi, 40 & *bro,*
 quadam curiosa impressione exarari: idque graphio seu sti- 40 *stilo fer-*
 loferreo, quo solebāt antiquitus in ceræis tabulis aut arbo- *reo & plūbi*
 rum corticibus scribere, aut lamina aliqua plūbea, qua etiā *lamina:*
 sobinde vti solent ad scribendum in qualibet apta materia.
 41 Imò quia ista quæ fit in libro scriptura minus durabilis 41 *vel celte*
 est, quæ facilè possit igne absumi, vel aliqua vetustate cor- *sculptur in*
 rumpi, vel alia qualibet corruptione deficere, optatē certè *silice?*
 ea quæ dicturus sum magis in durissima petra per insculptio-
 nem profundā inscribi. Huiusmodi enim scriptura, videtur
 omnium maximè durabilis. Nunc igitur quæ sum dicturus,
 ad fidei & spei meæ protestationē attendite. 42 Ego qui- 42 *Scio enim*
 dem Iob ita credo & sentio, habeoque persuasissimū in ani- *q̄ redemptor*
 mo meo, & sicut corde credo, ita ore confiteor, q̄ is qui me *meus viuit.*
 redempturus est, ab omni peccato & ab omni corporis cor-
 ruptione quæ ex peccato nata est, & vniuersaliter ab omni
 miseria corporis & animæ, in statum vitæ immortalis & fœ-
 licitatis æternæ oportuno tēpore est translaturus, quod hic,
 inquam meus redemptor viuat in æternum, imò vita sit in
 semetipso per essentiam, per quem viuunt omnia in cœlo
 & in terra. Credo in deum patrem omnipotentē, qui secun-
 dum modum quem ipse ab æterno constituit, me redimet
 ab omni malo, & saluum faciet in regnum suū cœlestē. Cre-
 do & in filium eius dominum Iesum, quem in temporis plo-
 nitudine deo reuelante cognoui venturum in mundum, ad
 salutem hominum & totius generis humani redemptionē:
 qui licet secundum dispensationem paterni consilij, ad tem-
 pus morti subder assumptam humanitatem, in morte ta-
 men eam non derelinquet, sed mortis victricem, & sal-
 lutis æternæ inuentricem, toto humano generi efficiet.

- 43 *Et in nouissimo die de terra surrectur⁹ sum.* 43 Hæc autē spes mea in longinquum respicit, quam non antè perfectè adimplendā scio, quā veniat nouissimus ille dies consummationis sæculi & extremi iudicij, quando ego per operationē virtutis Dei, ad vocē filij Dei & sonitū horribilis tubæ, de monumēto prodibo & resurgam à mortuis: nec ego solus sed vniuersaliter omnes qui in monumentis fuerint audiēt vocē filij dei, & procedēt de latibulis, in reasumptis corporibus. 44 Ac tunc quidē rursus ego pelle hac eadē, quæ nunc operit carnē & ossa mea, circūdabor, in iisdē omnino resurrecturus ossibus, eadēq; carne & careris omnibus, partibus iisdē ad veritatē humanæ naturæ requisitis. 45 Et in eodē hoc corpore, in quo nūc istos fero cruciatus, videbo Deum suscitatorē meū, non solum mētis oculis illum agnoscendo verum etiā corporis istis iisdē oculis Deum & hominē Iesum Christum in forma serui (in qua apparebit iudicaturus) contuendo quē generaliter videbit omnis oculus, etiā qui eā pupugerūt. 46 Hunc, in quā, ego ipse prorsus idem secundū numerum, eandē habens rationalem animā quam nunc habeo, & corpus idem quod nunc fero, similiter animæ rationali coniunctum, & ab ea informatū, videbo in forma iudicis apparentē: 47 & isti ipsi mei oculi quibus nunc vos contueor præsentēs, illum in visibili forma apparentem cōtuebuntur intuitiua visione, eo modo quo nunc id quod corā oculis obiectū est intuitiua visione conspicio: 48 & nequaquā alius ero secundū numerū, quā nunc sim, sed idem numero, & quantū ad corpus quod nūc tam dn̄is excrucietur doloribus, & quantum ad animā quæ in corpore isto miserādo quandiu placitum fuerit Deo, inhabitat secundū substantiam & numerū prorsus idem & non alius, licet secundum qualitates & accidentia multum diuersus & alteratus, nempe ex corruptibili incorruptibilis, & ex passibili impassibilis, resuscitandus.
- 49 *Reposita est hæc spes mea, in sinu meo.* 49 Hæc est, o amici, spes mea de futura mortuorum resurrectione, quā in fide expecto certissimè adimplendā: quā ego in intimis cordis mei, quasi in sinu quodam occultissimo gesto absconditam, quæ mihi in omnibus aduersis vnicum est solatium, quæ sola ab omni impatientia & blasphemis (de quibus vos me accusatis) securum me reddit, quam nulla vnquam violētia doloris mihi extorquebit, etiam si in immensum augeatur. 50 Quum igitur hanc ego habeā fidem

deit &
ore me
nari v
quam l
abesse
(in qu
impete
cem qu
beatis
incred
seria, q
stro ip
vos gla
uersum
dicitā
dici) c
vostro
recedi
posui, f
veteris
neq; p
in men
paret,
affictū

A

I

ta ordi
nō nisi
velim
plura
merus
ti terra
quæ. S

dem & spem certissimā, quā & clarissima protestatione ex *go nunc di-*
 ore meo nūc audistis, quid est quod vltra me poteritis calū *ctis, perse-*
 niari vel arguere quasi impatientē blasphemū, & desperatē: *quamur eū,*
 quam hęc spei meæ cōfessio apertē testetur, me longissimē
 abesse ab omni desperatione & blasphemia? 51 Quorsum 51 *& radi-*
 (inquam) attinebit, vestris inuectiuis sermonibus iterum me cē *verbi in-*
 impetere, & ex verbis meis in sensum nō rectū detortis radi *ueniamus cō*
 cem quærere siue occasionē venari calumniæ, cum nullā ha *tra eum,*
 beatis causam iustam, me tam amarē incusandi, tamq; asperē
 increpandi? 52 Ergo si vos forsitan nō mouet mea ista mi 52 *Fugite er-*
 seria, quę tamen mouere vos iusta ratione deberet, saltē ve- *go à facie*
 stro ipforū periculo deterreamini ab iniusta calūnia: terreat *gladij, quo-*
 vos gladius ille diuinæ vltionis, qui in illo die desæuiet ad- *niam vltor*
 uersum omnes qui operati sunt dum viuerēt iniquitatē, vñ *iniquitatum*
 dictāmq; sumet de omnibus impietatibus: 53 huiusq; iudi *gladius est:*
 dicij certō venturi terrorē ante oculos habētes, à *médacio* 53 *Et scitote*
 vestro quod defendere atq; etiā mihi persuadere conamini, *esse iudiciū.*
 recedite, & veritati acquiescite, quā ego vobis iā toties ex-
 posui, sicq; à calūnia & oppressione afflicti huius homūculi,
 veteris amici vestri desistite. Non enim sine metu vos estis,
 neq; periculum gladij illius videmini effugisse, quandiu sic
 in mendacio & calumnia persistitis, veritatem, quantum ap-
 paret, scienter oppugnantes, & innocentem calumniantes,
 afflictūmq; & illum quidem amicū, grauius opprimentes.

ANNOTATIONES IN CAPVT XIX.

F *N decies confunditis me.* Non videtur hoc ver-
 bo numerū determinatū velle significare. Si-
 ue enim vices ipsas numeremus quibus amici
 hactenus dixerūt, nondū inuenimus denariū:
 quū postrema ista oratio Baldath, nō nisi quin-
 ta ordine fuerit. Eliphaz enim & Baldath bis dixerāt: Sophar
 nō nisi semel. Si verò orationes singulas ac particularia dicta
 velimus attēdere, quibus illi visi sint amicū cōfundere, lōgē
 plura quā decē huiusmodi inueniemus. Videtur igitur nu-
 merus determinat^o poni pro indeterminato, quod in cōmu-
 ni sermone frequenter vsuuenit, nec sacris literis est infre-
 quēs. Simili enim ferē modo loquēdi in Apocalypsi dicitur:
 P Habebis

Gene. 31.

Habebis tribulationē diebus decē, id est, diebus multis. Et in Genesi Iacob per expostulationē legimus dixisse socero Laban. Immutasti mercedē meam decē vicibus: quā si secundū numerū determinatū intelligatur, nō videtur ex ipsa historia, quomodo habeat veritatē. Vnde videtur, decē vicibus dixisse, pro pluribus vicibus. Secundū idem exponi potest quod in Psalmis dicitur: Septies in die laudē dixi tibi. i. frequenter & multipliciter quāuis etiā de perfectione & consummatione laudis id possit intelligi, quēadmodū diximus in Cōmentariis libri Psalmorū in annotationibus Psal. n. 8. Exponitur idē secūdum eundē sensum illud sapiētis: Septies in die cadit iustus, & resurgit. Ac rursū illud domini verbum, quo iubet, nō septies dimittere peccātī offensam, sed septuagies septies, id est, crebrō admodū, & quotiescūq; cōtingerit. *Nempe etsi ignoravi, meū erit ignorātia mea.* Videtur id prima facie dictū iuxta morē eorū qui in doloribus positi increpationē non ferunt, maximē iniustā aut irrationabile. Ita enim loqui solēt huiusmodi. Non est quod tu me arguas. Ego si erravi aut peccaui, mihi erravi vel peccaui: mea interest videre quid agā: ego videro, ego damnū omne ferī quodcūq; inde prouenerit: tua nihil refert, tua res nō agitur, nihil tibi dāni ex meo errore aut delicto proueniet. Ad quē ferē modū apud Comicū. Mitio pro Æschino adoptato filio suo loquens, Demeā fratrem suū illius patrē naturalē refellit, & à metu otiosum esse iubet, dicens: Mihi peccauit, si quid peccauit, id est, in me damnū recidet, non in te. Atq; huic sensui satis conueniet illud quod in annotationibus cap. 12. diximus, legi posse ex Hebræo. Tacete obsecro paulisper, vt loquar, & veniat super me quilibet: loco ei? quod in nostra lectione dicitur, vt loquar quodcūq; mihi mens suggesserit. Veruntamē quia hic sensus videri posset nō satis ipsi Iob cōuenire, quasi hac oratione doceri recuset, quod nō videtur esse viri prudētis: idcirco nos aliā in Elucidatione dedimus intelligentiā, qua nō simpliciter doceri recuset vir sanctus ab iis qui meliora doceri possent: sed hoc tantū indicet, ab illis amicis suis, quandiu propositæ sententiæ insisterēt, meliora se nō expectare, nec tales eos esse, qui etiam in aliquo errasset, ipsum possent meliora docere, quū falsè inniti eos sciat assertioni. *Saltem nunc intelligite, quia Deus non equo iudicio afflixerit me.* Videtur prima fronte verbū

Ter. adelph.
Act. 1. Scē. 2.

illud

istud diuinæ iustitiæ & æquitati derogare. Si enim aliquid facit deus nõ çquo iudicio, quomodo nõ est iniquus aut iniustus? Potest verò hoc incòmodum dupliciter evitari. Primum quidẽ, accipiendò negationẽ vt in totũ sequẽs cadat, in hanc sensum: Scitote vel nunc, q̃ deus me non afflixerit æquo iudicio, intelligite, q̃ nõ æquitate sui iudicij inductus sit ad me plaga ista ferendũ, eo modo quo æquitate & rigore rectitudine sui iudicij inducitur ad puniendũ impios in hoc seculo. Hoc est, scitote q̃ nõ mea iniquitas iustitiæ eius æquitatẽ in me prouocauerit, quomodo impij aduersum se æquum dei iudiciũ prouocant. Verũ hic sensus nõ satis expressẽ lectioni Hebraicæ consonat, vbi sine negatione dicitur, verbo tali quod significat peruertit aut subuertit, aut deprauauit: propter quod alij legũt: deus peruertit me, aut subuertit me, aut deprauauit me, siue iudiciũ meũ. Cuius sensus est, Deũ nõ agere secũ iuxta cõsuetũ morem iudicij sui, quo solet in hoc seculo pro peccatis homines punire: eò q̃ longè durius eum tractaret, quàm ipsius peccata meruissent, iuxta id quod suprà cap. 5. idẽ Iob dixerat: Vtinã appendentur peccata mea, &c. quasi arena maris hæc (pœna) grauior appareret. Iuxta hũc igitur modũ potius intelligendũ videtur, quod periphraasi quadã noster dixit interpres: Deus nõ æquo iudicio afflixit me. Secundum nõque legem illam qua solet deus in hoc mũdo hominũ peccata punire, & secundũ morem consuetũ quem in hac re solet deus obseruare erga homines, profectò non æquẽ cum Iob ageretur, eò q̃ mensura plagæ longè superet mensuram peccati: cum multò amplius puniatur hic Iob, quàm suis peccatis meruisset in hoc seculo puniri. Hac igitur consideratione dicit Iob, Deum se perdere, vel subuertere, vel peruertere, siue crudelius & præter morẽ affligere, aut non æquo iudicio affligere, quod non est aliud, quàm insolito more, & crudelius quàm solet secum agi. In æditione antiqua sic legimus: Cognoscite, q̃ dominus est qui turbauit, subaudi me, vel iudicium meum.

Ecce clamabo, vim patiens. Loquitur ad modum hominis, qui ab alio oppressus fortiter inclamat pro auxilio, & cõtra violentiam inuocat iustitiã. In Hebræo ad verbũ legitur: *Ecce clamabo, violentia.* Vbi si violentia accipiatur in casu ablatiuo, est sensus nostræ lectionis. *Clamabo, præ,* siue à violentia, id est, vim patiens. Potest autem & in casu nominatiue



tuo accipi: Ecce clamabo, violétia, vt violentia fit vox ipsa quæ clamatur: quemadmodû vulgo ij qui subitò ex insidiis inuaduntur, clamare solent Latrociniû, voce terribili exclamâtes: & qui per aliorû potentiâ opprimûtur, causam se putâtes habere iustâ, similiter clamare solent, violétia, iudiciû, iustitia aut aliquid huiusmodi. In iis autê quæ sequûtur: Semitam meâ circumsêp sit, & c. cõtuere iterum pulchrâ hypotyposim, siue descriptionē figuralem, qualē & suprà notauimus cap. 16. In Threnis quoq; Hieremiæ (qui & ipsi metro sunt descripti) quædâ legimus, iis quæ hic figuratè dicuntur similia. Vt cap. 3. *Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore. In tenebrosis collocauit me. Circûædificauit aduersum me, vt nō egrediar. Conclufit vias meas lapidibus quadris semitas meas subuertit. Vrsus insidiâs, factus est mihi leo, in abscondito, aliâq; huiusmodi plura. Simul venenou latrones eius.* Alij ex Hebræo legûnt, exercitus: alij armator. Intelligûntur autê dæmones, & impij homines Chaldæi atq; Sabæi. Vel etiâ dolores omnes & tribulationes, qui varî sanctû grauissimè oppugnabât, licet intelligere. Cui satis cõsonat quod æditio Græca legit $\pi\alpha\rho\epsilon\lambda\epsilon\iota\alpha$, id est, tétationes vel tentaméta. *Orabam filios vteri mei.* Quam supra dictû sit, filios ipsius omnes & filias domus oppressione defunctos esse, quomodo nûc dicit, in miseria positû se orasse filios vteri sui? Multis modis hæc quæstio soluitur. Vulgatiore est respõsio dicentiû, per filios hîc intelligi nepotes, filios filiorû, qui apud auû vt paruuli demorabântur, maximè defunctis patribus. Ex æditione Græca alia habetur solutio difficultatis, dicèdo, per filios vteri intelligere Iob filios quos ex cõcubitis genuerat, quas præter vnâ præcipuâ vxorè habuisse credi potest, iuxta patriarcharû consuetudinē, qui ex consensu vxorû principaliû concubinas habebât quibus cõiungebantur. *Quemadmodû de Abraham legimus, qd præter Saram aliâs duxerit vxores, ex quibus procreatos filios, scriptura cõcubinarû filios appellat, dicens: Dedit Abraham cuncta quæ possederat Isaac: filiis autê concubinarû largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo. Vnde quod supra primo capite numerati sunt tantû septè filij & tres filiæ, id pertinet ad eos quos ex vxore sua præcipua genuerat. Et forsitan hanc sententiam indicare voluit Iob, dicês, Filios vteri mei: iuxta eû modû quo filios nō ex legitima vxore natos etiam*

Genes. 25.

hodie

hodie
eum, n
expri
tè adu
inueni
laber
sensus
lios, v
tanqua
re. Pos
excess
tanqua
fortita
etiâ m
stiuer
Paulus
verò t
biliter
irridè
traher
huius
disput
diligeb
sic exp
fuerit.
Græca
tiq; a
uer no
suppo
expon
pecun
Psalmi
notau
edeba
Et ite
us, qui
bulau
contra
Dauid
quædam

hodie solent appellare naturales, quasi secundum naturam tantum, non secundum legem, filios. Manifeste verò hanc sententiam exprimit, quod hoc loco legit Græca æditio: Aduocabam autem adulando filios concubinarum mearum. Tertia ex Hebræo inuenitur solutio. Illic enim præposita litera lamed, legimus, labeni pro quo verti potest, ad filios vel propter filios. Sicque sensus erit: Deprecabar uxorem meam, ad filios vel propter filios, vel per filios vteri mei, quos genueramus communiter, tanquam per id quod maxime uxori possit animum commouere. Possit & aliter nostra lectio vulgata facile seruari, si per excessum quendam filios vteri ab eo dici intelligamus, quos tanquam filios proprios dilexerat & fouerat atque educauerat, forsitan cum suis liberis, ut erat vir plenus misericordia. Alij etiam moraliter intelligunt discipulos, quos solet in sapientia instituire, & Deo virtutibusque velut parturire. Cuiusmodi filios Paulus alicubi genuisse, alicubi iterum parturire, se dicit. Quum verò tot modis locus iste ab omni falsitate admodum probabiliter possit defendi, merito ut vani nimium reiciendi sunt & irridendi, qui hunc etiam locum ad vani erroris patrocinium pertrahere non erubuerunt, ut historiam veram esse negaret libri huius scripturam, sed inanem tantum parabolam, & confictam disputationis volitantia verba, somniarent. *Et que maxime diligebam, auersatus est me.* Nos in Elucidatione verbum istud sic explicauimus, quasi singularem numerum pro plurali posuerit. Cui enarrationi consonat, quod numero plurali habet Græca æditio. Quos autem amaueram, insurrexerunt mihi. Vertique ad eundem modum ex Hebræo Sanctus Pagninus, & fauet nonnihil in Hebræa lectione verbum numeri pluralis cum supposito singulari coniunctum. Potest tamen & singulariter exponi, ut inter ceteros vnum aliquem insigniter ingratum, peculiariter hoc verbo notare voluerit. Quemadmodum Psalmista in persona Christi proditorum impium, peculiariter notauit, dicens: Etenim homo pacis meae, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Et iterum: Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Quod quidem in persona Christi, contra proditorem Iudam dirigitur: Ex persona autem ipsius Dauid, contra Achitophel aut alium aliquem huiusmodi quemadmodum in Commentariis super Psalmos, latius diximus.

Pelli mea consumptis carnibus adhesit os meum. Ad verbum ex Hebræo sic videtur legendū: Et in pelle mea & in carne mea adherēt ossa mea. Vel sic: In cute & in carne pēdēt ossa mea: hoc est, ita adhærēt ossa, vt in cute & carne promineāt. Nostra lectio aliquantulū accedit æditioni Græcæ, quæ sic legit: In pelle mea putruerūt carnes meæ. Pro eo autē quod sequitur: Derelicta sunt tantūmodo labia, & c. Ex Hebræo sic alij vertunt: Euasi ego cum pelle dentium meorū, quod sensum eundē habet cum nostra lectione. Græca autem æditio sic legit: Ossa mea inter dētes habentur: hoc est, sic prominēt ossa in carne, quomodo dentes in mādibulis. Omnia in eūdem sensum redeūt, nec aliud quā singularē quandā macilentiam significant. *Manus domini tetigit me.* Tangere, ex scripturarū consuetudine, pro nocere vel affligere vel perdere vsūpatur. Sic suprā cap. 1. Mitte manū tuā, & tange cūcta quæ possidet. i. perde. Et rursūm cap. 2. Tange os eius, & carnē. i. afflige. Sic & in Psalmis dicitur: Nolite tangere christos meos. i. affligere vel nocere. Et apud Prophetā: Qui tangit vos, sicut qui tēgit pupillā oculi mei. *Et carnibus meis saturamini?* Prouerbiali sermone dicimus, illos saturari carnibus, qui in pœnis alterius delectātur: quemadmodū suprā cap. 16. de inimicis dixerat: Satiati sunt pœnis meis. Vel aliter intelligi potest, vt dictū sit, carnibus saturari, pro comedere carnes, quod de detractoribus dici solet & inuidis, qui humanā carnē arrodūt & comedūt. Sciendū tamen est, in Hebræo cum negatione legi, item & in æditione Græca, quod nostra lectio vulgata habet sine negatione. Sic enim ex Hebræo legitur. Et carnibus meis non saturamini, vel non estis saturi. Nec aliter legit æditio Græca. In sensu autē perparum est diuersitatis. Est enim sensus: Quare nō adhuc estis saturi carnibus meis? quare adhuc pœnis meis oblectamini? quid adhuc iuuat ita me affligere, postquā à deo tam grauiter mernatis afflictū? *Quis mihi tribuat vt scribantur.* Gradatio est, qua procedit à minoribus ad maiora. Primū, optat scribi sermones suos quomodocunq; deinde, in libro scribi optat, idq; stilo ferreo. Postremò, quod omnibus maius est & durabilius, vt sculpatur in silice. Circa illud autē quod dicitur: Quis mihi det, vt exarētur in libro, stilo ferreo, aut plūbi lamina, notandū est, qd de plūbi lamina dicitur, intelligi posse dupliciter. Primò, vt accipiat lamina plōbea tanquam instrumentum

Psal. 104.
Zach. 4. 2.

strum
stulus
teria,
vertic
& plu
e. A. e.
pro
stilo t
in pa
mina
diffus
cum
tur in
enim
antiq
etiam
barun
tur, f
rento
sensu
xit pl
xerat
que l
bi, q
expr
ter p
tos c
lice,
quæ
bari
vel
lipid
figm
ximè
runt
de il
Greg
uent
instr
adu

Instrumentum scriptoriū, sicut & stylus ferreus. Valet nimirū
 stilus plūbeus aut plūbea lamina, ad scribendū in certa ma-
 teria, quē admodū stylus ferreus. In quē sensum sonat quod
 vertit Sāctes. Vtinā describerētur in libro, vtinā stilo ferreo
 & plumbeo. Cōsentit quod habet æditio Græca ἐν γραφίῳ
 καὶ μολυβδαίῳ. Aliter potest accipi plumbea lamina, nō
 pro scriptorio instrumēto, sed pro materia in qua scribatur
 stilo ferreo. Quomodo enim calamo & attramēto scribitur
 in pargameno aut papiro, sic ferreo stilo rectē in plūbea la-
 mina aliquid exaratur. Atque iuxta hunc sensum, secundum
 disfunctionem connecti deberet lamina plūbi cum libro, nō
 cum stilo ferreo, in hunc sensum: Quis mihi det, vt exaren-
 tur in libro, aut in plumbi lamina, idque stilo ferreo? Stylus
 enim ferreus ad utrūque est idoneū instrumentum. Siquidē
 antiquitus libri ex tabulis ceræis cōpingebantur, qui nostra
 etiam memoria in vsu fuerūt, in quibus ferreis stilis scribe-
 batur. Quomodo autem ex cereis tabulis libri cōpingeban-
 tur, sic & ex laminis plumbeis fieri potuit vt libri cōpinge-
 rentur, in quibus descripta diutius permanerent. Atque hūc
 sensum noster interpretes videtur voluisse indicare, quum di-
 xit plumbi laminā. Alio qui dixisset stilum plumbeū, sicut di-
 xerat, stilum ferreum. Originalis autē lectio Hebraica utrū-
 que sensum admittit, vbi simpliciter ponitur vocabulū plū-
 bi, quod potest vel cum libro coniungi, vel cum stilo: nec
 exprimitur dictio aliqua significans laminam, sed simplici-
 ter plumbum vel plumbeum. Cæterum, quod iuxta vulga-
 tos codices subsequenter legitur: vel celte sculpantur in si-
 llice, sciendum est, corruptā & indoctam esse lectionē illam
 quæ celte per l. legit, Non enim celte legendum est, vt bar-
 bari quidam authores adinuenerunt, dicentes nomen celtis
 vel celtis significare instrumentum quo vtuntur sculptores
 lapidum à celando nomen asserētes deductum. Est enim id
 signum nouitium, & ingeniosum quoddam inventū ma-
 ximè cū nullis commentatorū qui in hunc librum scripse-
 runt, de huiusmodi instrumento quicquā annotauerit. Non
 de illis tantū verustissimis loquor, Hieronymo, Philippo aut
 Gregorio, sed & de iis qui multò posterius scripserūt, Bona-
 uentura, Thoma, Lyrano: quorum nemo vel meminuit celtis
 instrumēti, quod Barbari somniauerūt authores: facilimēq;
 aduertī ex ipsorū potest enarratione, & certē legerint non

celte. Deniq; ne quis putet nouitatē me velle inferre, etiam libri antiqui ante annos multos typis excussi, in ipso cōtextu certē habēt, non celte: & ipsi Barbarorum quorūdam dictionarij, quorū hoc est cōmentum & inuentū non dissimulāt in vetulis codicibus, etiā apud Gregoriū, legi certē, nō celte: quā tamen lectionē, vt indoctā, ipsi refellūt, ne non sit locus suo figmēto, in quo ingeniosi videri cupiebāt. Postremo, neq; in Hebrēo neque in Græco vlla fit mētio sculptorij huiusmodi instrumēti. In Græca enim ēditione simpliciter dicitur: In stilo ferreo aut plūbeo, aut in petris, in sculpra esse. In Hebrēo autē ponitur lead: quod est, ac si dicas adusque, pro quo Hieronymus legit, certē, accipiens illud quasi ad adiiciendū pondus orationi, vt fieri solet in huiusmodi quæ sic gradatim proferūtur, vbi quod postremo loco, ponimus maiore pōdere & grauitate pronuntiamus, velut ibi volētes sistere, nec vltrā trāscendere. Alij illud lead siue adusque, accipiūt vt notā æternitatis, quomodo apud Latinos interdū vsurpatur vsque pro sēper. Vnde sic legūt: Aut ad æternitatē sculpātur in silice. Vel in seculū sculpantur, id est, sculpātur sēper duratura. *Scio enim q̄ redēptor meus viuit.*

Hunc locū, in quo dogma catholicū de mortuorū resurrectione iuxta Hieronymianā interpretationē luculētissimē astruitur, lōgē alter totū legere videtur æditio antiqua, aliter itē ex Hebrēo interpretes alij legūt. In qua varietate, licet nulla inueniatur lectio, siue Græca siue Latina, quæ tā apertē dogmatis catholici integritatē explicet ac nostra (quā nihil dubiū est fidei interpretis magni Hieronymi esse tribuēdū, qui sicut fidei Christianæ mysteria nouit exactius & plenius credidit, ita & exprimere clarius potuit, iuxta quod idē ipse alicubi ait: Quæ melius intelligimus, melius & pferimus.) In omnib⁹ tamē lectionibus, q̄ Christiana fuerint pietate, faciliē resurrectionis sufficiētē & clarā satis inueniēt assertionē. Quod vt apert⁹ fiat, pro fidei catholice cōfirmatione, & aduersariorū (si qui forsità ex lectionū varietate calumniā quærāt) cōfutatione, varias lectiones atq; interpretationes citabimus, & quomodo secundū Christianū intellectum singulæ cum nostra lectione, & pro veritate catholici dogmatis faciant, declarabimus. Et primū quidē æditionem antiquā perscrutemur: deinde & Hebræorū varias versiones videamus. Antiqua itaq; æditio hoc in loco sic habet:

βετ: Οὐδ' ἂν ἔτι ἀνναός ἐστὶν ὁ ἰκλύειμι μίλλωρ ἐπὶ γῆς. * ἄνα * *alios ἀνα-*
σίσται τὸ δέσμα μῦ, τὸ ἀνανήλουρ ταῦτα παρὰ ἑκκυρίου ταῦτα ἴσσαι τό.
 μοιουντε λίσθικ, ἃ ἐγὼ ἐμαυτῷ συνειπίσαμαι, ἃ ὁ ὀφθαλμός μου
 ἴωρακε, καὶ οὐκ ἄλλος. πάντ' ἂν μοι συντετελίσθη ἰκὸλπω. *Quæ*
ad verbū ita sonāt: Scio enī, quod eternus sit qui me solue-
te habet, aut solutur⁹ est, super terrā, suscitare pellē meā, vel
suscitabitur pellis mea, quæ ista perfert. A domino enim hæc
mihi cōsummata sunt, quæ ego mihi ipsi persuasi, quæ oculus
meus vidit, & nō alius. Omnia autem hæc mihi cōsummata
sunt in sinu. Quæ lectio iuxta fidei catholicæ normā, ita re-
ctè intelligitur. Scio quod æternus & immortalis sit, qui me sol-
uet olim & liberabit ab omni miseria & corruptiōe, cui in
vita ista mortali super terrā viuo subiectus: tūc nimirū, quā-
do immutatū hoc corpus resurget, ita vt (iuxta apostoli ver-
bū) mortale induerit immortalitatē, & corruptibile hoc in-
duerit incorruptionē: quando (iuxta verbū Apocalypsis)
mors vltra nō erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus
dolor, quæ prima abierūt. Ac tūc quidē pellis eadē ista, cum
carne & ofsibus (Sub cōtinente enim & cōtenta intelligū-
tur) eadē, inquā pellis & caro, quæ nūc tantas exhaurit mo-
lestias, tātos perfert cruciatus, secundū numerū eadē, diuina
virtute resuscitabitur. Quod si quærat aliquis, vndē nā mihi
huius rei sit cognitio? Dico, non ab homine me ista edoctū
esse, sed ab ipso Deo, qui sui spirit⁹ vnditione me ista docuit,
& cōsummauit mihi, id est, perfectā & certissima doctrina
instruxit: propter quod, & ego sciēs veracē esse Deū certis-
simē mihi ista persuasi, eaque fide firmissima credo & cōfi-
teor, mētisque oculis in eā intēdere ad spei meæ corobora-
tionem iuuat: nō autem ista capiūt qui à Deo sunt alieni &
diuinā instructionē non habēt, vel etiā contēnunt, qui de re
surrectione nihil vel scire vel audire volūt, penitus deperire
sine vlla spe resurrectionis existimātes corpus istud, vbi se-
mel fuerit in puluerē resolutū. Mihi verò quicquid rādem
scitiāt alij, hoc quod iam professus sum de mortuorū resur-
rectione, certissimē & plenissimē est persuasum, & in ītimo
cordis sinu, Dei digito, indelebiter inscriptum siue inscul-
ptum. Nunc verò & eas varietates quæ ex Hebraica ambi-
guitate nascūtur, scrutemur, atq; ad catholici dogmatis nor-
nam accōmodemus. Huius itaque loci initiū aliter ex He-
bræo sic potest verti: Ego noui redemptorē meum viuum,
 &

& nouissimum, qui super terram aut super puluere surget. Cuius prima pars, ad æternitatem Christi referri commodè potest: vt intelligatur Christus humani generis redemptor, secundū diuinitatem suam hīc à Iob appellari viuus & nouissimus, eo modo quo ipse de se in Apocalypsi posterius ait: Ego sum α & ω , primus & nouissimus, & viuus, & sui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum. Videlicet vt viuus, secundū, partem anteriore significet æternitatem, nouissimus verò secundū partem posteriore. Posterior autem pars: qui super terrā aut super puluere surget, dupliciter intelligi potest. Primo quidē, de ipsa personali resurrectione Christi redemptoris: qui licet ad tēpus dispensatoriè, pro humani generis redemptione perficienda morti occubere & in corde terræ (iuxta typū Ionæ) debebat abscondi: non tamen à morte potuit teneri, neque in sepulchro vltra cōstitutū tridui tēpus detineri: sed post exactū tridui spaciū, diuina virtute, è terra surrexit viuus & verus homo qui ante fuerat, anima & corpore substantiali vnione iterū cōiunctis. Iuxta quē sensum, articulo resurrectionis generalis, qui in verbo subsequenti manifestè insinuat, aptè præmittitur mysteriū resurrectionis Christi, sicut causā efficiēs suo effectui: cū resurrectio Christi à mortuis sit causā efficiēs resurrectionis cæterorū, qui per ipsum resuscitabūtur, quæadmodā aperte testatur Apostolus cap. 15. prioris epistolę ad Corinthios, cū ait: Si mortui nō resurgūt, neque Christus resurrexit. Vbi à negatione effectus procedit ad causæ negationē. Alter sensus est, de resurrectione generali omnium mortuorū, in hunc modū: Ipse Christus qui æternus est, primus & nouissimus, cū dies illa & hora aduenerit ab æterno constituta, veniens de cœlo descēdet ad terras, & stabit super puluere nostro: sic, inquā, stabit per potentiā virtutis suæ, quomodo artifex stat super opere vel incūbit operi: stabit, inquā, super puluere nostro, vt illum rursū cōpingat in corpus aptū ad habitationē animæ, iuxta ordinē dispositionemque membrorum omnium quæ ante habuerat. Atq; ita aptè cohæret quod sequitur: Rursū circūdabor pelle mea. Illo enim qui Deus & homo & stante super puluere nostrum pellis ista nostra & caro resuscitabitur. Potest verò & aliter legi atq; distinguī propositus locus, in hunc modum: Scio redemptorem meum viuū, qui nouissimū super puluere surget. Quod similiter

militer potest intelligi de resurrectione personali ipsi⁹ Christi qui nouissimū, id est, in temporis plenitudine, siue in fine seculorū (vt vocat Apostolus) vel in nouissima hora (vt vocat dilectus discipulus) surrexit à puluere siue de terra ex mortuis, Vel de resurrectione generali omniū. Nam redemptor mūdi Iesus, nouissimū, id est, in nouissimo die, in consummatione seculi, cōsurget ad miserendū pulueris nostri, & stabit super illū, vt eū iterū resuscitet ad vitā, cuius tādū videbatur oblitus, donec sine spiritu illū in terra reliquerat mortuū. Possit etiā Christus intelligi nouissimus, secundum despectionē quam in humanitate assumpta volūtariē sustinuit, iuxta illud Esaiæ: Vidimus eum, & nō erat aspectus: & desiderauimus eū despectū, & nouissimū virorum, virū dolorum & scientē infirmitatē. Et in Psal. ipse de se loquitur: *Psal. 21.* Ego sum vermis & nō homo, opprobriū hominum & abiectio plebis. Hic autem virorum in passione nouissimus, post paululū victor mortis de terra surrexit, nōsque ipsos in se credētes ad gloriosam immortalitatē olim resuscitabit. Hęc quidem ita iuxta catholici dogmatis veritatē, tum de personali Christi resurrectione, tum de generali nostrū omniū resuscitatione, exponuntur. Nunc verò & subsequētia expendamus. *Et rursum circumdabor pelle mea.* In Hebræo verbū est ambigūæ significationis, vnde oritur varia lectio. Aliquando enim idē est quod contriuerunt, aliquando verò circumdationem significat. Vnde quidam sic vertunt: Et iterum circumdabuntur hęc pelle mea, vt per hęc demonstrentur omnia quę in pelle continentur: quem sensum nostra lectio clarius explicat. Alij verò iuxta alteram significationem verbi sic vertunt: Post pellem meam contriuerunt & consumpserunt hanc, in hunc sensum: Vermes aut vlcera aut demones, non solū pellem cōsumpserunt, sed post eam, etiam hanc carnē corroserunt. Qui sensus cum sequentibus pulchrē cohæret, sicque connectitur: Quāuis nunc in corpore meo tantā sustineo miseriam, tantāque corruptionem, vt non solū pellis corrodat, sed etiam interior cōsumatur caro: attamen non obstante illa miseria, certissimē cōfido, q̄ de hac ipsa eadē carne olim resuscitata & in melius diuina virtute reparata, deū meum hisce corporeis oculis cōtuebor. In eo autē quod sequitur: *Quem visurus sum ego ipse, &c.* nihil est ambiguitatis aut diuersitatis in Hebræo,

bræo, nisi quod ad verbū legendū videtur: Quē visur⁹ sum ego mihi: pro quo noster interpres dixit, ego ipse, quasi tantū emphrasticē adiectū sit mihi. Quāquā potest & aliter sic intelligi, vt sit datiuus secūdū vim acquisitionis à verbo videre rectus, in hūc sensum: Quē ego visurus sum, meo maximo cōmodo & sempiterno emolumēto. Scimus nimirū (iuxta Apostolū) cū apparuerit ipse Christus vita nostra, & nos cū eo apparebimus in gloria. Postremò, pro eo quod in huius cōclusionē sentētiæ, nostra lectio habet: Reposita est hæc spes mea in sinu meo, alij vertūt: Defecerūt vel cōsumpti sunt renes mei in sinu meo. Quod ita intelligitur: Hæc omnia quę dixi, certissima spe expecto, etiāsi nūc ita sim corruptione putrefactus vsq; ad intima corporis, vt etiā renes mei qui in occultissimis corporis latitāt, in lumbis, à corruptiōe nō sint liberi. Videbūtur hæc forsītā alicui dicta prolixius, & superuacaneē iuxta varietates omnes tractatā. Mihi verò nō ita: quin potius hac in re operæpretiū mihi videor fecisse, quin iuxta omnes varietates lectiōnū secūdū speciē admodū variantiū, clarissimè atq; certissimè hūc tradi catholicę veritatis doctrinā demonstrāui. *Radicē verbi inueniamus cōtra eum.* Radicē verbi querere aduersus aliquē, est, data opera occasione querere cōtradicens, etiā sine ratione, & vbi sermo eius qui loquitur contradictionem non meretur. Idē ferē est quod in Euāgelio legimus, sæpe quæsiuisse impios Phariseos, rapere aliquid ex ore Domini Iesu, vel in sermone eū capere. *Fugit ergo à facie gladij.* Finē huius capitis Græca æditio paulo aliter legit, in hūc modum: Cauete ergo & vos à tegmine. Indignatio enim veniet super impios: & tūc scient, vbi sit ipsorū materia vel substantia. Quod ita potest intelligi: Cū satis clarè meā cognoscatis sententiā, cauete vobis à vano tegmine aut falso velamine, ne videlicet sub aliquo prætextu meę sententiæ verę cōtradicitis, vtpote vel zelum Dei prætexētes, vel aliquid huiusmodi, cui simpliciter accedere debetis, si non Dei velitis irā incurrere. Alioqui veniet sup vos ira dei, quæ sup omnes impios & cōtradictores veritatis veniet: & cū venerit, tunc cognoscēt ipij, vbi nā sit in perpetuū permāsura ipsorū substantiā, tūc experiētur locū & statū suę æternę miserię. Atque ita in idē ferē redit sentētia cū nostra lectiōne. Est autē hæc admonitio similis illi quam in cap. 13. tractauimus: Nunquid

Coloss. 3.

Matth. 19.
20. 22.

Deus indiget vestro mendacio? & c. Ac deinde: Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Statim ut se commouerit, turbabit vos, & c. Nam & ista de terrore iudicij diuini, à nobis suo loco sunt exposita. Confer loca ambo iuxta nostram expositionem, & magnam inuenies utriusque consonantiam.

VIGESIMI CAPITIS ELUCIDATIO.



Is verbis Iob, Sophar Naamathites suo ordine secundo loquuturus, ita respondit: Tu quidè iudicium dei proponēs terribile, hac ratione nobis imponere vis silentiū, cū eius cōsidera-
tione vel maximè ad loquendū me impellat,

& planè cogat. 2 Qui enim scio terribile iudiciū imminere omnib⁹ impiis, hinc ego audiēs sermones tuos blasphemos, qui ad nihilū valent nisi ad prouocandū iram dei, meritò in meipso cōturbor, & cogitationibus variis inuicè sibi succedunt
dētibus sollicitor. 3 atq; in diuersa anxius animus meus pro tua emédatione distrahitur: què admodū illis solet euenire,

qui præter opinionē subitò in aliquā veniunt perplexitatē. Nō equidè vt audiendi impatiēs loquar tibi, sed vt salutē & emendationē tuā desiderās. 4 Verba enim tua quibus me meosq; istos amicos videris velle docere, idq; nō sine ignominia & acriori inuēctione: patienter audire sum paratus.

5 Verū vbi te audio huiusmodi loquētē, & in tua aduersus deū quarimonia, & in exprobratione eorū qui tibi bene cōsulunt persistentē, vrget me cōscientia vt tibi respondere debeam: suggeritq; mihi mens mea tua dicta prudēter intelligens atq; diiudicās, quæ ad tuā correptionē & emédationē proferre debeā. Quoniā verò nimiū licēter ex ore tuo sermones profundis, perinde quasi omnē semel timorē abieceris, nō video quæ impresentiarū commodius ad tuā correptionē valeā proferre quàm si iudicij illius cuius tu iam cœpisti mētionē facere; terrore & horrorē tibi latius describe ro: vt vel sic ab huiusmodi tuo proposito desistas. 6 Illud

autē imprimis certissimū est atq; exploratissimū, vtpote longa experientia ab initio seculi, ex quo genus hominū à Deo creatū habitauit super terram, compertum, quòd hominum

Cap. 20.

Respondens autē Sophar Naamathi-
tes, dixit:

2 Idcirco cogitationes meae variæ succedunt sibi.

3 & mens in diuersa rapi-
tur.

4 Doctrinā qua me arguis audiā.

5 & spiritus intelligentiæ meae respon-
debit mihi.

6 Hoc scio à principio ex quo positus est homo sapiens.

impio.

per terrā, quā impiorū laus & gloria in qua ad tēpus laudari ab adulatori-
 laus impiorū bus & gloriari apud semetipsos videntur, admodū brevis &
 brevis sit, modicē existat durationis: 7 & gaudiū siue gloria impio-
 7 & gaudiū tum istorū hypocritarū, qui verē Dei timorē non habent, li
 hypocritę ad cet falsō sibi de sanctitate blandiantur eamque mēriantur,
 instar pūcti. (quemadmodū facere tu videris, qui vt teipsum iustifices

Deū non vereris iniustū dicere) nō nisi ad punctū siue mo-
 mentū temporis perduret: cum tēpus omne vitę huius si ad
 æternitatē conferatur, verē nō aliud quā punctū aut mo-
 mentū debeat æstimari. Statim verō post exactū huius vitę
 tēpus, hypocritę turpitude, quantūuis eā nūc occultare co-
 netur, omnibus fiet manifesta, & pro inani ac momentaneo

8 Si ascēde- mentū. 8 Etiam si in altissimā gloriā eleuetur impius atq;
 rit vsque ad hypocrita, & ad exaltationē summā quę in hoc mundo po-
 cælū super- test homini cōtingere prouehatur, ita vt videatur iā cælum
 bia eius, & vertice pulsare aut nubes cōtingere, quę humano aspectui
 caput ei⁹ nu iudicatur maxima altitudo: si itē in corde suo per superbia
 bes tetigerit, vsque adeo infletur & intumescat cor impij & hypocritę, vt
 9 quasi ster- erit se Deo audeat vel æquare vel præponere, 9 post pau
 quiliuū in si lulū ipse sibi demonstrabitur, quis sit & qualis fuerit, & nimiu
 ne perdetur: citō illa omnis superbia & exaltatio declarabitur fuisse ni-

hili: quādo vel morte adueniēte, vel etiā Dei iudicio mortē
 præueniente, quasi vilissimū & sordidissimū sterquilinum
 perdetur, vertēdus in corruptionē & putredinē, futurus abo-

10 et qui eū minationi omnib⁹ intuētibus: 10 ad eō vt ij qui paulō antē
 viderāt di- illum vt magnū, sanctū, & gloriosum suspexerāt, cū admira-
 cent vbi est? tione & insultatione dicāt. Vbinā iste modo est? Quid huic
 accidit principi aut in clyto viro? Huccine rerum venit ille

11 Velut som triūphator mirificus? 11 Postea verō quā semel hinc illū
 nium auolās mors abripuerit, nō vltra inter homines in vita ista videbi-
 nō inuenie- tur, nec apparebit vnquā in pristina gloria: ad eū modū quo
 tur: somniū aliquod magnificū, quod donec versatur in animo
 dormientis magnū aliquid videtur & mirificē oblectat ha-

12 transiet sicut visio quomodo visio phantastica, quę subinde apparere solet per
 nocturna, noctē, subito disparet & vltra nō redit, nec inueniri potest
 si quæratur per diē, sic & scēlicitas omnis impiorū, quę do-
 nec pro statu huius vitę in tenebris ignorātia, quasi in no-

cte quadam

te quadam viuimus, videtur esse magnū aliquid, post mor-
 tē deo iudicante disparebit, ac prorsus nihil fuisse monstra-
 bitur. 13 Oculi eorum qui paulo ante illū viderant in sua gloria pulchrè florentē, floridēq; triumphantē iā, non eū vi-
 debunt, quē cū admiratione solent quasi tremendū aliquod numen suspicere, ac tantū nō adorare: 14 neq; agnoscet eū vltra locus quem in vita obtinuerat, nō illi dabitur im-
 perpetuū vltra reditus ad pristini honoris dignitatē: neque locus habitationis quē sibi magno studio extruxerat & ex-
 ornauerat, quasi imperpetuum in eo permāsurus, vltra eum agnoscet vel suscipiet, posteaquam semel vita fuerit defun-
 ctus. 15 Non solū autē ipse malè peribit, verum etiā filij quos hæredes se habiturū sperauerat, post ipsius infelicem exitū, in magna viuēt egestate: ita vt necessariarū quoq; re-
 rum defectu laborent: Dei iudicio sic disponente, vt quæ aliis ipse per vim ac fraudem iniuste abstulit, ab ipso quoque & filiis eius rursus auferantur, vel per violentiam à sui similibus, vel per iustitiam ad restituendum iis à quibus rapta fuerant. 16 Huius autē mali omnis quod tam in se quàm in suis patitur, ipse sibi causam dedit, per opera quæ in impietate sua dum viueret peregit, quibus sic grauiter & in se & in suis meruit puniri. 17 Omnia enim eius intima, vsq; ad medullas ossium, & vires omnes corporis & animæ impleta fuerunt, dum viuerent, pessimis & omnigenis vitiis, in quibus ab adolescentia à primis annis assuevit, & ad finem vsq; vitæ sine pœnitentia permansit. 18 Atq; hæc impietatis opera, quæ ab adolescentia sua patrare cœpit, vsq; ad extremū vitæ diē illum non deserent, sicut nec ipse ea deseret: imò quæcunq; in hac vita patrauit mala (vt ita loquar) cum eo in puluere dormient, id est morientē hincq; descendentem sequentur vel comitabuntur, vt videantur cum eo quasi ad sepulchrū deferri & in sepulchro recondi. Sola enim opera, vt propria, defunctos comitantur, siue bona siue mala, cū cætera omnia super terrā, tanquā aliena relinquuntur. 19 Vis autē vt per hypotyposim tibi depingā, quomodo impius in peccato se oblectans sine pœnitentia perseueret, ac deinde quem habeat amaritudinis exitū illius peruersitas. Quomodo is qui electuarium aliquod dulce tenet in ore, non statim illud deglutit aut in stomachū traicit, sed magis illud occultat sub lingua & studiosè illic retinet, vt

13 Oculus q
eum viderat

non videbit,

14 neque vl
tra intuebitur eum lo-

cus suus.

15 Filij eius

atterentur
egestate.

16 et manus

illius reddet
ei dolorem

suum,

17 Ossa eius

implebuntur
vitiis adole-

sceriæ eius.

18 Et cū eo

in puluere
dormient.

19 Cum enim

dulce fuerit
in ore eius

malū abscon-
det illud sub

lingua sua.

- diutius in ore permaneat suauitas saporis illius quo vehementer oblectatur. 20 Neq; statim illud dentibus cōminuit aut deuorat, quomodo panē cibarium aut aliū aliquē vulgarem cibum mox vt in os iniicimus, cōminuentes in stomachum traicere festinamus; sed quasi parcendo leniter illud labet, & ne dentibus comminatur sollicitè cauebit: 21 & non derelinquet illud, nec patietur cito transire ad stomachum, quomodo cibum cōmunem cōminutū statim trāsmittimus illuc; sed quādiu poterit, in ore retinebit, vt diutius oblectetur in saporis dulcedine. 22 imò cū iam nō vltiā in ore tenere illud potuerit, gutturis meatū stringet lingua, quantū poterit, ne tota salua subito transeat, sed paulatim, vt gulum saporis reliquæ oblectent prolixius. Ad hunc sanè modum cū peccatore res habet, qui cum peccato oblectatur, induci nō potest vt pœnitentiam agat, ipsumq; detestetur, cōdemnet, abneget, cōfiteatur & puniat; sed cū proposito in eo perseuerando, fouet atque disimulat, imò excusationes quærit, & velamēta prætedit, vt sine remorsu & aliorum reprehensione liberè possit perficere quod desiderat. Sed vide ex aduerso, quem hæc impœnitentia habitura sit exitum.
- 23 *Panis est in vtero illius vertitur in fel aspidū intrinsecus.* 23 Veluti si panis qui in ore sapidus est, cū in ventrē fuerit traiectus, in præsentissimū peissimūq; venenum vertatur, quod vehemētissimè eius qui māducauit viscera excruciet; ita peccatū quod tantū quotidianū pabulū fuit impio dum viueret, quo nimirū oblectabatur & pascebatur dum ipsum quasi adhuc in ore masticaret, i. donec ipsum in vita ista patraret, tandem vbi per mortē finis fuerit impositus peccādū in amarissimam ei conuertetur amaritudinē; & pro modica eāq; momentanea delectatione, quam exterius caro ex peccati voluptate persentit, infœlix anima cruciatus amarissimos, eosq; sempiternos, cogetur perferre, mortē scilicet æternam, peccati stipendium. 24 Veluti si is qui nimium comederit mellis aut alterius cibi dulcioris, cogatur quæ comedit euomere, atq; ita amaritudinē & dolorem longè maiorem sustinere, quàm prius in esu habuerit oblectationem: 25 Aut si quis eum qui escis ventrem distensum habet, in terram proiectum, pedibus conculcet, sic quæ violentia cogat comestos cibos per os rursus emitere cum summo dolore & angustia; ita cū impio agatur diuino iudicio, quando pro diuitiis hęc super terram iniuste conquestis, & affectu infatis.

Rom. 6.

24 Diuitias quas deus rauit, euomet:

25 & de ventre illius extrahet eas Deus.

insatiabili quasi deuoratis, seuerissimam cogetur apud distri-
 ctū illud tribunal iusti iudicis reddere rationē: & pro modica
 delectatiuicula vix horaria aut momēanea, quā ex illis ac-
 cepit, æterna cogetur velit nolit ferre tormenta. 26 Ve- 26 *Caput a. 2*
 lutū si quis ventrem habens plenū sanguine pauperū, & cor- *spidū suget,*
 pus bene curatū habēs ex rapina, in vltionē sui peccati tra- *& occidet*
 datur pessimis serpētibus in potestatem, ita vt aspides & alia *eum lingua*
 quelibet venenosa animalia sanguinē illius exugāt, & carnes *viperæ.*
 rodant atq; exedant linguæ venenatæ viperatū aliorūmq;
 pessimorū serpētū: ita impius qui modò per vim & fraudē
 pauperes opprimēs, diuitias sibi accumulat, vbi satis impin-
 guatus fuerit, diuino iudicio tradetur in portionē pessimis
 dæmonibus, usq; dabitur in potestate, vt sicut ille pauperum
 sanguinē sine misericordia exuxit, eòq; se impinguauit dum
 viueret, sic ipsi vicissim illius exugant sanguinē, eòq; impin-
 guentur & satientur. i. sine misericordia pœnis ac tormētis
 ineffabilibus illum sine fine afficiant. 27 Longè fiet impius 27 *Non vi-*
 ab illa sanctorū fœlicitate, in qua perfruuntur omniū bono- *deat riuulos*
 rum abundantia, non ei dabitur gustare dulcedinē fluminis *fluminis tor-*
 supernā Hierusalē lætificantis, quod in modū torrentis dolci *rentis, mellis*
 impetu currit, & quasi per riuulos circūquaque fluit lacte & *& butyri.*
 melle ad plenā refectionē omniū animarum sanctarum, quę
 inebriabūtur ab vbertate domus Dei, & potabūtur torréte
 voluptatis eius, sed bibent de stagno ignis ardētis & sulphu-
 ris, vnde ascendit fumus tormentorum in secula, & de vino
 irę dei, quod mixtum est mero in calice irę eius. 28 Non 28 *Luet quę*
 solum autem ac damni pœna impius punietur, verum etiam *fecit omnia,*
 sensus pœna ineffabili torquebitur & cruciabitur, in igne &
 sulphure atq; in exteriorib⁹ tenebris, vbi pro omnibus quę
 hic operatus est malis, iustitię diuinę seueritate pœnas da-
 re cogetur: nec dimittetur inde, donec persoluat vniuersū
 debitū, vsq; ad quadrātem nouissimū. 29 Verū id for- 29 *nec tamē*
 sita vtcunq; tolerādū videri posset, si tormētorum imma- *consumetur.*
 nitate breui momento absumeretur is qui cruciatur. Siqui-
 dem tormenti grauitatem consolaretur breuitas cruciatus.
 Nunc verò erit sine fine cruciatus impii, & mors sine mor-
 te quæret mortē, & fugiet ab eo: & quum semper cruciatus
 intolerabiles sit perlaturus, nunquam tamen secundum sub-
 stantiam consumetur: diuino iudicio sic eum sustentante in-
 substantia, vt semper puniatur in pœna. 30 Secundū pro- 30 *Iuxta mul-*
 portio.

*itudinē ad- portionē, id est, multitudinem & magnitudinem peccatorū
inuentionum suorū quæ in hac vita patrauit. illic tunc pœnas sustinere co-
suarū, sic & getur. secundum mensurā delicti, erit plagarū modus: quan-
sustinebit. tum glorificauit se & in deliciis fuit, tantū accipiet tormen-
torum & luctus: neq; vel minimū aliquid permanebit inul-
tum, ex omnibus quæ hic patrauit, & nō egit pœnitentiam.*

*31 Quoniam 31 Causā verò huius tā horribilis damnationis, ipsa fuit cru-
constringens delis impij iniustitia, qua pauperes & inopes violenter op-
nudauit pau presit, domos eorū spolians & substantiā diripiēs sine om-
peris domū: ni misericordia, ira vt neq; necessaria ad sustentationem eis*

*32 rapuit, & relinqueret. 32 Et quum ita aliorū bona diripuisset, non
non adifica- est reuersus à crudelitate & impietate sua, vt ageret pœni-
uit eam, tentiā, damnūmq; repararet illatum & ablata restitueret, sed
ad mortē vsq; impenitens permansit, aliena occupās bonæ:*

*33 nec est sa 33 imò tam fuit insatiabilis eius auaritia atq; rapacitas, vt
tius veter nunquā ad mortem vsq; potuerit expleri, sed plura adhuc
eius. rapere desiderabat, eratq; diutius rapinis daturus operā, ni-*

*34 Et cū ha si morte fuisset prohibitus. 34 Denique ea ipsa quæ iam
buerit quæ per rapinam assequutus fuerat pro voto, miser stabili domi-
concupierat, nio possidere, iisque pro libito vtī nō poterit: vel quia ipse
possidere nō per mortē à bonis illis separabitur, cogeturq; ea relinquere:
poterit. vel quia etiam viuente auaritia nō permittet acquisita con-
tingere: vel quia adhuc uiuo eo, rursus ab eo diripiētur il-
la, quomodo prior ipse ab aliis rapuerat. Profectò autē misē-
rāda res erit illi impio, tantas imperpetuū luere pœnas, pro
iis quæ vix momēto potuit possidere, aut vllō vsu cōtinge-
re.*

*35 Nōremā- re. 35 Ita verò dū uiueret auarē & parcē suis est vsus, vt de
sit de cibo cibo eius quotidiano nihil vnquam superesset erogandū in
eius, subuentionem pauperū, neq; vel micæ ab eius mensa venie-
bant ad pauperes, sibi soli viuens, & nullam habens aliorum
rationē, nec recogitans quòd indigentium penuriæ de sua
substantia debuisset subuenire. 36 Et quia sic dum possit
nō exhibuit proximis misericordiā, vicissim & ipse nō cōsue-
quetur à Deo misericordiā, merebiturq; Dei iusto iudicio
omnibus suis spoliari, sic vt moriens & ipsa bona tempora-
lia cogatur derelinquere, & nullum ex eis meriti fructum
secum valeat deferre. 37 Nunc quidem in hac vita do-
lorem non sentit, quandiu suis vtcunque vtī permittitur.
Verū posteaquam iam satis fuerit pro suo libito illis per-
fructus, & quasi satiatus iam atque impinguatus videbitur.*

*36 & pro- 36 Et quia sic dum possit
pterea nihil nō exhibuit proximis misericordiā, vicissim & ipse nō cōsue-
pmanebit de quetur à Deo misericordiā, merebiturq; Dei iusto iudicio
bonis eius. omnibus suis spoliari, sic vt moriens & ipsa bona tempora-
lia cogatur derelinquere, & nullum ex eis meriti fructum
secum valeat deferre. 37 Nunc quidem in hac vita do-
lorem non sentit, quandiu suis vtcunque vtī permittitur.
Verū posteaquam iam satis fuerit pro suo libito illis per-
fructus, & quasi satiatus iam atque impinguatus videbitur.*

*37 Quum sa 37 Nunc quidem in hac vita do-
tius fuerit, lorem non sentit, quandiu suis vtcunque vtī permittitur.
arclabitur, Verū posteaquam iam satis fuerit pro suo libito illis per-
fructus, & quasi satiatus iam atque impinguatus videbitur.*

tunc veniet super eum angustia & tribulatio: 38 tunc, in- 38 *Et aestua-*
 quam, dei imminete iudicio affigetur, ad modum eius qui *bit, & om-*
 iratus vritur & exæstuat: & dolor grauissimus omniumque *nis dolor ir-*
 dolorum maximus, subito irruet super eum, quomodo nonnun- *ruet super*
 quam experientia monstrat in iis qui nimium cibo dulci se re- *eum.*
 plēt, post deuoratos cibos torsionibus horribilibus grauissi- 39 *Vinam*
 mē excruciari. 39 Esto, impleat ille nunc ventrem suum de *impleatur*
 sanguine pauperum, finite enutriet pingue suum aqualiculū, *venter eius,*
 caret cutem, saginet carnem suam de carnibus pauperum, impin-
 guetur, in crassetur, dilatetur, & oblectetur quantum volet.
 Ecce in proximo aderit iudicium dei, quod finem imponet
 impietati si. nul & voluptati. Quemadmodum enim ubi por-
 cus aut bos fuerit bene saginatus, procedit aduersus eum la-
 nius, ut eum malleo feriat, aut cultro iugulet: 40 ita ubi 40 *ut emit-*
 iam aliquandiu impius iuxta suas concupiscētiās, deo paciēter *tat in eum*
 sustinente, licenter patrauit impietatem, subito aduersus eum *iram furoris*
 procedet in iudicium deus, immittetque; & exercebit aduersus *sui:*
 eum implacabilem iram consummatę indignationis, quam nemo
 vnquam poterit auertere, vel ultra migrare: 41 & quo mo- 41 *Et pluat*
 do in pluuia continuo decidens multitudo guttarum, eum su- *super eum bel-*
 per quem cadunt vndique madidum reddit: sic deus ex omni *lum suum.*
 parte super illum quasi pluendo innumeros ruere faciet do-
 lores, quibus eum quasi aperto bello inuadet & oppugnabit,
 pugna terribili. 42 Euenietque; tunc illi misero quod frequē- 42 *Fugiet ar-*
 ter contingere solet, ut effugere quæres minora mala, incidat *ma ferrea, et*
 in longè maiora: quæ admodum si quis effugere volens arma fer- *irruet in ar-*
 rea, utpote gladium aut lanceam, (aduersus quæ exercitatus & *cum arcum.*
 munitus ad pugnam, aut gladiatorie artis peritus, utcumque; se
 potest defendere resistendo) incidat in arcum æreum aut tor-
 mentum huiusmodi cõsimile, cuius ictus vulnus est mortale,
 ipsum quoque; scutum & arma penetrans. Ita sanè impius in hoc
 mundo minora incõmoda, utpote famem, sitim, frigora, nu-
 ditatē, egestatē, aliãque; huiusmodi studiosè declinare laborat,
 etiam cum aliorum fraude & iniuria, interim tamen negli-
 gens prospicere sibi ab ira ventura & malis intolerabilibus,
 quæ omnes impios manēt, nec ea poterunt vlla via effugere.
 43 Nimirum gladius ille anceps & terribilis diuine ultionis, 43 *Gladius*
 qui ad tempus, donec dissimulat deus & expectat cõuersionē *eductus &*
 impij, videtur quasi in vagina absconditus, tunc apertè profe- *egrediens de*
 retur, & terribiliter fulguris in modum resplendens appare- *vagina sua,*

- & fulgurās bit acutissima illa rōphea, nō sine grauissimo dolore & amarū
 in amaritū- rissimo cruciatu eorū in quos delæuiet, & quorū intima pe-
 dine sua. netrabit. 44 Mox verò vt diuinæ vltionis in impiū fuerit
 44 Vident prolata sententia, & gladius ille diu vibratus, tandē cor eius
 & veniēt su perfoderit, gaudentes & exultantes super præda accurrent
 per eum hor horribiles dæmones, vt eum in suā societatem infelicitati-
 ribiles, mam pertrahāt. 45 Illic verò, absconditæ ei sunt & quasi
 45 omnes te in occultis præparatæ, quas modò dum in luce huius mūdi
 nebræ absco delectatur non considerat, tenebræ tenebrarū, tenebræ ex-
 dita sunt in teriores & horribilissimæ, in quibus perpetuò vinculis æter
 occultis eius. nis manus & pedes alligatus torquebitur, vbi nō aliud erit,
 46 Denora- quàm fletus & stridor dentiū. 46 Ibi videlicet in tenebro
 bit eū ignis sissimo illo stagno & camino ignis ardentis & sulphuris, in
 qui non suc- fornace illa verè plusquā ferrea, perpetuò cruciabitur, igne
 cenditur, illo qui humana opera nō succēditur, neq; vt inter homines
 fieri solet ex vlla materia cōstruitur aut pascitur, sed in se-
 metipso incōsumptibilis & æternus permanet, diuina virtute
 talis conditus, ad æternā impiorū punitionem. 47 Inte-
 47 affige- tur verò dū iste in inferno æternis tormentis iam addictus
 tur relictus cruciatur, illi etiā quos in mundo reliquit bonorū suorū
 in tabernacu- hæredes, filii & fratres aut cognati eius, qui tabernaculum
 lo suo. ipsius siue domū inhabitant, & quæ iniuste congregauerat,
 possidere volunt, etiā ipsi malè habebunt, & diuino iudicio
 punientur non rarò etiā in hoc seculo, pro iniustitia patris
 quā imitari volūt, aut pro bonis iniustis quæ possident: ne-
 que vllū ex huiusmodi rapinis prosperum successum habe-
 bunt, etiā in hoc tempore. Quid multa? 48 Consurget to-
 48 Reuela- tus orbis terrarum in die iudicij aduersus impiū, loquentur
 bunt cœli iu- que & pugnabit pro Deo cōtra insensatos cœlum & terra,
 quitatē eius, que & pugnabit pro Deo cōtra insensatos cœlum & terra,
 & terra cō- attestabunturq; & applaudent æquissimè sententiæ iusti iudi-
 cii, & iustā illorum condemnationē approbabunt: quemad-
 surget aduer- modum econtrariò cœlū & terra congaudebūt tunc & ap-
 sus eum. plaudent pietati iustorū, qui ex eadem iustitia iudicis bona
 recipient præmia. Item angeli de cœlis testimoniū perhibe-
 bunt de impietate illorū, & in fernus in terra sese aperient,
 vt illos suscipiat atq; absorbeat, testificabitur eos dignos esse
 dānatione huiusmodi. 49 Tunc videlicet in propatulo
 49 Apertū erit, & quasi apertè ac manifestè in oculis omniū angelorū
 erit germen erit, & hominū patebit, germē, flos, ornatu, gloria, & claritas do-
 domus eius, & mus illius: tūc manifestè videbūt omnes, quo exitu floridus
 ille

ille quondam triumphator tandē consummetur. 50 Tunc 50 *destrahetur in die furoris Dei.*
 is qui modò cœlum videbatur cōtingere, & nubes magno
 interuallo superare, ostendente se ira iudicantis Dei, subito
 in impetu & violentia detrahētur vsq; in profundissima ba-
 rati. 51 Scilicet ista est, ô amice Iob, portio infœlix & 51 *Hæc est*
 miserāda hominis impij, quam ex Dei iudicio certissimè sibi *pars hominis*
 venturam expectare debet, si nō agat impietatis suæ pœni- *impij à Deo,*
 tentiam: 52 & ipsa est hæreditaria portio, quæ illi est cer- *52 & hære-*
 tō & perpetuò addicta à Deo, pro verbis impietatis & blas- *ditas verbo-*
 phemix, quibus in hoc mūdo non formidat illum prouoca- *rū eius à do-*
 re. Quæ tu apud remetipsum diligēter considerans, & quie- *mino.*
 ta mente pertractans, hortor vt tempestiuè tibi prospicias,
 de præteritis quidem malis omīssa murmuratione pœniten-
 tiam agens, & à futuris sollicitius abstinens.

ANNOTATIONES IN CAPVT XX.

D*icere cogitationes meæ variæ, &c.* Nos id retu-
 limus ad finem sermonis Iob, vt videatur So-
 phar quasi retorquere verba in ipsum: quæ ad-
 modū frequenter fieri solet à disceptantibus,
 quibus etiā id gloriæ ducitur, & ad victoriam
 multū facere videtur, si vnde hic aliquid conatur astruere,
 inde alter illud id ipsum destruat, & oppositū sequi demon-
 stre, vel ecōtrariò: Non admodū dissimile est, quod iuxta
 nostrā enarrationē hic agit Sophar. Iob enim terribile Dei
 iudicium proponens, hinc eos ab increpatoriis sermonibus
 prohibere conatur. Sophar verò, ex eodē argumēto sibi ne-
 quaquā tacendū esse cōtendit. Quod dupliciter potest intel-
 ligi, vt pote vel cōsideratione proprij iudicij, vel considera-
 tione alieni. Primū enim, ipsi Iob metuebat, ne iudicio fieret
 obnoxius, si in proposita blasphemia perseueraret. Deinde,
 & sibi metuebat ex cōsensu in alienū peccatū, si dei blasphe-
 mia audiens nō redargueret, pro viribus: intelligēs nimirum
 (quod multò post ait Apostolus) nō solū morte dignos esse
 qui faciūt mala, verū etiā qui consentiūt faciētibus. Maximè
 verò, cū amicū videret in tam periculosa versari despera-
 tione, cui proculdubio etiā ex amicitie & familiaritatis iure,
 omnē quam poterat debebat instructionē & correptionē.

Roman. I.

Propter hæc videlicet tã sibi quàm amico metuës, dicit se
 riis cogitationibus sibiinvicè succedëtibus turbari, ac mētē
 in diuersã rapi, iuxta modũ eorũ qui pro re qualibet magni
 momēti animo anxii solēt. Profectò enim non parui mo-
 menti est salus amici, atq; etiã propria: nec minus paruisã
 da est vel dissimulanda dei iniuria. Pro eo autē quod nostra
 hoc in loco habet lectio: Cogitationes meæ variè succedūt
 sibi. Alij vertunt ex Hebræo: Cogitationes meæ respōdere
 faciūt me, quod aliquãto etiã apertius nostræ fauet enarra-
 tioni. Pro eo autē quod sequitur: Mens mea in diuersã rapi-
 tur, alij legūt: Idcirco festinãtia est in me: quod etiam cũ no-
 stra enarratione cōcordat, in hũc sensum: Quia timeo dei iu-
 diciũ, ideo festino ad respondendũ tibi, ne si prolixius te pa-
 tiar differentē, iterum deuoluaris in blasphemĩã. Alij legunt:
 Sensus meus vel mens mea in me est. *Doctrinam qua me ar-
 guis, audiam.* Alij legunt: Correctionē ignominĩe meæ vel
 castigationē opprobrij mei audiam: quod eũdem cũ nostra
 lectione sensum habet: *Hoc scio à principio.* Hebræa lectio
 per secundã personã habet: Nōne hoc scis vel nosti, à prin-
 cipio vel à seculo? *Gaudium hypocritæ ad instar puniti.* Vi-
 detur hũc hypocrita sicut & in aliis aliquot locis huius li-
 bri, accipi generaliter, pro homine impio. Nam ea quæ se-
 quuntur per totũ caput, nō videntur peculiariter esse pœna
 hypocritæ eius quæ nos vulgò hoc nomine intelligimus, sed
 generaliter impiorũ, & maximè crudeliũ oppressorũ. Et for-
 sitan peculiariter hoc nomine vult notare eos qui tyrãnicè
 præfunt, nō vt subditorũ bonũ quærentes, sed tantũ propriis
 studētēs cōmodis. Hi enim meritò hypocritæ dici possunt,
 qui secundũ veritatē aliud exhibēt, quàm q̄ professionis aut
 status sui conditione demōstrant. Eo enim ipso quod præsi-
 dentis aut iudicis locũ vice dei occupāt, quasi iustitiæ admi-
 nistratores, impietatis persecutores, & defensores virtutis,
 sese ostentant: propter quod & reges nominantur & iudi-
 ces, ac patres populi & τυράννοι antiquitus à seruando sunt
 dicti, quasi seruatores populi: quomodo in 2. huius libri cap-
 editio Græca, Baldath appellat tyrannum. Suhitarum. i. re-
 gem & principē: tametsi vsus iam obtinuerit, vt vocabulum
 illud potestatis abusum in malũ significet. Cũ igitur iudices
 ab eo quod ex loco suo profitentur quàm longissimè di-
 stant, imò prorsus ex diametro dissidentia agunt, non solum

Nota.

non defendentes, sed etiã opprimentes sine causa pauperes
 quare nõ optimo iure illos pessimos & perniciosissimos di-
 xerimus hypocritas? Atq; hi sunt in quos potissimũ amarif-
 sima ista dicta amicorũ competũt, atque ex proposito diri-
 guntur: id quod manifestè cõperiet verũ esse, qui ipsa textus
 verba, & quæ hinc modò à Sophar dicũtur, & quæ in supe-
 rioribus ab aliis sunt prolata, diligẽter expẽderit. Ferè enim
 omnia aduersum eos quos nũc vulgato nomine tyrãnos ap-
 pellamus, diriguntur. Quemadmodũ videlicet cũ suprã Eli-
 phaz diceret: Congregatio hypocritæ sterilis, quod de hu-
 iusmodi loqueretur visus est indicare, in eo quod euestigio
 subneçit. Et ignis deuorabit tabernacula eorũ qui munera
 libenter accipiũt: quod iniustis iudicibus & oppressoribus
 hominũ, sicut & cetera omnia quæ antecesserat, apertissimè
 cõuenit. *Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius.* Videtur
 hyperbolica esse loquutio. Potest autè superbia indifferen-
 ter accipi, vel vitiũ elationis, vel ipsa statº eleuatio & subli-
 mitas dignitatis. Cui sensui fauet, quod quidã pro superbia
 legũt exaltationẽ. Cæterũ, æditio Græca hoc loco peculiari-
 ter illos notare videtur, quos vulgò cõsemus hypocritas,
 quæ sic habet: Si ascēderint in cœlũ eius dona, sacrificiũ au-
 tẽ eius nubes tetigerit, quãdo utiq; videbitur iam firmatus
 esse, tũc in finẽ perdetur. Quod hũc habet sensum: Hypocri-
 ta apud se superbiẽs & in semetipso cõfidens, cũ donis & sa-
 crificiis suis existimat se deũ habere velut deuinctũ, & penè
 angelis ac diuis parem se reputat, hac sua superbia seipsum
 perditioni reddet obnoxiiũ. Huius pulchrũ exemplũ nobis *Luc. 18.*
 in euãgelico Phariseo proponitur: qui cũ dona sua & sacri-
 ficia, stas apud semetipsum, in cœlũ vsque iactaret, dicẽs: Je-
 iuno bis in Sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. Non
 sum sicut ceteri homines, & alia huiusmodi, condemnabilẽ
 sese demõstrauit, dicente, domino de publicano qui humi-
 liter veniam poposcerat: Amen dico vobis, descēdit hic iu-
 stificatus in domũ suam præ illo. Huc & illud pertinet, quod
 ex propheta in confutationẽ hypocritarum nimium in suis
 donis & sacrificiis confidentium, adduxit dominus: Miseri-
 cordiã volo, & nõ sacrificium. *Neque vltra eũ intuebitur lo-
 cus eius.* Potest intelligi tripliciter, Primò, de statu dignita-
 tis suæ, qui eũ vltra non intueri dicitur, eo quòd eum non
 suscipiet iterum redeuntẽ. Ita intelligit Philippus, & nos in

Elucidatione priori loco sic enarrauimus. Secūdò intelligitur de ipso loco habitationis. Nec iste enim iterū illum recipiet semel vita defunctū. Etia hūc sensum in Elucidatione secundo loco nos attingimus. Tertio accipitur cōtinens pro cōtento, vt sit sensus, nemine eorū qui locum defuncti inhabitat vltà illū esse visurū, postquā semel disparuerit. Posset & quartò sic accipi hæc oratio, vt per hypalagē pronuntia, ia hunc sensum: Nō cognoscet ipse vltà locū suū, quo modo & in Psalmis de impio dicitur: Nō cognoscet ampli⁹ locum suū. Et rursus de homine in specie: Spiritus pertrā, sibi in illo & nō subsistet, & non cognoscet amplius locū suū. Homo enim post mortē nō vltà redibit ad locū pristinum, neque cum eo quicquā illi commercij. *Filij eius atterentur egestate.* Quidam vertunt: Filij eius current pauperes, quod cū nostra lectione apertè consentit, Alij: Filij eius satisfaciēt pauperibus vel placabunt pauperes, id est, pro vi & iniuria à patre illata pauperibus, cogētur eis satisfacere, atque etiā supplicando eos placere. Cui ferè cōsonat quod habet Græca æditio: Filios eius perdēt minores: id est, inferiores & despecti, cuiusmodi habētur pauperes, audebūt in illos insurgere, poscentes satisfactionē pro illata sibi à patre iniuria. In altera autem parte, pro eo quod nostra lectio habet: Manus eius reddēt ei dolorē suū, alij sic vertunt: Manus eius reddēt quod rapuit: Quod intelligi potest de ipso defuncto. Quia enim ipse moriēs nihil secum defert ex omni substantia, sed omnia hīc relinquit, dicitur ipse quasi manu sua reddere quod rapuit dū nunc eorum coactus relinquit dominium, & quasi manū ab eis retrahit, quæ prius violenta possessione obtinebat. Vel accipiēdo numerū singularē pro plurali, manus eius, id est, eorū (nempe filiorum) restituent quod pater rapuerat. Alij vertunt manus eius reddēt dolores. Quæ lectio secundū nostræ lectionis sensum in Elucidatione expositum, rectè potest intelligi, sicut & lectio editionis Græcæ, quæ sic habet: Manus eius accēdent dolores. Sibi enim impius suis iniquis manibus accēdit & fabricauit dolores sempiternos. Quāuis & de doloribus filiorum id possit exponi, q̄ pater moriēs & iniusta bona filiis quasi hereditatem relinquens, magnam eis præbeat materiam dolorum atque miseriarum, posteaquam illa pacificè & prosperè possidere non poterunt. *Cum eo in puluere dormiunt.* Figu-

ratè est accipiendus hic sermo. Alioqui sensus esset impius,
 peccata dormire in puluere. Quum enim peccata sint in ani-
 ma consequens esset animam quoque dormire in puluere,
 si peccata in puluere dormirent. Dicuntur autè hic dormire
 cum impio in puluere simul vitia eius, eo quod hæc sola eum co-
 mitentur, iuxta id quod in Apocalypsi dicitur: Opera enim
 illorum sequuntur illos. Huc pertinere videtur quod supra
 dixit Iob: In profundissimum infernum descendent omnia
 mea, iuxta sensum illic à nobis expositum. Cæterorum verò
 omnium, quæ in hoc mundo videbatur impius possidere, ni-
 hil cum eo in puluere dormiet: quoniam super terram relin-
 quet omnia, iuxta quod in Psalmo dicitur. Diues quum in- *Psal. 48.*
 terierit, non sumet omnia, id est, nulla (quomodo in Com-
 mentariis libri Psalmorum illud à nobis enarratum est) ne-
 que descendet cum eo gloria eius. Et iterum: Relinquent alie
 nis diuitias suas. *Cum enim dulce fuerit in ore eius malum.* Si-
 mul proponit similitudinem, & eandem applicat. Satis clare
 & similitudo & applicatio in Elucidatione declarantur.
 Exponit ad hunc modum etiam Philippus, dicens: hoc mo-
 do loquendi significari perseverantiã in vitiis, ab adolescen-
 tia patris usque ad mortem. *Diuitias quas deuoravit eno-
 uer, &c.* Prouerbialis iste est loquendi modus, quo utimur,
 quum significare volumus, quæpiam pro percepta delecta-
 tiuicula modica multò grauiorè percepturum amaritudinem.
 Nimirum vomitus ipse multò plus habet amaritudinis, quàm
 habeat ingurgitatio oblectationis. In versu autem qui se-
 quitur: Caput aspidum suget, nomen caput accipi potest in
 casu nominatiuo, secundum quod à nobis in Elucidatione
 expositum est. Cui videtur aptè cohærere quod sequitur: Et
 occidet eum lingua viperæ: vt sicut caput aspidum dicitur
 sugere eius sanguinem, sic lingua viperæ eum occidere, eiusque
 carnem vorare, sicque simul ab aspide & vipera perimatur
 & consumatur impius. Potest autem & in accusatiuo casu
 accipi, vt sit sensus, impium sugere caput aspidum: vel (vt
 alij legunt) venenum aspidum. Cui sensui fauet quod ha-
 bet æditio antiqua, *Furorem draconum suget. Non videat
 riuulos fluminis, torrentis mellis & butyri.* Possunt ista ex-
 poni de bonis gratiæ, & spiritualium donorum abundantia,
 quæ pij in hoc seculo per spiritum sanctum accipiunt:
 aut de bonis gloriæ, quæ in patria superna ad omnem pleni-
 tudinem

Ioan. 7.

Ioan. 4.

Psal. 45.

Psal. 35.

Apo. 21.

Apo. 22.

Psal. 136.

Apo. 9.

Apo. 19.

Apo. 21.

Psal. 10.

tudinem electos satiant atque inebriant. Hæc enim flumina sunt, de quibus Saluator ipse in Euangelio ait: Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc enim (vt ait subsequenter euangelista) de spiritu sancto quem erant accepturi credentes, dixit dominus. Huius quoque fluminis aqua erat, quam pollicebatur Samaritanæ dicens: Petisses à me, & dedissem tibi aquam viuam. Qui bibit ex ea, non sitiet in æternum. De hoc flumine & illud potest intelligi, quod in psalmis dicitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei, sanctificauit tabernaculū suū altissimus. Et iterum, sub nomine torrentis de hoc flumine alibi dicitur: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Cuius torrentis potatio, quomodo mentes beatas inebriet & satiet, prolixè à nobis in Commentariis super Psalmos, adhibitis corporalibus exemplis, in tractatu versus illius est declaratum. Denique hic est ille fons vitæ, de quo in Psalmis dicitur: Apud te est fons vitæ. Et iterum, in Apocalypsi ait is qui sedebat in throno: Ego sitiētī dabo bibere de fonte vitæ gratis. Idemque est ille fluuius qui in Apocalypsi per angelum dilecto discipulo reuelatur, eodem ita dicente: Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum, tanquam crystallum: procedentem de sedē Dei & agni, in medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit amplius, & cætera. Non ergo ista sunt flumina illa Babylonis super quæ sedentes flebant in terra aliena, suspensis ad falices organis, neque flumina sunt Ægypti in quorum medio cubat draco: neque flumen illud sunt magnum Euphratis, in quo (vt Apocalypsis habet) alligati erant quatuor angeli mali exterminatores hominum. Multò verò minus stagnum illud videri possunt ignis ardentis & sulphuris, in quod viui proiecti sunt bestia & pseudoprohetæ, seductores hominum, vbi pars est omnium impiè agentium atque mendacium, in quo non est vita, sed mors secunda, vbi non sunt mel & butyrum, sed ignis & sulphur, quemadmodum & in Psalmis dicitur: Ignis, sulphur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. Vbi non sunt deliciæ oblectantes, sed pœnæ cruciantes, quemadmodum de damnatis scribitur, quod

quod cruciabuntur igne & sulphure, in conspectu angelorum sanctorum & ante conspectum agni, ita ut ascendet fumus tormentorum in secula seculorum, neque habebunt requiem die ac nocte. Sunt autem flumina ista mellis & butyri, in quo omnium bonorum abundantia & suauitas designatur. Siquidem melle nihil dulcius, butyro nihil pinguius. In cuius etiam plenitudinis mysterio, terra illa promissionis quæ Iudæis carnalibus in typo futura pariter fuit repromissa, lacte & melle toties manare dicitur. Atque etiam illud forsitan, quod apud Esaiam de Emanuele nostro dicitur, quod butyrum & mel comederet, ad idem pertinet mysterium. Quod autem dicit, non simpliciter riuulos mellis & butyri, nec solum flumina mellis & butyri, nec solum torrentes mellis & butyri, facit ad significantius exprimendam maximam plenitudinem & sufficientiam. Vnde quidam sic vertunt, in eodem casu: Non videat riuulos, flumina, torrentes, mellis & butyri. Quæ ita possunt iucunda consideratione distingui, ut flumina dicantur, ad significandum inexhaustam sufficientiam & aternitatem boni immensi: torrentes, ad signandam copiosissimam plenitudinem & abundantiam: riuuli autem, ad designandum huius boni communitatem, quod per omnem cœlestem illam Hierusalem diffunditur & æquè adest omnibus. Veluti si flumen magnum per civitatis medium fluens, riuulos à se spargat per singulas ciuitatis illius plateas, ut singuli quantum velut iuxta domos suas hauriant. Quidam verò ista omnia ad temporalem felicitatem referunt, nimium iudaizantes: quorum sententiam nequaquam probamus malentes imitari patres orthodoxos, Philippum, Gregorium, Bonauenturam, Thomam, & alios probatæ fidei, qui locum istum nobiscum de futuræ felicitatis privatione exponunt, quemadmodum & illud quod proximè sequitur: *Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumeretur, & cætera.* De pœna illa sempiterna gehennæ quam sustinebunt, nobiscum item clarè interpretantur. *Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumeretur.* Quomodo impij in æternis suppliciis nunquam sint consumendi, prolixè à nobis declaratū est in Psalmum quadragesimum nonum, in tractatu verbi illius: Laborabit impius in æternum, & viuet adhuc in sinem. Quod eandem

Apoca. 14.

ANNOTATIONES

dem profus habet sententiã cū eo quod hīc dicitur. Quod enim David ait, laborauit in aternū, iste dicit: Luet quæ fecit omnia: & quod ille dixit, & uiuet adhuc in finē, hic dicit, nec tamen consumetur. Sciendū etiam est, beatū Hieronymum data opera paraphrasticè hunc locū reddidisse, ad exprimendū apertius catholici dogmatis firmamētū: id quod & aliàs non paucis in locis fecisse cōprobat, quemadmodum nominatim in proximū caput annotauimus, tractantes locū illū de resurrectione: Scio quod redemptor meus uiuit. Quæ quidē diligentia & obseruatio adeo in viro sancto non est vituperanda, ut etiā laudi sit tribuenda: & fidei suæ hinc magnū ille meretur preconium, quod ea quæ secundum uerborum tenorem arida aliqua intelligentia potuissent eludi uerius quā exponi, maturo consilio decreuerit immutatioe modica uerborū, iuxta magis dignā sententiā, quā Christianus ipse & orthodoxus in uerbis illis intelligebat, clarius exponere. Neq; enim ideo interpretis negligit aut minus præstat officiū, si eadē opera & sententiā exprimat & claritatē orationi adiiciat. Quemadmodū uidelicet eaq; suprà de resurrectione à Iob fidelissimè dicta sunt, uerbis ipsis ut sunt in Hebraismo inheredo, possent faciliè arida aliqua it̄pretatione, ab ingenioso & literali aliquo Iudeo, cui esset curæ resurrectionē negare (cuiusmodi erāt Sadducæi) cōficta, sic exponi, ut generalis resurrectionis mortuorum nulla inde haberetur cōfirmatio. At uerò ipsius uersio, nihil recedens à sententia uerborū quæ sunt in Hebraismo (ita ut neque curiosissimus Hebræus singulos apices obseruans possit illū calumniari) ita clarè & apertè exprimit fidē quam de generali resurrectione mortuorum catholica tenet Ecclesia, ut etiā ab imprudentissimo tergiuersatore nō possent in aliū sensum ipsius uerba torqueri. Ita sanè & hoc in loco id quod habet textus Hebraicus, uerè sententiā istam cōtinet & significat, quā clari⁹ expressit Hieronymus. Uerū quia uerba ipsa ut in Hebraismo iacēt, à tergiuersatore qui uellet cū hæreticis æternitatem negare supplicij damnatorum (qui error Origeni tribuitur) possent ut cunq; exponi sine huius dogmatis assertionē, ut statim declarabim⁹, ipse paraphrastica uerè libertate, ut catholico patrocinauerit dogmati, & hæreticorū euidentius cōfutaret errorē, sententiam catholici dogmatis clarissimè uoluit exprimere, sic ut

nō esse liberū aliter intelligere. Habet autē lectio Hebraica ad verbū, in hunc modū: Reddet laborē, & nō deglutiet: secundū substantiam, sic reddet & non letabitur. Quod alij quidē sterilitē iudaizantes intelligunt, de reddendo in hoc tempore aliorū labore quem rapuerat impius, quo proinde nō saturabitur ipse, & de reddēdo secundū propositionem eius quod rapuit. Vnde ex rapina non habet finalē lætitiā. Nos verò iuxta catholici dogmatis assertionē, & iuxta quod intellexit christianissimus Hieronymus, ita intelligamus: Impius iudicio dei bonis cœlestibus priuatus & gehennæ adductus, reddet illic laborē siue dolorē. i. dabit pœnas, & dolorem cogetur perferre, ac cruciatū æternū: quem quidē laborem, nunquā in æternū poterit deglutire, tēdiū illud nunquam in perpetuū poterit deuorare, nunquā penitus cōsumere laborem illum poterit, sed permanebunt dolor, labor, & tædium sempiterna & inconsumptibilia. Quod autem sequitur: Vt fuerit substantia, sic restituet: vel, secundū substantiam reddet, idem est quod in lege dicitur: Secundū mensuram delicti, erit & plagarū modus: & quod dicitur in Apocalypsi: Quantū se glorificauit & in deliciis fuit, tantum illi date tormentū & luctū, Proportio videlicet significatur pœnæ ad culpam. Substantia enim impij secundū quam ei reddetur, ipsa sunt opera. Hæc enim sola (vt iam antè diximus) cum eo in puluere dormiūt: & sola illa, vt in Apocalypsi declarauimus, sequuntur defunctos, alia omni substantia quam videbatur habere ab ipsis per mortē ablata & prorsus alienata. Secundū hanc igitur substantiam, vt ipsa fuerit inuenta multa vel pauca, magna vel parua, reddet vel multa vel pauca. i. dabit pœnas plus vel minus. Cui cōsonat quod in Euangelio dominus inter seruos infideles distinguēs, dicit, alium plagis multis, alium paucioribus vapulaturum. Item quum sit se redditurum in gloria patris, ac redditurum vnicuique secundum opera sua. Et Paulus Apostolus ait: Deus autem reddet vnicuique secundum suum laborem: sicut bonis in bonum, ita in malum impiis. Qui etiā inter substantiā impiis sic distinguit, vt quædā scœnū, quædā stipulam, quædā ligna appellet. Secundum hanc igitur substantiam reddet. Conferat nunc qui volet Hieronymi versionē, cum iis quæ habent Hebræa: & videat quā aptè ille simul & sententiā orthodoxam expresserit, & verbis interim ipsis vim nullam intulerit. Pro

Deut. 25.

Apoc. 18.

I. Cor. 3.

lerit, Pro eo enim quod habet lectio Hebræa, Reddet laborem, dixit Hieronymus, Luct que fecit omnia. Et rectè id quidem. Laborem enim pro dolore frequentissimè poni in vsu scripturarû est manifestissimum. Sic autem dicitur reddere dolorè impius, quomodo vulgò dicimus dare pœnas, non illum qui infert pœnâ, sed qui recipit. Propter hoc & verbo luct prudenter vsus est Hieronymus. Deinde, quod Hebræa habent, nō deglutiet, subaudiendo dolorè, Hieronymus dixit: Nec tamè consumetur, quod eundè habet sensum, siue ipsum intelligas impiû non cōsumendum, vt supra enarratum est, sine ipsum dolorè quem feret, qui & ipse hinc non habebit. In vtroque enim prorsus eadem est sententiâ, tametsi postèrius ad Hebraicam literâ magis accedit. Deinde pro eo quod habet Hebræa. Secundum substantiam sic reddet, & nō lætabitur, dixit ille: Iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic & sustinebit: sub multitudine videlicet etiam magnitudinem intelligens, & omnem quantitatis proportionem vna specie (vt fieri solet) designans. Illud autem quod vltimo loco dicitur, & non lætabitur, in sustinèdi verbo sâris insinuatam putauit. Qui enim sustinet pœnam, hunc manifestum est nō lætari. Deniq; etiam Græca æditio, licet nō expressè nostræ sonet lectionis sententiâ, facilè tamen, si sub negatione cōtraria intelligatur affirmatio (quod frequens est in scripturis) in eam reducetur. Sic autè habet: εἰς κενὰ καὶ μάτῃα ἰκοπίασεν πολλῶν ἐξ οὗ οὐ γέσθη ἄσπις σπίνος ἀμάκῃρος, ἀκατάπορος. Hoc est: In vanum & frustra laborauit, diuitias ex quibus non gustabit, sicut caro neruosa (vel sicut herba exasperans) incomestibilis, impotabilis. Quod sic intellige: Impius in omnibus operibus quæ in vita est operatus, frustra & in vanū laborauit, nō solum commodum nullum referens, verum etiâ sempiternū malum pro eis recipiens: cōgregauit sibi substantiâ & thesaurum multiplicis impietatis, diuitias malorum operû (quemadmodū per contrarium Paulus appellat diuitias in operibus bonis) ex quibus non gustabit, id est, fructū nullum experietur aut oblectamentum percipiet, sed potius æternum supplicium: & sicut caro neruosa non potest consumi aut deglutiri, siue edendo siue bibendo, nec potest dentibus masticari aut stomacho digeri, sic ei ut impio suæ illæ diuitiæ impietatis, quas nunquā poterit masticare, deuorare, deglutire aut cōsumere, sed

Coloss. 2.

re, si
sem
quæ
malt
uoc
da
je de
sic le
sibi
bon
aliqu
qui
& n
dian
(Vt
voc
mils
bio
qui
hui
lor
rum
tiar
pro
Vt
sed
sine
bit
eius
tem
relit
adu
vert
uiz
res
plui
min
nec
iudi
ven

re, sed perpetuum ei exhibebunt negocium & cruciatum
 sempiternum: vel sicut herba quædam linguam exasperans,
 quæ nec esui nec potioni est accommodata, & grauius cruciat
 masticare volentem. Siquidem Græcis nomen *σπίστος* æqui-
 uocum est, significans carnes neruosas boum, vel herbam quan-
 dam mâducantis linguam exasperare valentem. *Non reman-
 sit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius*, Alij
 sic legunt: Non sunt reliquæ cibi eius, vnde non expectat
 sibi bonum vel bonum suum, vel propterea non prosperabitur
 bonum eius. Quod sensum nostræ lectionis supra assignatum
 aliquantò clarius exprimit, quasi paucis dicat. Ipse neq; reli-
 quis suis dignatus est rescire indigentes, sed soli sibi vixit,
 & nemini prodesse studuit: propter hoc, nec ipse misericor-
 diam à Deo consequetur. Iudicium enim sine misericordia
 (Vt ait Iacobus) illi fiet qui non fecit misericordiam. Et sicut *Iaco. 2.*
 voce domini beati illi prædicantur & misericordiam in pro-
 missione accipiunt, qui miserentur proximorum: ita proculdu-
 bio infelices erunt, & sine misericordia à Deo tractabuntur,
 qui non fecerunt dum viuerent misericordiam. Habes autem
 huius dicti pulcherrimum exemplum in illo Evangelico epu-
 lone, qui cum quotidie epularetur splendide, pauperem Laza-
 rum non est dignatus vel micis quæ de mensa cadebant fa- *Luc. 16.*
 tiare. Vnde iusto Dei iudicio in tantam venit egestatem, Vt
 pro guttula aquæ pauperi Lazaro cogeretur supplicare.

Vnam impleatur venter eius. Non est hoc serio optatis,
 sed quasi permittentis: perinde ac si dicat, Bene quidem, esto,
 sine, age, impleatur illius venter: ac tunc videat, quem habe-
 bit exitum. Vnde quidam vertunt: Quum impletus fuerit
 eius venter, Alij, esto in plenitudine venter eius. Pro eo au-
 tem quod sequitur: Pluat super illum bellum per bellum in-
 telliguntur omnia mala quibus Deus oppugnat impium, quum
 aduersus illum exercet iudicium. Vnde quidam paraphrasticè
 vertit: Pluet super illum omnes ægritudines. Huius autem plu-
 uie etiam Psalmista meminit. cum ait: Pluet super peccato- *Psal. 10.*
 res laqueos. Ipsi videlicet bellum sunt, quod super impios
 pluit Deus. Pluuia enim desuper venit, & subito venit quum
 minimè expectatur: & totum hominem ex omni parte inuadit,
 nec potest eam quisquam prohibere dum venerit. Sic & diuini
 iudicij terrores atq; tormenta, impium adoriuntur desuper
 veniunt inopinatum obruunt, auerti non possunt, ex omni
 parte

parte inuadunt, & nullum est effugium. Alij verò sic veniunt
 Pluet super eum in cibo eius: alij, in carne eius. Editio Græca
 satis nostræ lectioni fauet: Lauet (inquiens) vel pluat in eum
 dolores. *Fugiet arma ferrea.* Prouerbialis est sermo, cui si-
 mile est quod suprâ dixit Iob: Qui timei pruinâ, irruet super
 eum nix. Cæterum, pro eo quod in secunda parte dicitur: Irruet
 in arcum æreum, alij legunt, transuerberabit eum vel penetrabit
 in eum arcus æreus. In eo etiâ quod sequitur: Gladius edu-
 ctus & egrediens, nō exprimitur in Hebræo, nomen gladii
 & in vetustis Latinorum codicibus nō legitur. Vnde Philippus,
 Bonauentura, Thomas & Nicolaus, ad arcum referunt quod
 dicitur, eductus & egrediens: intelligentes arcum æreum educi
 & egredi de vagina tua, i. de theca qua operitur contra plu-
 uiam. Alij de sagitta intelligunt, quæ educitur de pharetra.
 Nec minus tamen conuenienter de gladio potest accipi. In
 eo etiam quod sequitur: In amaritudine sua. Bonauentura
 legit & enarrat, in amaritudinē suam. i. ipsius impij. In eo eti-
 â quod sequitur: Venient super eum horribiles, alij legunt
 terrores vel timores. Cui etiâ consonat antiqua editio: Per-
 ambulent in eum timores. *Omnes tenebræ absconditæ sunt in
 occultis eius.* Quidam codices Latini, habent in oculis eius, sed
 mendosè. In occultis enim est legendum, siue in latibulis, ut
 ex Hebræo patet. *Deuorabit eum ignis qui non succenditur.*
 Alij legunt, qui non succeditur: alij, qui nō extinguitur. Iohē
 est ignis gehennæ, inaccensus & inextinguibilis, qui sicut ex
 nulla materia humana opera pascitur aut fouetur, ita nec pa-
 buli subtractione vnquam deficiet. Quod enim inextinguibilis
 sit ille ignis, ex euangelio cognoscimus vbi sic eum do-
 minus frequenter appellat. Idem quoque non accendi dicitur:
 quoniam (vt ait Philippus) non materiis quibusdam &
 pabulis corporalibus viuunt, nec aliunde accepit fomenta vt
 ardeat, sed per seipsum, vt creatus est, vrens cuncta quæ ei
 iniecta fuerint, concremat, Græca habent πῦρ ἀκαυσον quod
 significat ignem accensum, vel qui non combuitur siue cō-
 sumitur. *Reuelabunt cæli iniquitatem eius, &c.* Possent hoc
 secundum hyperbolem accipi, quomodo si e contrario di-
 camus quod cælum & terra applaudent & congaudebunt
 iustitiæ piorum in die iudicij, quoniam eis omnia erunt læta
 & iucunda, & magni gaudij materia, sicut impijs omnia er-
 runt tristitia, inamœna & horrida, & nusquam vlla erit mat-

rā gaudij, dum omnia (vt ita humano more loquar) toruo
 illos vultu aspectabūt, propter illatam creatori iniuriam. In
 quem ferè sensum à Sapiēte dicitur: Pugnabit pro eo orbis
 terrarū contra insensatos. Potest tamen & aliter exponi, q̄
 angeli impiorū iniquitatē reuelabūt, veniētes cū Christo ad
 iudiciū: & infernus qui sub terra est, se aperiēs illorū impie
 ritate similiter testabitur, quomodo in Elucidatione paucis
 enarrauimus. Vel aliter per cœlos intellige homines cœle-
 stes, quorum (vt de se ac sui similibus ait Apostolus) in cœ-
 lis cōuersatio. Hi enim reuelabūt iniquitatē impij: quoniam
 (vt ait Sapiēs) stabūt iusti in magna cōstantia, aduersus eos
 qui se angustiauerūt. Per terrā verò homines impios intel-
 lige, quorū est terrena & mūdāna cōuersatio. Nā & isti cō-
 tra se inuicē testificabūtur, qui se inuicē seduxerūt, & à se in-
 uicē sunt seducti, errātes (iuxta illud apostoli) & in erro-
 re mittentes: Vel per terram dæmones infernales intellige,
 qui aduersum peccatores acerrimam in iudicio proponunt
 accusationem. *Apertum erit germen domus illius.* Alij ver-
 tunt: Migrabit siue recedet germē aut fructus domus eius:
 quod bene cum sensu conuenit quem suprā in Elucidatio-
 ne assignauimus. In eo autē quod subsequēter dicitur: De-
 trahetur in die furoris dei, illā intellige detractionē, de qua
 loquitur Petrus Apostolus, quū ait, deū angelis peccātibus
 non pepercisse, sed rudentibus inferni detractos in tarrarum
 tradidisse cruciandos. Alij autem legunt, submergetur: alij,
 desuet. In quibus facilē idem sensus inuenitur.

VIGESIMIPRIMI CAP.

ELUCIDATIO.

His à Sophar cum terrore pronūciatis, sanctus *Cap. 21.*
 Iob vt illorū animos grauiter aduersū se (vt *Respondens*
 ex verbis eorū videbatur) cōcitatatos placaret, *autem Iob,*
 & ad miserationis affectū cōmoueret, beni-
 gnē & humiliter quasi deprecādo & blandiē-
 do ita respōdit: 2 Obscuro vos, o amici, paciēter audire di
 gemini verba mea, quæ pro mea defensione loqui propo-
 nis: & bene intellectis, spero vos acturos pœ-
 nitentiā, id est, mutatuos sententiā, & ab amarīs huiusmodi
 irrationibus, & increpationibus, quibus hactenus mecū egi-
 ste.

R hie

3 *Sustinete me, vt ego loquar:* stis, cessaturos. 3 Quòd si fortè vobis graue videatur me audire loquentè, obsecro vos per amicitiam nostrā, vt tantū tædij mea causa deuoretis: meq; vel tantisper feratis, etiā si vobis vtcunq; videbitur onerosum, donec animi mei sententiā plenius explicauero.

4 *Et post mea, si videbitur, verba, ridete.* 4 Postea verò quàm finiero sermones meos, si adhuc vobis irridèdus vel arguendus videbor, tū facietis quod libebit: tamen si cōfidā post auditos patienter & animaduersos diligenter sermones meos, minimè vobis causam rationabilè fore, ob quā me debeatis irridere vel reprehèdere.

5 *Nunquid contra hominem disputatio mea, vt merito non debeam contristari?* 5 Et quidè si mea hæc disputatio quā iniquis vobiscū, nō nisi cōtra hominè aliquè esset, si tantū versaretur quæstio de offensione aut inimicitia hominis alicuius, si hoc solū vestra intenderet oratio, in hominè aliquè me peccasse, aut hominè aliquè mihi esse inimicū, nō ita magnificerem, neq; tantopere laborarè ad excusationè & defensionè meā, neq; si succumberem aut vincerer à vobis, vsque adeo multum cōtristarer: cū frequenter homines cōtingat ob leuè causam grauer offendi, neq; ita est magnificèda hominis cōtra hominè ira. Nunc verò nō cōtra hominè est mea disputatio, sed contra deum: quæstio versatur inter nos de offensione & inimicitia cōtra deū, vobis assèretibus me vt impiū & inimicū Dei pœnas istas ferre: quod quidè si mihi vestra persuaderet oratio, meritò maximam mihi præberet contristandi materiam, vinceretq; hic dolor pœnas omnes quas in corpore patior, tantum nō desperationis mihi materiam præstans. Propter quod, mirum vobis nequaquā videri debet, si tam constanter & (vt vobis forsitan videtur)

6 *Attendite me, & obstupescite,* pertinaciter vestrè repugnè reluctèr; sententiæ. 6 Nolite igitur vltra loqui huiusmodi, qualia dixistis hæcenus, ne mihi tristitiam super tristitiam adiiciatis, ne supra modum grauer & absorbear tristitia: quin potius cōsiderantes in me & dolorum magnitudinem, & vitæ pristinæ innocentiam, admiremini & obstupescite circa me occultum dei iudicium, quo innocentem tam diris affligit suppliciiis: 7 sicq; in silentio admirantes dei iudicia, os vestrum compescite à sermonibus huiusmodi increpatoriis, quibus amicum vestrum oneratis, & dei gloriam attenuatis.

7 *Et ego quando recordatus fuero, pertimesco.* 8 Nec mirum, si vos debeatis in cōsideratione ista obstupescere: quando quidem ipse ego quum attētius mecum perpèdo istud tam rarum & admirabile circa me dei iudicium, timore & horrore cōcūctior,

totūsq; intra memetipsum obstupesco, præ nouitate rei
 9 adeoque turbatur & anxiatur intra me spiri- 9 *Et cōcutit*
 et etiam foris caro contremiscat, quemadmodū eueni- *carnem meā*
 solet iis qui subito in graue aliquod periculum incidunt. *tremor.*
 Sed (vt ad causam nostram veniamus) si ita res habet vt 10 *Quare ex*
 vos dicitis, si ego ob hoc debeam impius in deum æstimari, *go impij vi-*
 dura & aduersa patiar in hoc tempore, & si aduersa præ- *uiunt,*
 vitæ argumentum sufficiens esse putatis impietatis eo
 illa paritur, quæ sit ergo vt homines quosdā palā & egre
 impios, videamus sanos atq; robustos, bellè sceleriterq;
 quantum ad præsens tempus attinet, vitam agere, atque etiam
 honoribus & dignitatibus sublimari, & omnium rerum 11 *subleuati*
 abundantia in sua prosperitate ad finem vsque vitæ stabili- *sunt, confor-*
 enim nō est prosperitas tēporalis certū argumentū pie- *tatiq; di-*
 pari ratione neq; tēporalis aduersitas sufficiens est ar- *uitiis?*
 gumentū impietatis. Impios autē plerosque videmus adeo
 ad illi malis in præsentī tēpore, vt etiā multa in omnibus
 gaudeant prosperitate, in omnibus quæ solent in hoc mūdo
 desiderari. 12 Præter enim quod in proprio corpore va- 12 *Semē eo-*
 nes sunt & robusti, habent etiam liberos filios ac filias se- *rū permanet*
 comorantes: habent quoque cognatos & affines, & *corā eis pro-*
 propinqui amiciq; videri volūt plurimos (semper enim *pinquorū tur-*
 amici diuitū multi) atque etiam filios non rarò vident si- *ba et nepotiā*
 ac filiarum suarū, in quorum aspectu plurimū oblectan- *in conspectu*
 13 Domos habent ab hostium insultibus securas, & pa- *eorum.*
 interna familiæ bene lateq; composita, ita vt neque ab 13 *Domus*
 extraneis, neque à domesticis quicquam sentiant molestiæ; *eorum secu-*
 & disciplinam illam qua solet deus in hoc mundo visi- *ra sunt &*
 atque castigare electos suos, ad emendationem & salu- *pacata,*
 ipsorum, nunquam isti experiuntur, nec vllam omnino 14 *et non est*
 aduersitatem aut afflictionem super illos mittit Deus, eò *virga Dei sic*
 tanquam reprobos eos habeat, & inter filios suos eos per illos.
 computat. 15 Boues eorum facillè grauidantur, fre- 15 *Bos eorū*
 quenterque concipiunt, & post conceptum non patiuntur *concepit, &*
 abortum: vaccæ eorum statuto tempore pariunt, & nō per- *nō abortiuit:*
 scetus suos, sed educant eos & alunt in iustam staturā, *vacca pepe-*
 que vehementer illis crescunt greges & armenta, & mul- *rit, & nō est*
 catur illis copiosæ diuitiæ, cum interim frequēter iustis *privata factū*
 contraria eueniant, vt steriles sint vaccæ eorum, aut suo-
 patiantur, aut ante ætatē maturā scetus moriantur:

- 16 *Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, et in-fantes eorū exultant libus.* 16 Paruuli eorum, filij videlicet & nepotes, si quando egrediantur cum eis ad festa, sic procedūt quasi greges, in magna multitudine & cōcordia, ad ornatum & gaudium parētum, qui lætantur in illorū aspectu, gaudētq; plurimum, cū illos in lusibus puerilibus exultantes viderint: sicque & à filiis suis & nepotibus, nihil nisi gaudiū & lætitiā animi cōcipiūt.
- 17 *Tenent tympanum & cytharā, & gaudent ad sonitum organi.* 17 In conuiujs suis, ad excitandā lasciuia, adbibēt sibi citharam & tympanū, tibias & organa, aliāq; huiusmodi musicorum instrumentorū genera, in quibus mirificē se oblectant, immodicāq; & dissoluta siue inordinata lætitiā ad omnem lasciuia & libidinem prouocant.
- 18 *Sic illi in lætitiā & gaudio dies vitæ huius transigunt, nihil in hoc tempore sentientes aduersi, sed læta habētes ac prospera omnia: manētq;* 18 Sic illi in lætitiā & gaudio dies vitæ huius transigunt, nihil in hoc tempore sentientes aduersi, sed læta habētes ac prospera omnia: manētq;
- 19 *Ducunt in bonis dies suos,* 19 Non enim vt plerisq; euenit etiā iustis, longis ante mortem cruciantur languoribus atq; doloribus, sed subitō quasi in puncto tēporis, absq; præuia diuturna infirmitate, ex hac vita discedunt: secundū corpus ad inferni sepulchrū, secundū animā ad infernum gehennæ cōmigrantes.
- 20 *Tantā nihilominus sunt impietatis pleriq; istorū, vt ipsum deū audacter cōtemnāt, atq; ab oculis suis proiciant, dicentes ei: Recede à nobis, sine nos liberè agere quæ volumus, & nostris satisfacere desiderijs: 21 nolumus cognoscere vias tuas & præcepta tua intelligere, nolumus à te vel interna inspiratione vel externa alloquutione in iis quæ fidei sunt & virtutis erudiri, sed nostro sensui nostrisq; affectibus sensualibus relinqui volumus, vt sine remorsu nobis quæcūq; libuerint, liceant.* 20 Tantā nihilominus sunt impietatis pleriq; istorū, vt ipsum deū audacter cōtemnāt, atq; ab oculis suis proiciant, dicentes ei: Recede à nobis, sine nos liberè agere quæ volumus, & nostris satisfacere desiderijs: 21 nolumus cognoscere vias tuas & præcepta tua intelligere, nolumus à te vel interna inspiratione vel externa alloquutione in iis quæ fidei sunt & virtutis erudiri, sed nostro sensui nostrisq; affectibus sensualibus relinqui volumus, vt sine remorsu nobis quæcūq; libuerint, liceant.
- 22 *Insuper apertè blasphemātes, & quasi abnegātes dei potentiā & providā bonitatē, dicūt: Non tātī nobis est deus, qui asseritur omnipotēs, vt propter eū nostra relinquamus desideria, nostrōsq; mortificemus affectus, ad seruiendū eius voluntati.* 22 Insuper apertè blasphemātes, & quasi abnegātes dei potentiā & providā bonitatē, dicūt: Non tātī nobis est deus, qui asseritur omnipotēs, vt propter eū nostra relinquamus desideria, nostrōsq; mortificemus affectus, ad seruiendū eius voluntati.
- 23 *Et quā inde cōsequemur vtilitatē, si illū fuerimus deprecāti, humilitérq; veneratī? Non enim videtur ij qui deū religiosē metuūt & piē colūt, amplius aliquid ab eo accipere, quā ij qui eū cōtēnunt & irridēt, imò frequēter hi illis melius habere vidētur.* 23 Et quā inde cōsequemur vtilitatē, si illū fuerimus deprecāti, humilitérq; veneratī? Non enim videtur ij qui deū religiosē metuūt & piē colūt, amplius aliquid ab eo accipere, quā ij qui eū cōtēnunt & irridēt, imò frequēter hi illis melius habere vidētur.
- 24 *Neq; verò hæc dixerim ego ex animi mei sentētia, quasi illorū mihi cōplaceat impia peruersitas, imò cōsiliū & propositū eorū impiū simū modis omnibus ego execror, detestor & abominor, cui absit vt vnquā vel in minimo subscribā aut consentiam, propterea* 24 Neq; verò hæc dixerim ego ex animi mei sentētia, quasi illorū mihi cōplaceat impia peruersitas, imò cōsiliū & propositū eorū impiū simū modis omnibus ego execror, detestor & abominor, cui absit vt vnquā vel in minimo subscribā aut consentiam, propterea

propterea quòd bona illa fortunæ quibus ad tēpus vidētur *filium im-*
 gaudere, nō habeant in manu sua, nō sunt fortunæ suæ do- *piorum lon-*
 mini, nō stabili possessione illa obtinēt in quibus gloriatur, *gè sit à me.*
 sed velint nolint nimiū breui omnia cogētur derelinquere,
 atq; horrēdo dei quē cōtempserūt iudicio præsentari. Quæ
 quidē ratio vel vnica, per se sufficiens est, quare ab illorum
 impijs cōsilijs omnes debeāt meritò abhorrere. 25 Quā- 25 *Quoties*
 quā in præsentī tēpore mirū in modū floridi & gloriosi vi- *lucerna im-*
 deātur impij, nō diu tamē ista perseuerabit prosperitas, sed *piorū extin-*
 breui admirabilis fiet cōmutatio. Nimirum quādo cōtigerit *guetur,*
 impios ex hac vita excedere, & claritatem istam temporalis
 prosperitatis lumini lucernæ similē perdere, 26 quādo su- 26 *& super-*
 bitō & ex improviso ex sentētia diuini iudicij superuenient *ueniet eis*
 eis dolores & afflictiones æternorū tormētōrū, ad modum *inundatio,*
 inundantiū aquarū, quæ penitus demergūt & absorbēt ho-
 minem: 27 & quādo deus in ira ac furore suo implacabili, 27 *& dolo-*
 secundū proportionē malitiæ in hoc mundo patrata, æqua *res divider*
 lance iustitię suę partietur atq; distribuet eis, quasi portionē *furoris sui.*
 hereditariā debitāq; mercedē, dolores tormentorū gehēne:
 28 Tunc videlicet apparebit eorū misera conditio, qui hīc 28 *Erūt sicut*
 florentes & gratiosi videbantur, donec lateret dei iudiciū. *palea ante*
 Tunc enim similes videbantur leui, aridæ & vacuæ paleæ, *faciem vēti,*
 quā ventus rapit & proiicit à facie terræ quocunq; vo-
 luerit: 29 & sicut tenuissimus leuissimūque cinis aut pul- 29 *& sicut*
 uisculas, quē ventus turbinis impetu suo in diuersa spargit. *fauilla quā*
 Quemadmodū enim palea in se prorsus arida est & vacua *turbo disper*
 & leuis, ad nihilum ultra valēs, nisi vt proiiciatur in caminū *git.*
 ignis, & quēadmodū hāc absq; resistētia rapit impetus vēti:
 ita peccatores coram dei iudicio aridi, leues, & omni virtute
 operibūsq; bonis vacui inuenientur, nec poterunt resistere
 terrori diuini iudicij, sed rapiētur eius impetu, & proicien-
 tur in gehennam ignis, in damnationem æternam. Similiter
 & de fauilla dicēdū, quę igni proxima semper & domestica
 est, & ab igne excoquitur. 30 Nonnunquā verò etiam in 30 *Deus ser*
 hoc mundo, deus punit impiorū malitiam, licet ipsi in suis *uabit filiis il*
 personis punitionē nō sentiāt. Nam, quantum ad punitionē *lius dolorem*
 tēporis præsentis, cōtingit nonnunquā, vt deus occulto suo *patris:*
 & nihilominus iusto iudicio, pœnā quā pater impius com-
 meruit, reseruet filiis vsq; ad tertiam & quartā generationē:
 & cū reddiderit ei. Deus secundum opera sua debitā 31 *& cū red*

dededit, tunc sciet. mercedem, stipendiū peccati mortem & dānationem merendam, tunc intelliget & sentiet, quæ prius donec in hoc mundo ageret, noluit intelligere; tunc serō, heu nimium sero, videbit, quid egerit ipse, quid possit deus, quæ utilitas seruientibus deo, quæ mala deum contemnentibus; tunc aperientur

32 *Videbunt oculi eius in-terfectionem suam,* in pœna oculi, quos culpa tenuerat clausos. **32** Neq; tamen in mundo punientur filij eorū temporaliter, punientur etiā ipsi in personis propriis æternaliter, videbuntque oculis, &

33 *& de furore omnipotentis bibet.* sensibili pœna ferent in se damnationem suam: **33** & de calore iræ dei bibent vinum merum turbulentū & importabile, id est, ex sententia diuini iudicii quā proferet in furore suorum tormenta intolerabilia velint nolint ferre cogentur impij,

34 *Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se.* **34** Signanter dico, non solum in filiis impij puniendum temporaliter, sed etiā in seipso sic æternaliter. Alioquin parua videretur impij punitio, nec magnificeret hęc ille vindiçtā. Nō enim vsque adeo multū curat impius quid post se transitū in familia & domo sua contingat, siue affligatur filii & nepotes, siue prosperentur; nō ita hęc post obituum suum impius magnificeret, modō ipse à malo posset esse liberus.

35 *& si numerus mensuræ eius dimidiatur?* **35** Atque etiā si ante tempus ipse impius aufereretur de medio, si quasi in medio vitæ suæ robore subito succideretur in vltionē suæ impietatis, nō magnificeret hęc vltionem nisi alia subsequēs æternalis pœna eū maneret, hincq; magnitudinē in inferno exciperet. Vnde necesse est, ad condignā sufficientemq; impiorū punitionē, vt præter temporalem istam quā interdū ipsi in personis suis effugiūt, alia eos maneat

36 *Nunquid Deū docebit quispiā scientiā, qui excelsos iudicat?* futuro, quā nemo effugiet. **36** An vero inter homines & angelos poterit inueniri quisquā tā doctus aut sciēs, vt de ipso erudire sufficiat in reb⁹ agēdis, & administrādis iudicij: ipsum inquā deū, qui tā perfectē in se est sapiēs & sciēs, vt etiā altissimos illos & nobilissimos spirit⁹ cœlestes iudicare sufficiat, insuper & vniuersos reges ac principes terrarū qui omnes eius tribunali hinc abscedētes debēt assistere, & ab eo iustū accipiāt iudiciū. Cū verō ita sit sciētissimus re-

37 *Iste moritur robustus* agēdarū, & omni sua administratione irreprehēnsibilis deus, ita tamē res dispēsat humanas, vt frequēter pro hoc repositior videatur cōditio hominis pij quā impij. **37** Nimis

plerosque per omnē vitam vsque ad vltimū vitæ terminum

sanos
etiā h
bēt e
vitali
mun
tur
tran
li
simpl
tran
huius
& sim
solat
afflic
nihil
peius
pulti
vnde
ribus
videl
atin
post
41 S
asser
quas
impi
ego i
sa iu
boru
piū r
ne d
maxi
mus
gnifi
mife
iudic
me i
opor
qui a
tiam

sanos & valentes agere, omnium rerum abundantia plenos, atque; *Sanus dicitur et felix.*
 etiam honoribus sublimatos. 38 Donec viuunt, carnem habent egregie curata, & corpus optimè dispositum: interiora & 38 *Viscera eius plena sunt adipe, et medullis ossa illa irrigantur.*
 vitalia membra pinguedine delicatissima fouetur & circum-
 muniuntur, & ossa plena habent medullis, quibus sustentantur
 rigantur atque; nutriuntur: sicque; sani & robusti omnem vitam
 transigunt, & ad mortem usque nihil in corpore sentiunt ma-
 li. 39 *Alius vero moritur in amaritudine anime sue, absque ullis opibus.*
 Contra verò, frequenter euenit, ut homines pii & 39
 simplices omnem vitam suam ad vltimum usque vitæ terminum
 transigant in multa afflictione & egestate, nullis gaudentes
 huius mundi solatiis, deficiente pecunia, cui obediunt omnia,
 & sine qua nihil apud homines comparatur vel obsequii vel
 solatii: atque; ita vitam istam finiunt miseram, in amaritudine &
 afflictione nimia: sicque; quantum ad tempus præsens attinet,
 nihil videntur iusti impiis habere melius, imò nonnunquam
 peius. 40 *Et tamen simul in puluere dormient & vermes operient eos.*
 Post mortem verò simul utriusque; & pii & impij, sepul-
 ti iacebunt in terra, & resoluentur in cinerem atque; puluerem
 vnde sumpti sunt: & vermes similiter de vtrorumque; cadaue-
 ribus nascentur: vnde neque post mortem inter istos aliqua
 videbitur distantia: ac proinde, quantum ad præsens tempus
 attinet, inter iustum & impium, neque ante mortem neque
 post mortem vlla videtur iusti super impium præcellentia.
 41 *certè non cogitationes vestras, & sententias contra me ini-
 quas.*
 Sunt autem hæc à me dicta, ad refellendas falsas vestras
 assertiones, quibus me oppugnatis. Facile enim aduerto ini-
 quas vestras contra me cogitationes, quibus me ut hominem
 impium & sceleratum reputatis: & iniugas vestras sententias
 ego intelligo, quibus me ut impium & hypocritam sine cau-
 sa iudicatis, & temere pronuntiat. 42 *42 Dicitis enim, Vbi est domus principis,*
 Summa enim verborum vtrorumque; quibus contra me agitis, huc tendit, ut im-
 pium me esse astruatis, perinde ac si per ironiam aperta irritio-
 ne dicatis: Vbi nunc est domus Iob, qui fuit vir princeps &
 maximus inter omnes orientales? 43 *43 & vbi nunc sunt domus impiorum filiorum eius? hac videlicet amara ironia si-
 gnificare volentes, me propter impietatem meam istam pati miseriam, & filios item meos ob sua peccata diuino periisse iudicio. Huc scilicet videtur tendere vestra disputatio, ut
 me impium esse astruatis, & propter impietatem puniri: quasi oporteat omnem impium in hac vita puniri, & omnem eum
 qui aduersis affligitur esse impium: quam quidem sententiam iam ante falsam, ex ipso sensus experimento monstrauit*

44 *Interrogate quemlibet de viatoribus: et hæc eadē illū intelligere cognoſcētis.* cum pleriq; impij in hac vita optimè, multi iuſti peſſimè habeant. 44 Quod ſi mihi hac in re fidē habere recuſetis, remitto iudiciū ad quemlibet etiā vulgariū hominū, qui per viam pertranſeunt: interrogate quemcunq; volueritis, qui forſan primus occurret, de veritate huius rei quam propoſui: & hæc eadē quæ modò dixi, de bonorū aduerſitate & malorum proſperitate, illum ita ſentire atq; cōper- ta habere audietis. Tam enim frequenter hoc oculis cernitur, vt etiā vulgares homines latere non poſſit vllō rationis

45 *Quia in diem perditionis ſeruat̄ malus.* iudicio pollentes. 45 Nimirū ob hoc impio in præſenti tēpore parcitur & indulgentius cum eo agitur, quoniā ſeruat̄ in diē illum magnū & terribilē, in diem horrendi iudicij, quando ſuper eum pondus immenſum & intolerabile damnationis æternæ ſuperueniet: & qui nunc in ſua proſperitate (ut videtur) ſine turbatione dimittitur, imò interim dū affliguntur iuſti ſeruat̄ & quaſi occultatur ſiue abſcon-

46 *et ad diē furoris ducetur.* ditur à malis, 46 tunc ad diē illū iræ & furoris implacabilis adducetur, iuſtiq; iudicis ſeuero tribunali exhibebitur, vt illic accipiat pro omnibus in hoc tēpore patratis impietatibus debitā mercedē: tantōq; illic tunc grauius ſerat iudiciū, quātō hīc nunc Dei benignitatē ſentit liberalius, & lōganimitatē contempſit pertinacius. Atq; ita quidē, quantum ad præſentis vitæ tempus attinet, impius frequenter Dei vide-

47 *Quis arguet corā eo vias eius?* tur effugere iudiciū, nec vllis ab eo affligi malis. 47 Quantum verò ad homines attinet, frequēter etiā euenit, rāta potentia aut poteſtate aut robore præditos eſſe impios, vt nemo inueniatur qui illos audeat palām in faciem redarguere pro ſuis impietatibus, propter metū poteſtatis & terroris il-

48 *Quæ fecit quis reddet illi?* lorū. 48 Multò etiā minus inueniri poteſt, qui illis debitā poſſit vel audeat inferre vltionē, ac pro demeritis cōdignā eos vltione punire: ſicq; pro hoc tēpore impij ſubinde omne effugiunt iudiciū, tam diuinum quam humanū. Non ſolum autē in vita ſua nihil patiuntur aduerſi, ſed neq; poſt mortē, quantum ad corpus attinet & humanū iudiciū, peius euenit impiis quā bonis. 49 Vbi enim è vita iſta exceſſe-

49 *Ipe ad ſepulchra ducetur,* rint, eorū corpora cū honeſto comitatu & celebri pompa efferuntur ad præparata & elaborata ſepulchra, quæ admodū bonis ſit & iuſtis hominibus: imò frequēter lōgē maiori pompa & officio ſepeliuntur impij, quā pij. 50 Illicq; in ſepulchris cum cæteris mortuis, quaſi in cumulo & cōgerie

50 *et in cō-* mortuo-

mortuorū permanebunt & requiescēt, vigilaturi nihilomi-
 nus, id est, victuri secundū animam, atq; etiam ad tēpus per-
 mansuri in memoria hominū, non minus quā alius quili-
 bet proborum hominum, imò frequenter multò amplius.

51 Inter vmbra siue animas defunctorū, quæ in infernali
 fluvio cocyto inhabitāt (ad eum modū quo glareæ siue la-
 pilli voluuntur in torrētibus & fluminibus) dulciter ipsi re-
 quiescent, iuxta existimationē hominum, communē fortem

cū multis & portionē eandē habituri. 52 Nam & post ip-
 sos alij infiniti sequi cogētur, sicut ante ipsos alij sine nume-
 ro præcesserant. Sicut moritur impius iste in hoc tēpore, ita
 morientur omnes qui viuunt aut victuri sunt, singuli in tē-
 pore suo, & similiter sepelientur iuxta corpus in terra, iuxta
 animā item similiter ad inferos plurimi descendunt sine nu-
 mero: similiter & de iis qui ab initio seculi præcesserūt, suo

modo dicendū. Non ergo impius iste moriens vel primus
 erit vel vltimus, nec solus persentiet mortis, si quæ erunt, in-
 cōmoda, sed cōmunē cū pluriimis & anterioribus & poste-
 rioribus habebit portionē, quod vulgò homines sibi etiā in
 magnis malis reputant nō parūā cōsolationē, habere scili-
 cet in pœnis cōsortes aut in tormētis socios. 53 Cū itaq;

manifestē pateat, quantum ad præsens tēpus attinet, crebro
 occidere vt homines egregiē impij profus nihil pro suis sce-
 leribus in hoc mundo patiantur mali, neq; ante mortē neq;
 etiam post mortē sed omnia videntur eis cōmunia cū bo-
 nis & probis, imò in multis horum videntur etiā excellere:
 quomodo nunc potest consistere vestra, qua me videmini
 velle cōsolari, oratio, quæ falso probatur inniti fundamēto,
 & veritati repugnare? cū sic ex aduersitate mea ista quā pa-
 tior impietatis me arguitis, perinde quasi in hoc mundo ma-
 la nō possent euenire nisi malis, & bona non nisi bonis.

51 Dulcis
 fuit glareis
 cocyti,
 52 & post se
 omnem bo-
 minem tra-
 het, & ante
 se immune-
 rabiles.
 53 Quomodo
 igitur cōsolā
 mini frustra
 cum respōsio
 vestra repu-
 gnare ostēda
 sit veritati?

ANNOTATIONES IN CAPVT. XXI.



Give pœnitentiam. Id est, mutate sententiā, &
 affectum erga me alium induite, quā hactē-
 nus monstrastis verbis & gestibus. Alij ex He-
 bræo sic legunt: Sint istæ cōsolationes vestræ.
 Hoc est, Saltē hoc à vobis accipiā cōsolatio-
 nis

nis loco, vt me patienter audiatis. Quem sensum etiā Græca habet æditio: *Post mea, si videbitur, verba videte.* Rhetorico schemate aliud innuit quàm verba videatur exprimere, potestq; per quandā ironiā exponi, quasi dicat: Vbi me audieritis & intellexeritis, puto q̄ non vltra causam habebitis me irridendi. Hunc sensum apertè exprimit quod habet æditio Græca: *Sustinete me, vt ego loquar: post verò nō me deridebitis. Nunquid contra hominē disputatio mea est?* Interrogatione vtitur, vt vehemētius moueat. Habent enim interrogationes eiusmodi vehemētix plurimū in principio orationis, multoq; efficacius mouēt quæ sic interrogatiue proferuntur, quàm si simpliciter enuntiarētur. Ad intelligendū verò quid sibi velit ista interrogatio, sciendū est, sanctum Iob in omnibus his aduersitatibus durissimis quas ferebat, præcipuam imò vnicā semper habuisse consolationē, bonæ conscientix testimoniū, quod intus, spiritu sancto testimonium reddēte suo spiritui, senuiebat. Cui quidē testimonio bonæ conscientix quasi fundamēto solidissimo innixus, seipsum cōsolabatur in tantis miseriis; per hoc intelligens, nō se ista pati vt sceleratū & impiū pro suis impietatibus, neq; vt inimicum & hostē sub odio Dei constitutū, sed vt amicū & filiū, propter diuinæ dispensationis beneplacitū, ad ipsius gloriā & suam salutē. Hoc autem gaudiū de bonæ conscientix testimonio procedens, in corde viri sancti tā erat inuictū & insuperabile, vt nulla foris obueniens aduersitas ipsum potuerit superare aut ad impatientiā vllam adigere: quemadmodū multò post suis discipulis dicturus erat dominus: *Gaudet cor vestrum, & gaudium vestrū nemo tollet à vobis.* Paruifaciebat enim quicquid foris pateretur in corpore, modo illā suam cū Deo amicitia quam omnibus bonis sine cōparatione præferebat, seruaet illæsam. Hoc autē bonæ conscientix testimoniū, amicis suis disputationibus viro sancto subtrahere modis omnibus laborabāt, ad hoc videlicet elaboratis orationibus conantes, vt ille se hominē scelestum & insigniter impium crederet, ac proinde dei hostem & inimicū, qui pro suis impietatibus magnis & multis plagā istā tam insolitā ex æquitare diuinæ iustitię sustineret. Qua quidem in re si illis Iob cōsensisset, eāmq; sibi persuasionē illis consentiendo in animum induxisset, sublata basi totius suæ consolationis: & patientix totius fulcimento funditus sub-

IOAN. 16.

uerso,

uerso, quid videri poterat reliquum, nisi vt miser Iob, sicut antè externis, ita nunc etiam internis viribus destitutus, statim corrueret in impatientiã? Longè enim grauius mentem viri sancti vulnerasset falsa illa persuasio, quàm carnè plaga illa grauissima potuit affligere: cū viris sanctis sine vlla cōpatione grauius sit, à Deo reprobari vel haberi odio, quàm omnibus affligi tormetorū generibus. Proinde sanctus Iob, cognoscens quàm periculosa sibi fuisset illa amicorum persuasio, toto pectore se illorum sententiæ opponit, asserens, se nulla ratione à sua sententia velle discedere & illorū assertioni accedere: non quidem ob superbiã aut pertinaciam animi sui, sed propter veritatis iustitiæq; defensionē, & sui ipsius à desperatione (quæ miseris est præsentissimū periculum) præseruationē. Hoc scilicet est, quod interrogādo intendit significare, quum ait: Nunquid contra hominē disputatio mea est, vt meritò non debeã cōtristari? Vbi quod inuinit Iob, cōtra Deum se habere disputationē, vide ne peruersè intelligas. Contra deum enim se habere disputationē indicat, nō quòd aduersus deū pugnet, aut Deū accusare velit, vel aliquā ei malitiã attribuere, sua disputatione: sed quia amici ad hoc conabantur, vt eum Dei inimicū Deoq; exosum & contrariū cōprobarent, ipse verò ne talis crederetur aduersum illòs se defendebat. Vnde sanctus Iob, quantū quidē ex parte ipsius erat, pro Deo & pro se disputabat, defendens videlicet amicitia siue concordia quam inter Deū & se esse credebat: non autē contra deū, imò disputabat aduersus inimicitia contra Deū, nolens illam vlla ratione in se admittere. Quantū verò ex parte amicorū, erat disputatio ipsius contra Deum: quoniã illi eum disputando conabatur Dei inimicū cōrobare. Quod ergo dicit: Nunquid contra hominē disputatio mea est, &c. hunc habet sensum: Si quidem vestra disputatione non aliud conaremini, quàm hominis alicuius me inimicū & hostem ostendere, nō ita magnificerem, nec magnopere contristarer, & etiam si vos cōtingeret me superare & in vestram sententiã inducere: & forsitan hæc in te facillè vobis cederè, nec ita operosè vobis responderem. Paruifacio enim gratiam vel odium hominum, modò in dei amicitia permaneã. Nunc verò disputatio nostra eò tendit, vt me Dei hostem & inimicū comprobetis, & hæc persuasionem mihi in animum inducere conamini: quod

ANNOTATIONES

quod si obtineretis, immensa tristitia meum animum absorberet, essetq; mihi hæc grauior afflictio, quam pœna omnis quam patior: auferreturque mihi omne fulcimentum consolationis & paciëntiæ meæ, nec videretur quicquam reliquum nisi desperatio pessima. Hanc videlicet ob causam, tam constanter, siue (vt vobis videtur) pertinaciter me vobis oppono, nec vlla ratione vobis consentiã, sed mordicus tueri & volo & debeo meã innocentiam, quã vos tanto studio impugnatis. Sed hic forsã quispiã interroget, quare tam periculosa ipsi Iob fuisset illa persuasio, aut qua ratione in desperationem inde corruisset, cū amici ei pœnitentiam proponerent, & per pœnitentiã promitterent indulgentiam, sicut partim ex præcedentibus, partim ex sequentibus patet? Huic autem quæstioni ita satisfacimus. Cum sanctus Iob ab ineunte ætate semper sollicitus fuisset obseruare Dei volūtatem, iuxta illud: Ab infantia creuit mecū miseratio, & illud: Verebar omnia opera mea: si nunc post tantum adhibitum studium ad placendum Deo, quantum vix vnquam homo adhibuit, adhuc se inueniat sceleratissimum & insigniter impiū Deiq; hostem & inimicum, cui vt placeret tantopere semper laborauit: quæ illi spes esset reliqua, vnquã placēdi deo? Veluti si quis seruus per multos annos omni qua potuerit fide & diligētia domino suo inseruierit, ita vt nihil vnquã sciens prætergressus sit de mādatis domini, aut quicquã eorū quæ præcepit adimplere omiserit: in summa, ex toto cordis affectu huc semper conatus fuerit, vt domino suo cōplacere: post multos verò annos transactos, reipsa cōperit nihil se omni illo obsequio profecisse, adeoq; non inuenisse apud dominum vllam gratiam, vt etiam quasi infidelissimum & nequissimum seruum eum habeat & puniat dominus: quid spei seruo illi poterit esse reliquum, postquã quicquid potuit facere fecit, nec profecit in aliquo? Quomodo nõ despondebit animū & planè desperabit miser ille seruus, vnquam assequuturū se domini gratiam? Ita sanè noster Iob, si post omnem vitam tam religiose in omni timore transactam, adhuc se Dei hostem & prorsus ab eius gratia alienū existimaret, quomodo non iustissimã videretur habere causam desperationis? Valde enim impiū se æstimare deberet, si iuxta amicorū sententiam propter peccata sua puniri se crederet. Cū enim iuxta quantitatem delicti soleat vltix dei iustitia

stitia dispensare vltionem, videretur vtique noster Iob non mediocriter fuisse impius, qui tam supra modum graui & inaudita meruisset vltione feriri.

VIGESIMISECVNDI CAP. ELVCIDATIO.



Bsoluta iam secūda parte disputationis, postquam singuli suo ordine secūdo dixissent, Iob item secūdo singulis respōdisset, cernens Eliphaz Themanites amicū suum Iob equē cōstāter tueri suā sententiā, à qua discedere eum

Cap. 22.
Respōdēs autem Eliphaz Themanites dixit:

volebat & abducere modis omnib⁹ cupiebat, nouo rursus certamine eūdem aggressus est, multo etiā durius quā ante fecerat, ita vt etiam apertē multa ei scelera imputaret, & tyrannicas exprobraret particulariter enumerando impietates, quod hactenus nō fecerat: vt vel sic ipsum ad peccatorum agnitionem & cordis pœnitentiā (quam ei omnimodē necessariam existimabat) adduceret. Fuit autem huiusmodi eius hæc tertia ad illū oratio. 2 Quid tu tibi tāta miser homo persuades, vt deo te audeas ex aduerso opponere, & cū eo velle cōtendere, atque ad disputationē & iudicialē contentionem eū prouocare: quum nemo hominum quantumlibet magnæ fuerit cōsummatæque (quantū potest contingere in hac vita mortalibus) scientiæ, possit deo quasi secūdam æqualitatē ac paritatē cōparari, sic vt ex aduerso ei se audeat opponere? Quātō minus tu homo mediocris eruditionis & perexiguæ scientiæ, plerisque etiam mortaliū in cognitione diuinarum atque humanarū rerum inferior, tanto negotio videri possis idoneus? 3 Quod autē in excusationem tuæ pertinaciæ videris adducere, quasi pro zelo erga deum sic tuearis tuam innocētiā, vt nobis peccata agnoscere, ne offendisse deum aut inimicus illi fuisse existimeris, id friuolum omnino videtur. Nihil enim commodi ex tua iniustitia referet deus, neque accedet ei quicquam vtilitatis in innocētia vitam egeris sicut econtrario: nihil dampni vel incommodi ex hominum impietate ille accipit. Nō est igitur quod propter illum ita pertinaciter tuā sententiā tuearis, quasi ille damnū aliquod sit accepturus, si peccatorē te agnoscas & peccatis tuis plagā hanc inputes: aut quasi vtili

2 Nunquid deo comparari potest homo, etiam cum perfecta fuerit scientia?

3 Quid prodest deo, si inustus fueris: aut quid ei cōfers, si immaculata fuerit vita tua?

tatis quippiam illi sit accessurū, si te innocentē & sine culpa hæc passum defendas. Tu magis attende tibi, peccata tua agnoscēs & pœnitētiā agēs illorū: ne cum illi nihil prodesse valeas, tibi etiam vehementer obsis. Siquidē hac defensione tuæ iustitiæ tibi obes plurimum, illi prodes nihil: pœnitens verò, saltem tibi plurimum profueris, quod ille quoq; maxime desiderat. 4 Rursum arbitraris tu, q̄ ille dum te arguit & punit plaga ista grauisissima, id faciat quasi homo imbecillis & meticulosus, vel inferior te vel æqualis tibi, aut talis qui te in vlllo metuat, quasi à te possit accipere vel tātillum nocumenti, vel tuis querimoniis & blasphemis possit terri, vt ideo tam cōfidenter eum prouoces? quemadmodū in humano iudicio nonnunquā rei nimia cōfidentia, meticolosus iudices facit à punitione cessare, timore damni, aut mali cuiuslibet quod inde eis posset obuēnire. 5 Aut putas talem esse deū qui te punit, vt tuis querimoniis cogi possit ad cōparendū tecū in iudicio, quasi ad reddendā rationē eius quam in te exercuit punitionis: vt propterea sic eū ociosa cōtentione ad disputationem & iudicium prouocare non desinas? 6 An non magis, depositis huiusmodi querimoniis & cōtentionibus, hoc tibi persuadere debebas, quod videtur verisimillimum, q̄ ille sic grauiter te puniat & affligat propter peccata tua, & pondere grauisissima, & numero infinita, quæ aduersus illum cōmisisti. Nō enim videtur verisimile, q̄ tam insolita & inaudita punitione ita subito te percussisset, nisi multitudine & magnitudine peccatorum tuorū prouocatus. Cū enim nec propriæ vtilitatis respectu inuitatus id fecerit, nec vllius incommodi timore inductus, consequens videtur, vt tuorum scelerum iniquitas æquitatem iustitiæ eius ad huiusmodi punitionem prouocauerit.

4 Nunquid
timēs arguet
te?

5 & veniet
tecum in iu-
dicium?

6 Et nō pro-
pter malitiā
tuā plurimā,
& infinitas
iniquitates
tuas.

7 Abstulisti
enim pignus
fratru tuo-
rum sine cau-
sa.

7 Quod si fortē negare velis, te habere peccata punitione huiusmodi digna, recēsebo ego tibi nōnulla particulari enumeratione, in quibus vel omnibus, vel certē nonnullis, vel etiā multò pluribus, te inuenies crebrius offendisse, si exactē tuā ipsius examinaueris cōscientiam, quēadmodū solent regulariter in huiusmodi offendere diuites atque potentes, & qui iudicium funguntur officio. Videlicet conciuibus atque contribulibus tuis, inter quos vt fratres debueras benignè & mansuetè cōuersari, verisimile est te aliquādo onerosum præstitisse & grauamen intulisse: vt pro te pignus ab eis auferendū

ferendo sine causa rationabili, vel per iniustitiam ab eo qui nihil debuit, vel per misericordiam ab eo qui vnde quod debebat soluere non habuit: 8 & pauperes ac seminudos vestibus spoliando, siue ipsum tenue & vnicum ac necessarium eorum operimentum crudeliter auferendo, siue per culpabilem omissionem cum potueris nudos non vestiendo. 9 Opera misericordiae secundum proportionem datarum tibi a deo amplissimarum facultatum verisimile est te non satis adimpleisse, utpote non potuisse sitientes, non cibo refecisse esurientes, non collegisse hospites, aliaque huiusmodi. In quibus, licet tu tibi forsitan blandiaris quod satisfeceris, eorum quod vni aut alteri, id est paucis aliquot, ea impenderis: contra tamen admodum probabiliter videtur metuendum, quod non pro tua conditione satis ea impleueris, multos dimittens famelicos sine cibo, aut sitibundos absque potu, aut hospites sine hospitio, aut nudos sine vestimento, quos sine tuo incommodo potuisses & pascere & potare & vestire, & aliis misericordiae operibus reficere, diuitiis amplissimis ad huiusmodi officia tibi praeparata omnibus orientalibus a deo liberaliter donatis: ut merito tibi videatur de maiori administratione & dispensatione bonorum tuorum metuendum. 10 Idem videri potest etiam quantum ad iudicis officium, quod videlicet non in mansuetudine & lenitate gubernaueris populum tibi subditum ad commune bonum, sed potius cum violentia & potentia eos tibi subiectos habueris, proprium magis quam commune in eis spectans commodum, sedque in terrore potentiae & violente potestate eos gubernasti, non pro aequitate, sed pro animi tui arbitrio, nemine audente contra hiscere. 11 Iustitiam quam ex officio principis & iudicis debebas administrare omnibus, & maxime derelictis ac desolatis hominibus, non fideliter crederis exequutus, maxime erga personas miseras & destitutas patrocínio, utpote erga viduas virorum patrocínio carentes, quas ad te ut patronum confugientes pro iudicio, cum opprimerentur ab impiis, dimisisti vacuas absque consolatione, nec iudicasti causas illarum. 12 Item & erga pupillos orbatos parentibus, quos iniuste afflixisti aut oppressisti, vel contra iustitiam ab aliis opprimi permisisti. Contra has enim personas miseras frequententer contingit offendere iudices: vel quia non temperant illas de manibus opprimentium liberant, sed nimium protrahunt earum causas, in magnum grauamen pauperum, propter

8 & nudos spoliasti vestibus.

9 Aquam laso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.

10 In fortitudine brachij tui possideas terram, & potens obtineras eam.

11 Viduas dimisisti vacuas,

12 et lacertos pupillorum comminasti.

- propter fauorem aut metum partis aduersæ: vel quia munè
ribus excæcati, in fauorem diuitum contra pauperes iniquā
sententiam proferre non metuūt: vel certè ad composi-
tiones iniquas, minis & terrore vel tædio nimie protractionis,
cum parte aduersa ineundas compellunt. 13 In his (inquā)
& similibus, o amice Iob, verisimile est te sapius offendisse
Deū: & si fortè non ita apertè vt homines persenserint, sal-
tem occultè, vel consentiendo, vel permittendo, vel non fa-
tis agendo pro iustitia: quæ Deus attendit, quāuis ignoraue-
rint homines, & tu etiam ipse tibi nō persuades: & propter
huiusmodi peccata quæ Deus in te nouit, ista nunc plaga te
puniri est verisimile, vt plagis istis admonearis ad agendam
pœnitentiam: propterea nūc tribulationes istæ multiplices,
admodū laqueorū, ex omni parte te circūdant: 14 & pro-
pterea nūc timor iste malorum subitus tam grauiter te con-
turbat: Deo optimo id prouidè ita disponēte, vt per vulne-
ra externa quæ foris sentis in corpore, quæ intus latebāt oc-
cultata animæ vulnera agnosceres, agnitaque per pœnitentiā
emūdares. 15 Tu tamē tibi ipsi adblādiens de falsa & simu-
lata iustitia, persuadebas tibi stabilē fœlicitatē: nullis aduer-
sitatū tenebris obscurandam siue extinguendam: neque cre-
debas futurum aliquādo, vt tantus malorū cumulus tibi sic
subitò superueniret, quomodo nunc instar aquarū multarū
in diluuiō superinundantiū illa super te venerunt: atq; hinc
nunc oritur in te ista tam grauis conturbatio hinc illæ que-
rimoniæ, hinc illa tanta impatiētiae verba, hinc illa aduersus
Deum contentiosa præsumptio: nimirū ex persuasionē fal-
sæ iustitiæ, & in consideratione diuinorum iudiciorum.
- 16 Vnde verò tu tibi istam potes persuadere peccatorū im-
punitatem, vt tam indignè feras tuam istam, quam pro pec-
catis tuis istis supra enarratis meritò sustines, punitionem?
Non enim arbitror te illorum approbare velle sententiā,
qui considerantes sublimitatem diuinæ maiestatis, quæ lon-
gè superat & transcendit omnē creaturam, & neque cœlo-
rum aut stellarū maxima altitudine potest comprehendi, ex
hac consideratione inducuntur ad negandā Dei prouiden-
tiam erga particularia facta hominū, quæ hic aguntur, in ter-
ris, ita vt errore decepti dicant. 17 Quī fieri posset, vt deus
eorum quæ hic aguntur singularem haberet & determina-
tam noticiam? Quod si quid fortè nosse putetur de his infe-
rioribus
- 13 Propterea
circūdatus
es laqueis,
- 14 et cōtur-
bat te formi-
do subita.
- 15 & puta-
bas te tene-
bras non vi-
surum, et im-
petu aquarū
inūdantiū
non oppres-
sum iri.
- 16 An cogi-
tas, q̄ deus
excelsior cœ-
lo sit, & su-
per stellarum
verticem su-
blimetur,
- 17 & dicis:
Quid enī no-
uit Deus? Et

fortibus
cogniti-
gē aliqu-
iquidē
distingui-
la quæ a
imped-
17 Inlu-
occupat-
versand-
ngimus
pernosce-
suum gu-
quæ hic
lirim pe-
velle au-
in seculi
sunt hor-
crabiler-
iudicio
ante nat-
quarum
securos
nirūsq; a-
sibi pers-
inniteba-
sper imp-
nifestè i-
subitò il-
pietatis
quidem
palam d-
licerent.
præcept-
paruipe-
dum qu-
afficere
17 Qu-
detestab-
meritò

fortibus, non potest fieri vt determinata & distincta sit ista quasi per ca-
 cognitio, sed tantū obscura & cōfusa, veluti quū quis à lon- *lignem in-*
 gè aliquid prospicit per caliginem intermediam. 18 Ipse *dicat.*
 siquidē nubiū intermediarū obiectione ab inferioribus istis 18 *Nubes la-*
 disiungitur, eīsq; impeditur, ne videre possit distinctè singu- *ribulū eius,*
 la quæ aguntur à nobis: sicut & nos vicissim, propter nubiū *nec nostra cō-*
 impedimentū & distantiā nimiam, cum videre nō possumus. *siderat,*
 19 Insuper habet ipse in supernis cælorum habitationē & 19 *Et circa*
 occupationē suam, in cælorum altitudine habitans & in illis *cardines cæ-*
 versandis atq; voluendis se occupans: ita vt nostra quæ hīc *li perambu-*
 agimus in infimis terræ, nō illi vel libeat vel liceat sigillatim *lat:*
 pernoscere: tantū est ei illic supernè negotij, tantū in cœle-
 stiam gubernatione habet occupationum, vt non sit ei otīū
 quæ hīc infernè à nobis aguntur curiosius rimari, aut sigil-
 latim perlustrare. 20 Neq; item arbitror te vestigia sequi 20 *Nunquid*
 velle aut vias perambulare peruersissimę illius impietatis, quę *semitam se-*
 in seculis anteaētis super terram dominata est, quā sequuti *culorum cu-*
 sunt homines impij ante generale diluuiū, qui propter exe- *stodire cu-*
 crabilem suam malitiam deo intolerabiles facti, iusto ipsius *pis, quā cal-*
 iudicio subito puniti sunt, & perierūt ante tēpus cōstitutū, *cauerūt viri*
 ante naturalem vitæ periodum: quos memorabile illud a- *imiqui, qui*
 quarum copiosissimārm diluuium subito oppressit, quum *sublati sunt*
 securos se & quietos in suis impietatibus existimassent, pe- *ante tempus*
 nitūsq; ab eis abstulit & subuertit spē illā impunitatis, quam *suum, & flu-*
 sibi persuaserant, & cui vt fundamēto certissimo firmissimē *uius subuer-*
 innitebantur ad exercitium omnis suæ malitiæ. Hæc enim *tit fundamē-*
 spes impunitatis, quę illos ad omne malū firmauerat, tūc ma- *tuū eorum?*
 nifestè subuersa fuit, quādo tā insignis vindicta iudicio dei
 subito illis superuenit, quę vno ferē momēto vniuersos im- 21 *Qui dice-*
 pietatis sectatores oppressit & sustulit è medio. 21 *Quorū bāt deo: rece-*
 quidem hominū erat tam peruersa & obstinata impietas, vt de à nobis:
 palām deū contēnerēt, prorsusq; ab oculis & voluntate re- 22 *Et quasi*
 uerent, nolentes Dei timorem habere ob oculos, neq; eius *nihil possit*
 præcepta vel monita considerare: 22 ac prorsus ita deū *facere omni-*
 parumpendebant, quasi nullius potentix, nulliūsq; ad efficien- *potens, asti-*
 dum quicquam roboris aut potestatis, ita vt neq; præmiis *maiant eū:*
 efficere posset obedientes, neq; contemnentis supplicis. 23 *cum ille*
 23 *Quorū quidē ingratitude tantò magis est execranda & impleisset do-*
 detestabilis, quantò plura à deo beneficia susceperunt, vnde *mos eorum*
 merito debuissent ad agendū gratias, & seruiendū ei corde *bonis.*

deuoto, induci, non ad vllum contemptū prouocari. Hincque faciliè poterant, & meritò debebāt intelligere, quod is qui potēs fuerat tanta sibi gratis cōferre beneficia, potens esset etiam mala iustè, quum veller, infligere contemptoribus.

- 24 *Quorum sententia procul sit à me.* 24 Quorum quidē sententiæ ad eò non accedo, adeò non approbo impium eorum affectum, reprobūque cōsiliū, vt quā longissimè ab illis dissentiam: certissimè sciēs, rem longè aliter ac illi existimabāt habere: vt pote deū esse omnipotentem & omniscientem, inspectorem humanorum operū, iustūque vltorem omnium scelerum. 25 Qui autem hæc modò credunt homines pij & ab illis dissentientes, in tempore statuto quū reuelabitur iudiciū dei, quod modò laet videbunt oculis suis, quā modò fide credunt iustā punitionem malorū: videntēsq; executionē diuinæ æquitatis, oblectabūtur in ea, nec vlla afficientur super improbos damna-
 25 *Videbunt iusti & læta buntur:* 25 Qui autem hæc modò credunt homines pij & ab illis dissentientes, in tempore statuto quū reuelabitur iudiciū dei, quod modò laet videbunt oculis suis, quā modò fide credunt iustā punitionem malorū: videntēsq; executionē diuinæ æquitatis, oblectabūtur in ea, nec vlla afficientur super improbos damna-
 26 *Et innocens subsannabit eos.* 26 quin potius irridebūt iusti, & subsannabunt illos impios, id est, cum confusione execrabuntur illos & abominabūtur, sicut & deus ipse illos subsannabit, id est, condemnabit, & confusione sempiterna derisibiles ostēdet, quādo palam omnibus fiet illorum turpitudine & stultitia. 27 Deniq; res ipsa apertè clamat, atque etiam in præsentia monstrat, impiorū punitionem. Siquidem hi ipsi qui sic deū cōtemnebāt, iā olim in superbia & exaltatione sua succisi sunt, & quasi radicitus perierūt: ignisq; diuinæ vltionis absumpsit etiā vniuersas eorum reliquias. i. filios ac filias & semē vniuersum insuper & cūctas eorū possessiones, & quicquid illorū fuerat simul cum ipsis perit: quemadmodum in diluuiōe contrigit generali, & in Sodomorū incendio. Peculiariter quoque ipsa opera impiorum, quæ sola ipsis hinc de ceteris relinqui vidētur & permanere vt propria, quādo cætera omnia & aliena (vt pote fortunæ bona) ab eis auferūtur, corā dei iudicio ignis gehēnæ deuorat: quoniā pro operibus malis æterno cremabuntur incendio dānationis. Horū autē blasphematiū impiam sententiā si velles insequi, o amice, & finem expectare consimilem, posses ad defensionem tuæ impunitatis cū illis dei negare prouidētiā, vt sine causa te mala ista pari crederes, quū nō esset vltor scelerū tuorum deus: possesq; ad hunc modū, vt hæctenus, impatienter querulari & blasphemare ipunè. 28 Nūc verò, quū id tibi nequaquā expediat, sicut nec vlla ratione velle te credo, cōsol-
- 27 *Nōne succisa est erectio eorū, & reliquias eorum deuorabit ignis?* 27 Deniq; res ipsa apertè clamat, atque etiam in præsentia monstrat, impiorū punitionem. Siquidem hi ipsi qui sic deū cōtemnebāt, iā olim in superbia & exaltatione sua succisi sunt, & quasi radicitus perierūt: ignisq; diuinæ vltionis absumpsit etiā vniuersas eorum reliquias. i. filios ac filias & semē vniuersum insuper & cūctas eorū possessiones, & quicquid illorū fuerat simul cum ipsis perit: quemadmodum in diluuiōe contrigit generali, & in Sodomorū incendio. Peculiariter quoque ipsa opera impiorum, quæ sola ipsis hinc de ceteris relinqui vidētur & permanere vt propria, quādo cætera omnia & aliena (vt pote fortunæ bona) ab eis auferūtur, corā dei iudicio ignis gehēnæ deuorat: quoniā pro operibus malis æterno cremabuntur incendio dānationis. Horū autē blasphematiū impiam sententiā si velles insequi, o amice, & finem expectare consimilem, posses ad defensionem tuæ impunitatis cū illis dei negare prouidētiā, vt sine causa te mala ista pari crederes, quū nō esset vltor scelerū tuorum deus: possesq; ad hunc modū, vt hæctenus, impatienter querulari & blasphemare ipunè. 28 Nūc verò, quū id tibi nequaquā expediat, sicut nec vlla ratione velle te credo, cōsol-
- 28 *Acquiesce igitur ei,* nequaquā expediat, sicut nec vlla ratione velle te credo, cōsol-

tum tibi magis fuerit, vt cōsideratione prouiderētię dei & iu-
 lli iudicij eius humiliter illi acquiescas, teq̄ue submittas sub
 potēti manu eius: 29 depositisq; omnibus querimoniis & 29 *habe-*
 cōtentionibus ac p̄sumptuosa disputatione, pacē meas cū 10 *pacem;*
 Deo qui te affligit, in māfuetudine & patiētia de manu eius
 suscipiens plagas, ad peccatorum tuorum punitionem.
 30 Quod si in hac re meo cōsilio acquieueris, per hāc humi 30 *per*
 lilitatē & patientiā tuā acquires tibi maxima cōmoda, & p̄e- *hac habebis*
 sentis vitę & futurę: quā econtrariō ex impatiētia illa & iū *fructus opti-*
 perba cōtentione, in qua hactenus visus es persistere; & fru *mos.*
 ctus pessimi essēt expectādi & incōmoda magna in vtroq;
 seculo: hīc quidē ampliorū cruciatuū, illic verō intermina-
 bilis tormentorū. 31 Submitte te in humilitate & mansue- 31 *Suscipe ex*
 rudine legi Dei, quā ille omnibus obseruandā p̄cepit, in- *ore illius le-*
 scribens eā in tabulis cordis nostri digito suo, p̄cepta eius *gem, et pone*
 absco de diligenter & sollicitē custodi in intimis cordis tui, *sermones ei⁹*
 vt in eis iugiter mediteris, ac meditādo vitę tuę rationem *in corde tuo.*
 secundū ea instituas. 32 Si enim peccatorū tuorū p̄nitē- 32 *Si reuer-*
 tiam agēs, ex toto corde fueris cōuersus ad dominū, humi- *sus fueris ad*
 liter ea cōfitendo, & quā pro eis sustines p̄cā patiēter si- *omnipoten-*
 ne querimonia sustinēdo, ita fiet vt restituaris in statum pri- *tem, adifica-*
 stinum (& quantū ad spiritalia; & quantū ad corporalia) *beris.*
 qui nūc te destructū vndique & proiectū ac dissipatū con-
 quereris: rursum tibi nascētur filij ac filię, restituētur facul-
 tates, in locum dignitatis pristinę redibis: & cōuertetur ad
 te Deus totus gratus ac placidus, qui propter peccata tua ā
 te videbatur auersus. 33 Ac tunc quidē maiori sollicitudi- 33 *Et longē*
 ne quā antē feceras, ab omni peccato declinabis: fugiesq; *facies iniqui-*
 longissimē non solū in temetipso, verū etiam quantū ad vni- *tatē à taber-*
 uersam familiā tuam. Sic tibi verteretur in bonū ista corre- *naculo tuo.*
 ptio, vt posthac diligentiorē sis adhibiturus cautelā, ne vllō
 verū inuoluaris peccato, vel proprio in temetipso patran-
 do, vel alieno per indulgentiā malam liberis vel familię cō-
 sentiendo. 34 Si reuersus fueris (inquam) non solū amissa 34 *Dabit*
 tibi Deus restituet, verū etiā dupla omnia & multō meliora *pro terra si-*
 reddet quā antē habueras: ita vt vbi prius terrę glebas ha- *licem:*
 bueris infœcundas, aut aridū puluerem, aut sterilem harenā,
 vnde nihil commodi proueniebat, iam habiturus sis locum
 fertilem, vnde lapides duros & fortes possis eruere, ad edi-
 ficationem domorum tibi ac tuis liberis commodissimos.

- 35 *Et pro si-
lice torrentes
aureos.* 35 Et vbi prius lapidū habueras fodinas, nūc mineras aurū accipies, effodiēsque aurum quantū volueris, id est, diuitiarū omnī etiā externarū copia, lōgè amplius quā olīm abun-
dabis. 36 Insuper deus ipse, qui est omnipotēs, murū se op-
ponet pro te, tuaque omnia vnā tecū quasi circūsepiēdo & circūuallēdo proteget aduersum hostes, ne tibi quisquam vltà nocere valeat, aut tua diripere: quēadmodū iam ante
prēdicatores, deo propter peccata tua permittēte, semel diripuerūt omnia. 37 Sicque fiet, diuina protectione ab ad-
uersariis, & benedictione in domesticis, vt multā argenti & auri abundantīā facilē tibi possis in modico tēpore coacer-
uare, diuitiisque vniuersos vicinos, vt antē feceras, rursū antecellere. 38 Nō solū autē externorū affluēs abundan-
tia bonorū, sed multō magis etiā in spiritualibus, quæ sunt præcipua hominis bona. Qui enim nūc, donec in impatien-
tia tua quæularis, tristitia graui affigeris, tūc ad deū reuer-
sus, in ipso copiosē delectaberis, gaudioque sincero & solido (quod nemo nouit nisi qui sentit, quodq; nemo tibi poterit manu violēta auferre) magnificē iucūdaberis: 39 po-
terisque tūc liberē cū fiducia magna ad illū leuare caput siue faciē: id est, corā illo palām apparere, & sine timore assistere, in fiducia bonæ cōscientiæ: ad eū modum quo assistit filius dilectus patri, aut seruus fidelis suo domino, qui nō est sibi cōscius vllius mali, quo offendisset dominū. 40 Postu-
labis ab eo in fiducia quæcunque tibi videbuntur salutaris, & ipse ad tua vota facilis libenter annuet postulationibus tuis, daturus liberaliter quæcūque ab eo sic vt oportet postulaueris, secundū quod ipse & suæ glorię, & tuæ, tuorum-
ue saluti quā maxime cōueniens iudicauerit. 41 Et quū ille benignē exaudierit petitiōes tuas, tu vicissim illi in gratiarum actionē persolues vota: quæ animo spōtaneo voluntariē promisisti, liberaliter hilariterque persolues exauditus.
42 Præterea, quæ apud temetipsum faciēda cōstitueris aut exequēda decreueris, Deo prosperante, ad aptatū finē pertingent: quæ pro tua tuorūque salute deliberato cōsilio tecum animo cōceperis, ita vt à te concepta erant, eueniant.
43 Denique, in viis tuis quibus corā deo incedes & ad deū tendes, lumen fulgidū tibi splendet diuinæ gratiæ, vt non in tenebris infidelitatis siue erroris cuiuslibet offendas, sed ab omni offensione & periculo, superni luminis ducarū, se-
curus

curus
rum fo
dis syn
peccat
scipier
itate f
glorio
& in h
modu
iustitia
habet
non n
sentit
Deo c
in qua
impior
num e
militat
hensib
manu
ercitio
bus ab
extend
hortari
salutē
multas
catis p

V
S
sicut ora
rum qu
ne ma
tiones

curus

curus ad finem præstitutū beatitudinis æternæ, exitu nimium felicissimo, tandē peruenias. 44 Qui enim ex cordis sinceritate corā Deo se humiliauerit, pœnitentiā agens peccatorum suorum, & humiliter correctionem domini suscipiens, hunc sua ineffabili bonitate, quæ potissimūm humilitate flectitur pœnitentium, magnificè exaltabit facietque gloriosum, tā in corporalibus, quā in spiritualibus bonis, & in hoc tempore, & multò magis in futuro seculo: quēadmodum ecōtrariò, eos qui seipso superbè exaltant, ille per iustitiam maximè humiliat. 45 Et qui non elatos nimium habet oculos, sed demissos & inclinatos in terrā: id est, qui non nimium de se sentit supra quam oportet, sed humiliter sentit de seipso, & ad sobrietatem nouit sapere, ipse salutē à Deo consequetur: & in hoc tempore multa euasurus mala, in quæ incidit præsumptuosa superbia, & in futuro certam impiorum damnationem nequaquam sensurus, quam illi minime effugient quorum elati sunt oculi. 46 Qui sic in humilitate & innocētia vitā agere satagit, sine macula irreprehensibilem, iste saluabitur: saluabitur dico, per munditiam manuum suarum, per cōtinuum studium & indefessum exercitium bonæ operationis: dum & sollicitè à malis omnibus abstinet, & ad bona cuncta studiosè manus operatrices extendit. Proinde hac ratione etiam te, ô amice, volui adhortari ad pœnitentiam & humilem patientiam, vt per ea salutē tibi à Dei bonitate valeas impetrare. Sola enim humilitas est pœnitentiæ, quæ iram iusti iudicis hominū peccatis prouocatam, potest mitigare.

44 Qui enim
humiliatus
fuerit, erit
in gloria.

45 et qui in-
clinauerit, o-
culos suos, ip-
se saluabitur

46 Saluabi-
tur innocens:
saluabitur au-
tem, mūditiā
manū suarū

VIGESIMITERTII CAPITIS ELVCIDATIO.

Sanctus Iob audita ab Eliphaz tā graui accusatione & aperta calūnia, quū non esset sibi cōsciens tantorū malorum, ad defensionē suæ innocentiae, in mansuetudine & lenitate ita respondit: 2 Nihil in me, ô amice, tua ista pro-
tunc oratio, sicut nec cæteræ hæctenus tuæ tuorumque sociorum quicquam mihi profuerunt: quum etiam nunc eadē in me maneat amaritudo siue afflictio doloris, per vestras orationes nihil immuniti aut alleuiati, qui etiā dolor me cogit

Cap. 23.
Respondens
autē Iob, ait:

2 Nūc quoque
in amaritudi-
dine est ser-
mo meus:

3 *Et manus* verba amara proferre. 3 Neq; nimirū si amaritudinē sapiat
plaga meae verba mea, quādoquidē man⁹ ipsa omnipotētis dei quē hāc
aggravata mihi plagam infligit, supra modū aggravata est super me, &
est super ge- super omnē gemitū, omnēq; suspiriū est grauior, ita vt nul-
mitū meum. lo gemitu, nullis suspiriis, satis testari possim plagē hui⁹ gra-
 uitatem & doloris magnitudinē. Vnde quod nō sufficiter
 potest iudicare miserabilis gemitus, supplet vtcūq; verborū
 istorū, quæ me dolor loqui cōpellit, amara quærimonia: ita
 tamē, vt mihi necdum satisfecissē videar, pro magnitudine

4 *Quis mihi* doloris. 4 Quoniā verò falsis accusationibus sine ratione
tribuat, vt co- & contra veritatē vos me oneratis, de iis quæ ignoratis te-
gnoscat et in- merē amicū vestrū iudicatis, & incusantes, excusationē au-
ueniam illū, tem meā non recipientes, optarē ego ad meā defensionē &
et veniam vestrā in veritate instructionē, si fieri posset, diuino palā as-
vsque ad so- sistere iudicio, vt scire possē & inuenire locū aliquē par-
lūm eius? ticularē, vbi ego illū qui me sic affligit videre possē & con-
 uenire, eiūsque etiā tribunali assistere: ad eum modum quo
 apud homines, qui cōtrouersias habēt, iudicē corporalem
 quærunt & inueniūt, vbi de causa sua corā illo disceptēt, &
 iudicium accipiant: aut quomodo apud homines, ij qui a iu-
 dice aliquo puniuntur possunt, si velint iudicem accedere,
 eumque conuenire & alloqui, & causam inquirere suæ pu-
 nitionis, suamque illic innocentiam (si bene sibi sunt conscij)
 tueri aduersum falsō accusantes vel iniquē opprimentes.

5 *Ponā corā* 5 Quōd si mihi posset contingere, vt sic corā Deo assiste-
eo iudicium, rem, sicut homo homini, vt possem vltro citroq; audire &
 reddere voces, auderem vtique coram illo ponere iudiciū
 causæ meæ, illiūsque examini confidenter eam committere.

6 *Et os meū* 6 Causā autem mea corā illo proposita, os meū imple-
replebo incre- rem increpationibus, id est, amaris quæ: imoniis, quas mihi
pationibus: iustus dolor & bonæ conscientiaē fiducia suggereret: 7 vt
7 vt scia ver- vel hac ratione possem ab illo respōsionem extorquere, &
ba qua mihi quid mihi responderet intelligere, causamque huius meæ
respondeat, punitionis certō cognoscere, & vanas vestras accusatio-
et intelligā nes euadere: ad eum modum quo filius à patre sine cau-
quid loqua- sa grauius verberatus, quum nullam in se culpam agnos-
tur mihi. scat pro qua credat se verberatum, filiali fiducia ad patrem
 confidenter accedit, illicque coram eo lamentabili eiula-
 tu & grauibus quærimoniis ac fletibus expostulat, scire cu-
 piens quam ob causam ita grauius vapulauerit, quū in nul-
 lo sibi

lo sibi malè sit conscius. 8 Scio equidem, si velit ille mecum agere, secundum absolutam potestatem suam & plenitudinem suæ omnipotentis virtutis, quòd ante faciem eius non possem subsistere: quòd secundum hanc absolutam omnipotentiã suam possit de hominibus, sicut & de vniuersa creatura, facere quicquid voluerit, neq; possit ei quisquam dicere. Cur hoc ita facis? Ac proinde nõ illius cõtra me velim prouocare omnipotentiã, aut secundum absolutam potestatem cum eo contemdere: quod si tentarè, proculdubiò magnitudinis & potestatis suæ pondere me opprimeret, vt neque ad loquendum os auderem aperire. 9 S verò absoluta potestate sua & mole magnitudinis suæ aliquantulum seposita, mecum agere velit secũdum æquitatè misericordiam contemperatam, secundum iustitiam ordinatã, qua solet vti regulariter in puniendis pro tempore isto peccatis hominum, nihil verebor corã eo apparere in iudicio, & cũ eo disceptare. 10 Neq; dubito quin ego in causa sim triũphaturus, iudice pro me laturo sententiam, q̃ non pro peccatis meis (vt vos dicitis) me punierit, sed alio cõsilio innocentem me affixerit plaga peccatis non cõmerita: id quod ego ab initio asserui, vobisq; impugnãtib; hactenus defendi. Ad hunc sanè modum optarem ego, si mihi posset contingere, diuino assistere iudicio, æquissimũq; solium & tribunal illud minimè formidarem: adeò bonum testimonium & certam fiduciam mihi præstat conscientia. 11 Sed quomodo mihi possit quod opto contingere non video. Siue enim ad orientalem plagã me verterò, vt illic Deum requiram, non eum illic inueniam sensibili præsentia, sic vt verbis cum eo disceptare possem ex postulatoriis. Siue ad contrariam plagam occidentalem me verterò, item non eũ cognoscam, secundum talem aliquem modum sensibilem. 12 Rursum, si ad plagam septentrionalem, quæ est velut sinistra mundi, perrexero: nihil hac in re potero efficere, non eum potero apprehendere: ad eum modum quo apprehendit inuentum homo hominem cum quo habet negocium, apprehensũque tenet, donec absoluerit. 13 Neque maior est mihi spes, vt assequi illum aut videre possim in parte meridionali, quæ est velut dextera mundi, eo quòd ab oriente per meridiem transeat cœli motus ad occidentem, quasi à parte anteriori, per dexteram ad partem poste-

8 Nolo multa fortitudi-
ne cõtendat
mecum, nec
magnitudi-
nis suæ mole
me premat.

9 Proponat
æquitatè cõ-
tra me.

10 & perue-
niet ad vi-
ctoriam iudi-
cium meum.

11 Si ad oriẽ-
tem iero, non
apparet: si ad
occidentem,
non intelli-
gam eum.

12 Si ad fini-
strã, quid a-
gã? Nõ appre-
hendã eum.

13 Si me ver-
tam ad dex-
terã, non vi-
debo illum.

riorem: quemadmodū ecōtrariō ab occidente, quasi à tergo, per septentrionē quasi sinistram reuertitur, ad orientē: vt merito secūdū similitudinē dispositionis humani corporis, pars mūdi oriētalis nominari debeat anterior, atque huic ē regione opposita occidentalis posterior, meridionalis verō

14 *Ipsē verō sic viam meam.*

dextra, & septentrionalis sinistra. 14 Neq; verō hęc ideo dixerim, q̄ impiis illis quorū iā antē meministi cōsenties, exstimem deū res ignorare humanas. Tametsi enim ego illum nusquam locorū quocūq; me vertam, valeam inuenire secundum corporalem præsentiā aut aspectum sensibilem: ipse tamen me, vbicunq; tandem fuero, optimē videt: & sicut nusquā eum valeo inuenire, sic nullibi ipse valeo ab eo occultari: nec solū me nouit, sed etiam viā meam, id est, omnem rationē & modum vitæ meæ, omne studiū & omnem operationem meam, exactissimē pernosces singula opera

15 *Et probauit me quasi aurum quod per ignem transit.*

mea. 15 Et ipse sciens innocentiam meā, occulto suo consilio, tribulatione ista grauissimē aduersitatis me voluit examinare, & quasi probatum demonstrare, ad eum modum quo examinatur & probatur aurum, quod per caminū ignis transit illæsum. Quemadmodum enim aurum nō mittitur in ignem vt reprobum aut malæ substātiæ, sed vt melius in se fiat aliisque probatum: ita omnipotēs Deus non me vt sceleratum, propter peccata quæ in me inuenisset, in caminum tribulationis huius me coniecit, quemadmodum vos arbutramini: sed innocentiam meā videns, ad sui nominis gloriā, meūmq; ipsius profectum, & proximorū exemplum, ista me voluit tribulatione probare, probatūmq; demonstrare.

16 *Vestigia eius sequutus est pes meus.*

16 De innocentia enim mea testimonium optimum mihi perhibet conscientia, quoniam ab ineunte ætate, ex quo vti cœpi ratione, ex toto cordis affectu diligentissimē studui incedere secundum mandata diuinæ legis, quasi per quædā in apice mentis humanæ ab illa prima & inæstimabili luce impressa vestigia, è quibus dictante naturali lumine cognoscere potest homo, quid agendum sit & quid omittendum quemadmodū per impressa in terrā vestigia agnoscit viator quò sit eundem.

17 *Viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.*

17 Viam mandatorum eius, per quam nobis ambulandū constituit, tanta diligentia studui semper obseruare, vt non recesserim vnquā ab ea, neq; aberrauerim, neq; deflexerim, vel ad dextrā vel ad sinistram. 18 A mandatis, quæ ipse constituit & obseruāda tradidit nobis, & (vt

18 *A māda-*

humano

humano more loquar) ore suo ac labiis suis præcepit, nõ re-
 cessi præuaticando ea, ne nunc quidem in plaga ista & pu-
 gena grauisissima, verba diuinæ legis, quæ ab ore eius accepi-
 mus (siue per naturalis luminis dictamē, siue per gratiæ illu-
 minationē, siue per maiorum nostrorū eruditionem nõ tan-
 tum exterioribus istis & corporeis auribus suscepi, verū etiā
 in intimo cordis mei excepi, & in profundo cordis occul-
 tau, vt imperpetuū non possint mihi excidere à memoria,
 aut à mentis cogitatione & affectus desiderio euanescere,
 ne in ista quidē aduersitate & pugna maxima quam nunc
 sustineo. 19 Et meritò quidem tanta ille est obseruatione
 dignus, vt nec in prosperis nec in aduersis relinquat homo
 præcepta eius: quando quidē solus ipse per semetipsum est,
 & sua propria est essentia, infinita & immensā secundū om-
 nem perfectionē: à quo cætera omnia, & esse & alias omnes
 suas perfectiones per modum participationis accipiunt, qua-
 si à fonte primario omnis existentia & omnis perfectionis.
 20 Estq; ipse tantæ potentia & sapientia, vt nemo possit
 impedire vel prohibere cogitationes eius, nemo possit effi-
 cere vt non eueniant, quæ ille decreuerit aut fieri voluerit: test
 contrā tamen, ipse posset cogitationes & consilia omnium
 quantumuis potentum prohibere, & ad nihilum redigere.
 21 Solaque eius voluntas tam est efficax & valida, vt quic-
 quid absolutè voluerit, id sine mora ita fiat solūque eius
 velle facere est, nec vlla inter velle & facere est distantia.
 22 Quemadmodū videlicet nunc in me manifesto demõ-
 strat exēplo: qui cū ex voluntate & cōsilio suo occulto, ista
 tã dura & graua & inaudita mihi infixit tormenta, & ha-
 stenus quidē nullo prohibere valēte, expleuit suā in me vo-
 luntatē, potens est nihilominus & quasi in prōptu habet alia
 multò plura, his vel æqualia vel etiā grauiora (si suæ placeat
 voluntati) in me exercere supplicia, plenam & liberrimā ha-
 bens in me potestatem, vt de me faciat quicquid voluerit.
 23 Vnde quod nunc ego intra memetipsum cōturbor, tur-
 batus; hominis verba loqui videor, nõ arbitremini ò amici,
 inde procedre, quòd Dei prouidentia negem, aut eò tende-
 re vt Deo blasphemia inuiriā inferam, quasi nihil illius
 potentiam metuens, quemadmodum tu Eliphaz paulo ante
 de impiis dixeras: sed quia rectam ergo Deum fidem ha-
 bens, istam eius omnipotentia cum plena potestate iugiter
 considero

*tis Labiorum
eius non re-
cessit in si-
nu meo ab-
scondi verba
oris eius.*

*19 Ipse enim
solus est,*

*20 & nemo
auertere po-
test cogitatio-
nem eius:*

*21 & anima
eius quod-
cunq; voluit
hoc fecit.*

*22 Cūque
expleuerit in
me voluntatē
suam, & a-
lia multa si-
nt ei.*

*23 Et idcir-
co à facie e-
ius turbatus
sum.*

- confidero & ob oculos verso, ob hoc intra memetipsum
 grauiter conturbor, manum eius super me grauissimam sen-
 tiens: 24 atque etiam timore grauiter sollicitor, ne forte
24 *Deo confis-* adhuc amplius super me aggrauetur manus eius: hincq; illi
derans eum, meæ quærimoniæ & verba turbatiora proficiscûtur, ad ex-
timore solli- primendum dolorem meum: & huc tédunt, vt Dei flectam
ditor. misericordiam, ne supra modum grauis & intolerabi is mi-
 hi fiat afflictio. Veluti cum dura patris aut domini verbera
 sine culpa patitur seruus aut filius, nõ immeritò intra se con-
 turbatur sibi bene conscius, & timore plurium verberum
 sollicitatur, donec eleuatam adhuc ad ferendum videt ma-
 num, neque ad blasphemiam aut culpam vllam illi imputa-
 tur sub verberibus posito, si aliquanto immoderatus que-
 ruletur & palpitet, suamq; etiam cum excessu quodam pro-
 ponat innocetiam, vt patrem vel dominum inflectat ad mi-
 sericordiam. Nec mirum, si conturbor & timore sollicitor,
25 Deo molli- 25 Deus enim non mihi lapideam dedit fortitudinem siue
uit cor meum. duriciem, neque carnẽ dedit æneam siue impassibilem, que
 nullis cedat vel moueatur verberibus, sed fragilem infirmũ
 & mollem me fecit hominem, carnẽque teneram & cor
 carneum mihi dedit, quod facilẽ à quibuslibet aduersis pa-
 tiatur. 26 Idem verò ipsẽ Deus qui me tam fragilem &
26 et omni- mollem condidit, ex parte altera tantis me simul obruit ma-
potens cõtur- lis, vt meritò videri debeam iustam habere causam contur-
bauit me. bationis & timoris, nec vsqueadẽ magni debeat fieri, neq;
27 Nõ enim tam ægrè ferri, si aliquanto liberius conquerar. 27 Tam-
perij propter etsi enim ex parte naturalis fragilitatis, secundũ teneræ car-
imminentes nis sensum, grauiter fuerim conturbatus, nondum tamen ad
tenebras, extremum res peruenit, non adhuc funditus perij per de-
 sperationem aut blasphemiam, propter incumbentes super
 me istas densissimas tribulationum tenebras. 28 Neque
28 nec faciẽ faciem mētis meæ vlla infidelitatis, hæresis, blasphemiz, aut
meã operuit alterius cuiuslibet impietatis, caligo, operuit vel abscondit
caligo. à conspectu Dei: sed etiamnum post tanta mala perlata, sal-
 uus consisto, & faciem meam confidenter ad Deum leuo,
 serenatõque vultu per fidem illi assisto: sicut olim in pro-
 speris, ita & modò in aduersis,

VIGESIMIQUARTI CAP.

ELUCIDATIO.



Ceterum, quod tu Eliphaz in oratione proxima me visus es notare, quasi cum impiis illis sentiam, qui Dei providentiâ negant extendi vsque ad ea, quæ hîc geruntur in terris, atque hinc impunitatē sibi persuadent suorū scelerum, (cuius quidem hæresis me visus es accusare, dum multis verbis illorum sententiâ quasi sub persona mea expressisti) scito illorū errori me nulla ratione subscribere. 1 Om-

Cap. 24.

Ab omnipotente non sunt abscondita tēpora.

nipotens enim Deus, licet ipse in se æternus omnē durationem tēporis longissimè super excedat suæ æternitatis indeficienti & incōmutabili duratione, singula tamē tēpora, quibus mēsurantur ea quæ hîc in terris agūtur, exactè & distinctè nouit, & simul cum temporibus singula quæ geruntur in eis, ita ut nihil eū latere possit, siue eorum quæ fiunt in tempore præsentī, siue eorū quæ facta sunt in præterito, siue eorum quæ post futura sunt vsq; ad consummationem seculi. 2 Non sic tamen vicissim nos Deū & quæ eius sunt cognoscimus, quomodo ille nos & nostra omnia exactissimè nouit: quoniā ij qui inter homines, siue ex naturali lumine, siue ex patrū instructione, siue ex diuina reuelatione, illū utcunq; nouerunt, æternitatem tamen eius, & qualis ipse sit in æternitate sua, plenè non possunt cōprehendere, sicut ipse nostra tēpora & quæ in illis nos agimus sigillatim pernouit. Neq; itē nos dies illos aut tēpora illa scire possumus, quādo indicabit Deus de iis, quæ modò à nobis geri videt in tēporibus istis. Et multi quidē in hoc tēpore multa & graua perpetrant scelera, quæ ille omnia attendit & suo tēpore iudicabit. 3 Videlicet inueniuntur nō pauci, qui contra æquitatē & iustitiā terminos possessionū suarum dilatant & extendūt longius, vltra quā iustitia admittit, etiā alienas possessiones & prædia per iniustitiā aut violentiam aut fraudē leuantes, & quasi propria intra suos terminos includentes. 4 Greges quoq; & armenta aliorū abigentes per vim diripuerunt, & post abductionem quasi propria iumenta pauerunt in pascuis suis, vnā cum cæteris suis gregibus & armentis, perinde ac si iusti & bonæ fidei essent possessores, neque de restituendis ablati vel cogitati unculam habent.

Qui autem nouerūt eū, ignorant diēs eius.

Alij terminos transulerunt.

Diripuerunt greges, & pauerunt eos.

- 5 *Asinū pu-* 5 Et quidē videretur vtrūq; forsitan tolerandū, si tantūm à
pillorum ab- diuitibus prædam agerent, aut nō omnino necessaria furto
egerunt. abigerēt. Nunc verò, quòd grauissimū est, etiam pauperri-
 mis & desolatis personis, paucula illa quæ fortè habent ad
 vsū quotidianū aut victū necessaria, sine misericordia ra-
 piūt, vtpote pupillis & orphanis parentū solatio orbatis, etiā
 a fellū quem fortè vnicū habēt ad quotidianos vsus necessa-
 riū, furto vel rapina abducendo: 6 & à vidua pauperula
 viri destituta auxilio, etiā bouem aut vaccā vnicam, qua re-
 lictos filios paruulos sustentabat, contra iustitiā & misericor-
 diam, sub prætextu pignoris auferendo, sic ab illis victui ne-
 cessaria inclementer rapientes, quibus meritò etiā propria
 naturali cōpassione debuissent impartiri. 7 Pauperes vias
 suas perambulantes isti subuerterunt & multipliciter afflixerunt,
 iniuriis eos & contumelis afficiētes: tantūmq; illis ex-
 hibuere molestiam, vt etiā publicas vias eorū metu decli-
 narent, timentes ne eis alicubi occurrant & patiantur mala.
- 6 & *abstu-* 8 Simul quoq; homines mansuetos & pacificè habitantes
lerūt pro pi- in terra sua, qui cum omnibus (quantum in ipsis est) pacem
gnore bouem habentes, molesti sunt nemini, omnibus pro sua virili offi-
viduæ. ciosi, violētia suę malitię oppresserūt, & multipliciter vexa-
 uerūt eos, quibus tamē meritò debuissent parcere. 9 Inue-
 niuntur & alij, qui prorsus abiecto iugo timoris Dei, existi-
 mantes se liberos & nullius dominio subditos, ad eum modū
 quo syluestres asini in desertis absq; omni iugo seruitutis,
 nullius subiiciuntur imperio, neq; reuerentur quenquā, ac-
 cingunt se operi suo, quod ex sua malitia sibi præstituerunt.
- 7 *Subuertere-* 10 Est autem illorum hoc opus non laborare manibus aut
runt paupe- terrā operari, vt in sudore vultus pane suo vescerētur, iuxta
rum viam. Dei præscriptionē, sed prædæ & rapinæ à mane ad vesperā
 vsq; intendere, sicq; de rapina familiam suam lautè & ma-
 gnificè alere: bene etiā hac in parte similes onagris deserti,
 qui nō sibi labore victū lucrantur (quod faciunt asini dome-
 stici, hominibus in ferendis oneribus patiētissimè seruiētes,
 vnde iure naturæ pabulum cōuenies illis ministrare ob-
 ligantur) sed absq; vllō ministerio, absque vllō honesto vel
 vtili opere, cibum in ocio comedunt indebitum, cum sint ta-
 men fortitudinis maximæ, possētq; vtilitatis præstare plu-
 rimum, si colla iugo haberent subdita. 11 Non solum
 autem per deserta & vias publicas isti grassantur impij ve-
 rum etiam
- 8 & *oppres-* 8
serunt pari-
ter mansue-
tos terræ.
- 9 *Alij quasi*
onagri in de-
serto, egredi-
untur ad o-
pus suum.
- 10 *vigilan-*
tēsq; ad præ-
dam præpa-
rant panem
liberis.
- 11 *Agri non*
sui demerūt

rumetiam agros populantur, mittentes falces suas in messes alienas, segetes nõ suas demeretes, in cibum suæ familiæ, vel (quod non rarò solet contingere) in pabulũ iumentorum suorum. 12 Vinum autem suum quo inebriantur & lasciuunt, de vineis colligunt illorũ, quos vi oppresserãt, eo animo vt illis oppressis vineta eorũ & possessiones cæteras facilius inuaderet, & sine contradictione occuparet: 13 Tantam insuper exercet in homines sine misericordia crudelitatem vt ipsis quoq; indumentis, quibus ad necessitatem operantur & ad honestatẽ teguntur, per vim ablati, nudos eos in afflictione & cõfusione magna dimittant, ne tenue quidẽ amiculũ, quo pudenda velent eis relinquẽtes: vel vt pudore eos magis afficiãt, vel vt suæ auaritiẽ insatiabili amplius satisfaciãt. 14 Idq; talibus faciunt pauperculis hominibus, quibus neq; domi neque foris est indumentum aliud, quo se possint aduersus frigoris iniuriam defendere: 15 nec habent quo se defendant à pluuiarum guttis, quæ cadunt de montibus, in quibus se occultant & latitant, propter erubescentiam non audentes cõparere in cõspectu hominum: 16 qui cum non habeant quò suam possint nuditatem operire, aut ab iniuriis hyemibũ defendere, applicant sese quàm proximẽ valent lapidibus, montium & rupiũ latebris, vt vel sic à guttis pluuiarum continuò decidentibus se defendant aliquantulum. 17 Detestandam nimis violentiam exercuerunt crudeles illi tyranni in eos, quos videbant humano carere patrocinio, vtpote in pupillos, orphanos, viduas, & huiusmodi, bona & possessiones illorũ diripientes: 18 & vulgus paupercolorum atque simplicium hominum ipsi per vim oppresserunt atque spoliauerunt, eorum bona per fas & nefas, siue vi siue fraude, in suum peculium conuertentes. 18 & vulgũ 19 Et tolerandum forsitan vtcunq; videri posset, si ab iis qui abundant aliquid raperent, quibus adhuc remanent sufficientia, etiamsi multa rapiantur. Nunc verò crudelissimi tyranni illi, hominibus pauperculis, quibus vix est operimentum ad regendam nuditatem, aut panis ad explendam famis necessitatem, ita vt præ defectu vestimenti cõuenientis cõstentur nudi vel seminudi incedere, & præ egestate panis esurire: ab his (inquam) etiam modicum illud, quod ad naturalem necessitatem vix laboriosẽ sibi colligunt, sine misericordia rapiunt: veluti si quis spicas rapiat de manu pauperis,

quas

12 et uine am

cuis quẽ vi

oppresserunt

vindemiãt.

13 Nudos di-

mittũt homi-

nes, indumẽ

ta tollentes.

14 quibus

non est ope-

rimentum in

frigore,

15 quos hym-

bres mõrtuum

rigant.

16 & nõ ha-

bentes vela-

men, ample-

xantur lapi-

des.

17 Vim fece-

runt depre-

dantes pupil-

los,

18 & vulgũ

paupere spo-

liauerunt.

19 Nudis &

incedentibus

absque ve-

stiu, & esu-

riẽtibũ, tute

runt spicas.

- quas in agro post metentium terga collegit, statim vellican-
 10 *Inter aceruos eorum meridiani sunt.* das ad explendā famem intolerabilem. 10 Sic impij isti inter
 aceruos segetū, quos sibi cōgregāt ex oppressione multorū
 pauperū meridiat̄ur, deliciantur, & opipara prādia instruūt,
 magnificāsq; præparāt cœnas: triumphāt ipsi & luxuriantur
 de sanguine pauperū, de abundantia bonorū quæ sibi coacer-
 uant & corradunt de spoliis pauperis vulgi. 21 Qui quidē
 21 *qui calcatis torcularibus sitiunt.* pauperculi, postquam sua calcauerint torcularia, non reficiū-
 tur vino suo: vel quia illi tyrāni per vim eis rapiunt modicū
 cum illud quod sibi collegerant ad necessitatē suā, vel quia
 coguntur præ penuria vèdere statim vt vinum expresserint,
 illisq; inhumanissimis tyrānis pretium adferre. Ipsi quoq;
 pauperes & vulgares à tyrannis coguntur gratis laborare
 ipsis, in colligendis vinis, & exprimendis vuis ipsorū, quibus
 inter laborandū & post finitū laborē haustus etiā vini dene-
 gatur, cogunturque domum abire, vt illic edant & bibant.
- 22 *De ciuitatibus fecerūt viros gemere.* 22 Tanta est inclementia potentū istorum, qui omnia sibi
 quasi iure debita putāt à vulgaribus obsequia. Nō solū autē
 iis qui in rure aut villis habitant fuerunt molesti, verum etrū
 iis, qui in ciuitatibus habitāt, ciuibus probis & honestis, cu-
 pientibus honestè alere familiā, vehementer graues fuerūt
 sua impietate, ita vt dolere eos & gemere subinde cogant,
 præ nimio pondere malorum, quibus afficiuntur ab illis.
- 23 *Et anima vulneratorū clamauit: & deus inuolūtū abire non patitur.* 23 clamantq; in amaritudine animæ suæ supplices ad domi-
 num, postulātes aduersum iniquos oppressores iudicium &
 de malis tantis vindictam. Deus verò licet ad tempus distu-
 mulēt, sinātq; agere illos quæcūque voluerint, non tamen
 perpetuò, neq; in finem patietur inulta remanere illorū sce-
 lera, sed exercebit de illis suo tempore districtum iudicium.
- 24 *Ipsi fuerunt rebelles luminis.* 24 Idcirco autem hæc tanta tam audacter perpetrāt mala,
 quoniam lumini diuino noluerunt acquiescere vel obedire,
 imò etiā repugnare & cōtra obluatari sunt ausi: aduersantes
 & Deo, qui est lumen primū & pater luminū, & lumini na-
 turali quod ab illo secundū participationē in hominū men-
 tes defluit. Imò & ipsum lumen corporale atq; externū isti
 habent exosum, magis diligentes tenebras quæ ad perficien-
 dam suam impietatem illis sunt magis accōmodæ, quàm cla-
 25 *Nescierūt vias eius.* ritatem luminis. 25 Noluerunt vt bene agerent intellige-
 re vias quas perambulandas demonstrabat ducarus illius lu-
 minis. i. dei mandata atq; præcepta, secundum quæ viuendū
 constituit

constituit hominibus, sed ambulauerunt magis in viis cordis sui, in desideriis suis prauis & concupiscentiis pessimis.

26 Neq; post multa patrata scelera saltem reuertuntur à viis suis prauis, vt pœnitentiam agerent peccatorum præteritorum, ac vel tandè ad diuinorum mādatorum obseruationem se conuerterent. 27 Quinimò à mane vsque ad vesperam toti sunt intēti perficiendis suis impietatibus, summo mane consurgentes ad homicidia & latrocinia, vt homines pauperes & inopes causa victus comparādi, primo mane ad opera vel negocia sua ciuitates egredientes interficiant, interfectōsq; spolient, siue vestibus, siue pecuniis, aut aliis quæ fortè apud illos inuenerint. 28 Adueniente autè nocturno tēpore, ad furta se conuertunt, captata occasione ex nocturnis tenebris & graui sopore quo tūc obdormiunt plerūq; homines, propter quod facilius tunc voto suo potiri valent. 29 Sed & si fornicari velint vel adulterari, nō molitū interdiu id faciunt, aut in propatulo, ne videantur ab hominibus, & arguātur opera eorū, sed caliginosam noctem & tenebrarū tēpus attentius obseruāt, æstimantes intra se, qd̄ a nemine videantur: 30 atq; ob id etiā vultū suū operiūt, laruas assumentes, aut aliis modis faciem velantes, ne cognoscantur ab hominibus, ita videlicet timentes hominū præsentiam & apud homines confundi metuentes, cum dei oculis nusquam effugere, nusquam latere valeant, neq; tamē ob eius præsentiam erubescunt. 31 Tempore noctis & tenebrarum, quādo altus sopor occupat homines, impij isti verè filij noctis & tenebrarū, parietes domotū perfodiūt, ac fundamenta effodiunt, in locis quæ per diem obseruauerant & sibi uicè designauerant, vt simul eò cōuenirent per noctē, & perfosissq; domibus furta sua vel adulteria cōcepta oportunè adimplerent. 32 Adeōq; in his omnibus tenebrarum optant caliginem, vt etiam lucem habeant exosam, eamque excrenentur & deresentur, quasi proposito suo inimicam. 33 Adeò (inquā) excrenantur lucē, vt si ante cōpletū malitiæ suæ propositū cōtingat superuenire lucē auroræ, egerimè iterant, & indignetur grauissimè aduersus illam, perinde ac si mortis quædam vmbra ingratisima eis superuenisset. 34 Imò sic ipsi tenebras amat, & in tenebris sua opera perficiunt, tenebrarū quoque tempus ad sua studia implenda obseruant, quomodo cæteri qui virtuti & honestis actionibus

26 nec reuertuntur si sunt per se mitas eius.

27 Mane primo consurgit homicida, interficit e- genum & pauperem:

28 Per noctē verò, erit quasi fur.

29 Oculis adulteri obseruat caliginem, dicens: 30 Non me videbit oculus, & operiet vultum suum.

31 Perfodit in tenebris domos, sicut in die cōdixit sibi.

32 & ignouerunt lucem.

33 Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbra mortis:

34 & sic in tenebris qua si in luce ambulat.

dant

dant operam, lucē diligunt, eamq; ad necessariarū & honorum rerū actionē avidē expectant & attentē obseruant.

Denique, sic ad omne malum proni & faciles sunt hi impij, semel dei abiecto timore, vt etiam aquarum superficiei fluidā superent. Nō potest esse aquarū superficies tā fluida, tam leuis & in fluxū prona, quā sunt isti leues & faciles ad ad defluendum in omnis generis vitia. Et hactenus quidem impiorum hominū effrenatā audistis, quā sine modo & sine metu perpetrant malitiam. Nunc verō & pœnā quæ illis à diuinæ prouidentię æquitate superueniet, cōsequenter audire non grauemini, vt sciatis, me nequaquā ex illorum esse numero, qui diuinā negantes prouidentiam impunē hic arbitrantur impios delinquere.

36 Primū itaq; horū hominum impiorū portionē dico fore & esse maledictā in terra; quoniam ex omnibus illis quæ in hac vita visi sunt possidere quasi partem & hæreditatem suam, nihil aliud quā maledictionem & damnationem sibi acquirant: & in damnationis ac maledictionis cumulū illis cedent omnia, sicut econtrariō electis omnia cooperantur in bonum. In terra etiam superna beatorū erit pars eorum maledicta, eò q̄ ibi locum nō sint neq; portionē vllam habituri, maledictionis æternæ sententia à fœlicitate sanctorū exclusi. In terra quoque inferni, in terra obliuionis & miserię pro portione sua & hæreditate sempiterna maledictionem damnationēq; accipiēt.

37 Neq; ambulabūt miseri illi per vias lætas & amœnas, cuiusmodi sunt viæ vinearum, quæ ad altiora ducūt, & ambulanti bus iuxta ipsas, tam odore bono quem de se spargūt, quā sapore vuarū, refrigerium & oblectamentū præstant, quales vtique sunt viæ illæ, quas iusti ad supernam patriam tendentes & laborioso conatu quasi per montium iuga conscendentes, perambulant: qui odore cœlestium deliciarū subinde velut à longē reficiuntur, & quasi gustū quēdam præaccipiunt, vnde animantur ad iter suū fortiter percurrendum, donec ad summum vsque montis verticē pertingant.

38 Non ascendent (inquam) impij isti per vinearum viam in superna loca deliciarum: sed econtrariō magis descendunt per abrupta vitiorum in loca inferna tormentorum, vbi erit cumulus & vicissitudinaria successio vniuersorum cruciatuum, ita vt nunc intētissimo crucientur frigore: cuiusmodi frigus est aquarum quæ resoluuntur ex niuib;

35 *Leuis est super faciem aquæ.*

36 *Maledicta sit pars eius in terra;*

37 *Nec ambulat per viam vinearum.*

38 *Ad niuum calorem transiet ab aquis niuum.*

bas, n
quom
ad om
tio. 3
bilis i
mult
an Cu
erit es
sus in
runt i
missio
per ill
num.
cautib
chris r
cibus o
in sepu
44 N
sic ve
tionē a
moria
fumen
foceru
sua &
ad eū
ferunt
ignem.
reficit,
proflu
nem si
cruos
lum, qu
malorū
reticru
truerun
sideriis
culam
dua, de
sua &
ferti ill

bas, nunc intollerabili affligantur æstu excessiui caloris: vt
 quomodo in hac vita omnibus malè sunt vsi, sic post mortè
 ab omnibus malè patiantur, nec sit eis vlla in vlla re cõsola-
 tio. 39 Nimirũ vsq; ad profunda inferni loca, & ad terri-
 bilia ista inferni supplicia deducunt illos peccata ipsorum,
 multa & graua, quæ sine modo & metu patrarũt sup terrã.
 40 Cũ verò illuc culpę suæ demerito fuerint perducti, nõ
 erit eis vltrã spes vlla veniæ aut indulgẽtiæ impetrãdæ: prorsus
 in obliuione erũt apud misericordiã Dei, quam spreue-
 runt in vita, neq; ab illa quicquã sperabunt imperpetuũ re-
 missionis & gratiæ: sed iustitia & iudiciũ iustum incũbet su-
 per illos, pondere graui & intollerabili, vsque in sempiter-
 num. 41 Atq; interim dũ in infetno sine misericordia cru-
 ciatibus afficiuntur impiorum animæ, corpora ipsã in sepul-
 chris roduntur à vermibus, efficiunturq; ipsi dulcedo siue
 cibus dulcis vermium, qui eorum oblectantur cadaueribus
 in sepulchro, sicut dæmones pessimi animabus in inferno.
 42 Non erunt (inquam) impij isti in memoria apud deũ,
 sic vt vllam ab eo accipiant vsque in sempiternum libera-
 tionẽ aut cõsolationẽ: 43 sed proiecti & velut deleti à me-
 moria diuinæ pietatis, sine misericordia conterentur, & cõ-
 sumentur perditione sempiterna, quia fructum bonum nõ
 fecerunt in tempore suo, ad quẽ proferendum fuerant con-
 ditũ & in hoc mundo longo tẽpore longanimiter tolerati:
 ad eũ modum quo arbores infructuosę, quę fructũ nõ pro-
 ferunt in tempore suo, tandem succiduntur & mittuntur in
 ignem. 44 Totius autem mali origo ipsis impijs hinc pro-
 cedit, quòd carni nimirũ indulserint, animã verò & spiritum
 prorsus neglexerint: quia videlicet prauã & vitiosã car-
 nem siue sensualitatẽ suã, quæ ex se tota est sterilis & infru-
 ctuosã, ad omne bonũ inhabilis, prona semper ad omne ma-
 lum, quæ boni nihil de se parit, sed potius spinas & tribulos
 malorũ desideriorum germinat. Istã quidẽ vilissimã me-
 retriculã, sterile scortum, accuratè pauerunt, delicatè enu-
 truerunt, & quàm diligentissimè curauerũt, omnibus eius de-
 siderijs obsequẽdo & satisfaciendo. 45 Cæterum, pauper-
 culam animam quæ in hoc mundo est quasi desolata & vi-
 dua, donec peregrinatur à domino, cui primũ fuit despon-
 data & dedicata: hãc penitus neglexerũt, huius non sunt mi-
 serii illi crudeles, neque ea quę huic ad salutẽ potuissent cõ-
 ducero

39 et vsq; ad
 inferos pec-
 catũ illius.

40 Obliti-
 sciatur ei mi-
 sericordia:

41 dulcedo il-
 lius vermes.

42 Nõ sit in
 recordatiõẽ,
 43 sed cõte-
 ratur, sicut li-
 gnum infru-
 ctuosum;

44 Parit e-
 nim sterilem,
 quę nõ parit,

45 & vidua
 bene nõ fecit

ducere perficere voluerunt. Scorta etiã & meretriculas fornicarias, non ad prolis generationẽ, sed ad voluptatẽ tantũ carnis enutrierũt magnis sumptibus: viduis autẽ & pauper- culis, quibus debuissent misereri, nõ præstiterunt misericor-

46 *Detraxit fortes in for- titudine sua:* diã: imò ab ipsis rapuerũt, quibus sua scorta alerẽt. 46 Tã- ta nimirũ inter homines vsi sũt violẽtia, vt etiã eos qui for- tes & potẽtes esse videbãtur, ipsi in maiori & superuincẽte violẽtia sua opprimerẽt, sibiq̃ue subigerẽt: quãtò magis po- tuerunt & alios pauperiores, minũsque ad resistendũ poten-

47 *Et cũ ste- terit, non cre- det vitã suã* teres, subiicere? 47 Quã quidem violentia æquẽ magnis & paruis illata, in eam angustiam malos plerunq̃ue inducit, vt etiam quũ stare iam videãtur & stabili gradu cõpositi, non tamen credãt vitã suã, nõ sibi confidant tanquã securi: sed meticolosi sũt, & ad omne rumusculum pauidi, ex inque-

48 *Dedit ei Deus locum pœnitentiã:* tudine malã cõscientiã. 48 Super omnia verò illorũ im- pietatem valde aggrauat, & pœnã iustẽ adauget contẽptus diuinã benignitatis & lãganimitatis, qua Deus illos expe- ctat multo tẽpore, parcens illis & patienter sustinens, disse- rĩsque vltionẽ, vt vel sic eos sua benignitate & lãganimi- tate inuiter ad pœnitentiã, nolens mortẽ peccatoris, sed ma-

49 *Et ille abutitur eo i superbia.* gis vt cõuertatur & viuat. 49 Ipsi verò per obstinatã su- perbiam suã, Dei lãganimitate & benignitate nõ solũ nõ vtuntur ad pœnitentiã, verũetiã abutuntur ad culpã: occa- sionem ex ea sibi accipientes liberius delinquendi, q̃ vltio- nem videant priorũ peccatorum differri: sicq̃ue ad dãnatio- nis cumulũ sibi conuertunt, vnde ad salutem proficere de-

50 *Oculi au- tem eius sunt in viis illius.* buissent. 50 Illi verò, quanquam sibi ob dilationẽ pœn- te persuadeant impunitatem, peccentq̃ue ea ratione licentius, habet tamen Deus oculos intentos ad vias illorũ pessimas, vniuersa eorum opera praua ipse considerat, vt suo tempo-

51 *Elenati sunt ad mo- dicum, & nõ subsistent,* re contemptoribus illis iustam inferat vltionem. 51 Vnde futurum est, vt licet ad tempus modicum gloriosi videan- tur atque florentes temporali prosperitate, post paululum tamen, manifestante se Dei iudicio, non sint permansuri sta-

52 *Et humili- abuntur, si- cut omnia:* biles in eadem illa fœlicitate: 52 deicianturq̃; ab illa sue gloriosa exaltatione, in humilitatem maximam & extremã miseriam: sicut & cetera omnia quãcunq̃ue in hoc mundo magna videntur & florida, non diu in suo huiusmodi flore-

53 *Et aufe-* persistẽt, sed breui nimirũ deperibũt, & redigentur ad nihili- lum. 53 Auferenturq̃; & eiicientur de habitatione presen-

sentis
ne eõs
ne spie
uare, a
lum de
siti in
rissimã
pro su
in is q
quasi f
culatõ
vel bla
quod n
ra rati
na, me

VIC

H

su illur
curatẽ f
uertens
solent i
quẽ dan
mõ diti
sepis t
in de
que in c
meant e
dem eiu
tatis ma
pso con
re conf
& co
gna, &

sentis seculi, in profunda inferni, vbi sempiterna damnatio-
 ne cōterentur atq; perdētur miseri, similes leuibus aristis si-
 ne spicarū summitatibus: quæ ad tēpus quidem videntur ele-
 uata, atque ipsis etiā granis optimis altiores, sed post paulu
 lum desiccantur & coniiciuntur in ignē, granis bonis colle-
 ctis in horrea. 54 Ista quidē ego sic habere puto, & vt ve-
 rissima confidenter pronuncio, de iusta impiorū punitione
 pro suis impietatibus. Neq; arbitror quēquā ex vobis posse
 in his quæ modò dixi, vlla ratione iusta mihi contradicere,
 quasi falsa aut impia protulerim, aut corā Dei iudicio cū ac-
 cusatione proponere ista verba mea, sic quasi impiū aliquid
 vel blasphemū fuerim aduersus Deū loquutus. Vnde nō est
 quod me vt hominē impiū, hæreticū atque blasphemū, con-
 tra rationē & iustitiam calumniemini: quū verba ista verissi-
 ma, me testentur ab omni mendacio. & impietate alienum.

*vetur, et sicut
 summitates
 spicarū con-
 seruentur.*

54 *Quod si
 non est ita,
 quis me po-
 test arguere,
 esse mentitū,
 & ponere
 ante Deum
 verba mea?*

VIGESIMIQUINTI CAP. ELUCIDATIO.

HÆC vbi sanctus Iob aduersus Eliphaz The-
 manitis obiurgationes pro se respondisset, 1
 Baldath Suites in ordine amicorum secūdus, 2
 suo ordine tertio loqui cœpit. Cū verò iā
 non haberet ipse particularia vlla quæ aduer-
 sus illum obiiceret, eo quod singulis iam antè obiectis, ac-
 curatè singulis orationibus respōdisset, ad generalia se con-
 vertens, & quasi ad communes locos recurrens (vt ferè
 solent ij quibus argumenta particularia deficiunt) pauca
 quædam de potentia & maiestate Dei, & de originali im-
 munitate, incomparabilique Dei sanctitate, quæ iam antè
 serpius fuerant proposita, replicauit, dicens: 2 Penes Deū 2
 in deo est absoluta perfectissimāq; potestas, super omnia
 quæ in cœlis & quæ in terris: Vnde etiā habet, vt meritò ti-
 meant eū, & summè reuerentur omnes creaturæ. Quæ qui-
 dem eius metuenda & adoranda potestas, in supernis crea-
 turis maximè relucet. 3 Ipse enim est, qui in sublimibus ab-
 soluendo conditis & dispositis, sua omnipotentia suauissimā effi-
 ciat conseruatque concordiam: angelos quidem sua dignita-
 te & conditione excelsos, summa concordia & sibi coniun-
 ctos, & cum seinuicem connectens, ita vt nec à sua vnquam

*Cap. 25.
 1 Respondēs
 autem Bal-
 dath Suites,
 dixit:*

*2 Potestas et
 terror apud
 Deum est,*

*3 qui facit
 concordiam in
 sublimibus
 suis.*

- voluntate valeant dissentire, neq; adinuicē vlla mala discordia contendere: corpora quoq; cœlestia supernum obtinentia locum mirabili facit cōcordia suos obseruare motus & tēpora, iuxta legem quā eis constituit ab initio. 4 Eandem etiā maiestatem superexcellsam indicant illa agmina angelorum sanctorū, quorum est numerus inæstimabilis & homini incōprehensibilis, qui omnes astant in circuitu eius, sicut milites in circuitu regis sui, parati semper ad obediendū voluntati eius, & implenda promptissimē quæcunq; ille iusserit.
- 4 *Nunquid est numerus militū eius?* 4 Et super hos omnes, licet numero infinitos, vnus ille inæstimabili claritatis suæ fulgore mirabiliter irradiat, singulos sui luminis splendore illustrās, & suæ claritatis læticia beatificans. Imò & homines vniuersos, sui luminis aliquatenus facit participes, secundū infusionē vel naturalis vel grauiti luminis in rationalē animā. 6 Quū verò tantæ sit potestatis atq; maiestatis Deus, quū tot rationibus summē venerandus sit atq; metuendus: homo infirmus & fragilis, creatura vilis & nullius pretij, nulliūsq; potestatis vel dignitatis, quomodo iustificari poterit, si quasi ex æquo cōponatur cū Deo? sic vt ipse iustus comprobetur, Deus autem iniustus?
- 5 *Et super quē non surget lumen illius?* 5 Et qui de muliere infirmo vasculo nascitur in multa humilitate, plenus opprobrio atq; miseris, sordidā habēs originem, quomodo poterit apparere mūdus corā Deo, sic vt audeat suā coram Deo iactare innocentiam, & de sua gloriari munditia, perinde quasi ab omni sit peccato immunus?
- 6 *Nunquid iustificari potest homo, cōparatus deo?* 6 Ecce luna ipsa quæ præ cæteris stellis plus luminis terris infundit, nō reputatur tamē splendidā, si cōferatur ad illius immensę maiestatis splendore, item & stellæ cæteræ omnes, siue quæ in firmamento lucent, siue quæ in orbibus inferioribus, nō reputantur mundæ siue claræ aut fulgidæ, in cōparatione ad claritatē illius immēsi luminis: sed quasi tenebræ reputatur omne lumen creatum & participatū, in comparatione luminis illius priuī & purissimī, à quo lumē omne per participationem deriuatur. 9 Si illa (inquam corpora cœlestia nulli obnoxia corruptioni, tam glorioso plena lumine, vt etiā ex locis suis quibus à nobis quàm longissimē distāt, ad nos vsque trāsmitant sui luminis radios, diuinæ maiestati collata nihil vidētur: quātō magis nihil apparebit homo collatus Deo, & quasi ex æquo ei compositus: qui secundum alteram sui partē non aliud est quàm putredo,
- 7 *aut apparere mundus natus de muliere?* 7 Et qui de muliere infirmo vasculo nascitur in multa humilitate, plenus opprobrio atq; miseris, sordidā habēs originem, quomodo poterit apparere mūdus corā Deo, sic vt audeat suā coram Deo iactare innocentiam, & de sua gloriari munditia, perinde quasi ab omni sit peccato immunus?
- 8 *Ecce luna etiā nō splendet, et stellæ nō sunt mundæ, in conspectu eius.* 8 Ecce luna ipsa quæ præ cæteris stellis plus luminis terris infundit, nō reputatur tamē splendidā, si cōferatur ad illius immensę maiestatis splendore, item & stellæ cæteræ omnes, siue quæ in firmamento lucent, siue quæ in orbibus inferioribus, nō reputantur mundæ siue claræ aut fulgidæ, in cōparatione ad claritatē illius immēsi luminis: sed quasi tenebræ reputatur omne lumen creatum & participatū, in comparatione luminis illius priuī & purissimī, à quo lumē omne per participationem deriuatur. 9 Si illa (inquam corpora cœlestia nulli obnoxia corruptioni, tam glorioso plena lumine, vt etiā ex locis suis quibus à nobis quàm longissimē distāt, ad nos vsque trāsmitant sui luminis radios, diuinæ maiestati collata nihil vidētur: quātō magis nihil apparebit homo collatus Deo, & quasi ex æquo ei compositus: qui secundum alteram sui partē non aliud est quàm putredo,
- 9 *Quanto magis homo, putredo,* 9 Si illa (inquam corpora cœlestia nulli obnoxia corruptioni, tam glorioso plena lumine, vt etiā ex locis suis quibus à nobis quàm longissimē distāt, ad nos vsque trāsmitant sui luminis radios, diuinæ maiestati collata nihil vidētur: quātō magis nihil apparebit homo collatus Deo, & quasi ex æquo ei compositus: qui secundum alteram sui partē non aliud est quàm putredo,

nimirum habens corruptioni obnoxium, quod post paululum computrescet in stercore: 10 & quanto magis nihil *10 & filius hominis ver mis?* apparebit filius hominis, qui non Dei solius manu creatus est, vt stellæ in firmamento, sed de infirmo homine per generatione est productus, & coagulatus est fetidissima substantia, ad eum modum quo vermis ex putrefactione & corruptione generatur exiguo viuens tempore? Homo, inquã, tam vilis & ignobilis, nobilissimo & summè metuendo deo quomodo se poterit comparare, sic vt suam iustitiã aliquid esse putet comparatione ad Deum: quemadmodum tu Iob facere videris, qui tuã iustitiam coram Deo adeò iactitas, vt etiam contendere cum eo non erubescas.

VIGESIMISEXTI CAP.

ELUCIDATIO.



H ita ab illo de maiestate & præcellẽtia Dei *Cap. 26.* generaliter dictis, sanctus Iob aduertens illum *Respondens* nõ habere vltra quid diceret ad propositum *autem Iob,* conueniens, eo q̃ sapius dicta superuacaneè *dixit:* replicasset, & in cõmunes locos euagari cõ-

pulet, quasi cum indignatione quadã (propterea q̃ non ad propositũ dixisset, sed tantũ silentij ruborẽ videretur effu- gere voluisse) ita illi respõdit: 2 Quid sibi vult, quæso te, *2 Cuius ad- iutor es? Nũc* illa tua superuacanea & proposito inefficax oratio? An for- *quid imbe- cillus?* tẽ arbitraris auxiliũ præbere, & velut suppetias ferre Deo, *3 Et sustẽtas* perinde quasi ipse per se imbecillis sit, & ad sui defensionẽ *brachium e-* insufficientem, nisi tu illi feras auxiliũ? 3 Aut quasi defesso & *ius qui non* viribus lasso subuenire te cõfidis, & eius adiuuare potentia, *est fortis?* ad eũ modũ quo solent laborantiũ brachia sustẽtari, ne labo- *4 Cui dedisti* ribus nimis fatigata deficiãt? 4 An fortẽ ideo ilta loque- *cõsilium? For-* ris, vt quasi consilio tuo instruas eum, quomodo ipse pro se *ta illi qui nõ* aduersum me agat, perinde quasi ipsi nõ sufficiat sua sapien- *habet sapien-* tia, vt pro se valeat respõdere, suãq; iustitiã & maiestatem *tia, et prudẽ-* defendere: Aut forsitan prudentiã tuã in hoc magnã & exi- *ria tuã ostẽ-* miam voluisti cõprobare, q̃ sic pro Deo loqui noueris, & *disti plurimã* quasi Deo consilium dare, quid pro se respondere debeat? *5 Quẽ doce-* Denique, an Deũ ipsũ verbis tuis docere atq; instruc- *re voluisti?* te voluisti, vt sciat quid pro se loquatur, aut quomodo se defendat: quum ipse nequaquam vel tua vel cuiusquam in-

Nonne eum qui fecit spiritamentum? structiōne indigeat, qui omnē rationalem spiritū & omnē quod rationali anima uiuit, ipse creauit. Vnde necesse est, ut ipse omnium maximē sit intelligens & sciens, à quo tā angelis quā hominibus omnis scientiæ & intelligentiæ est initium. Ita planē huc tua uidetur tuorumq; amicorū tendere oratio, ut quasi Deo feratis auxiliū & consiliū instructionēq; præbeatis, dum sic pro eo sine ratione & necessitate cōtra me agitis, quasi ille sibi nō sufficiat, perinde quasi ille periclitaturus sit aut succubiturus in causā, si nō pro eo superua caneis uos agatis apologiis; cū iā abundē sit à me uestris omnibus obiectionibus respōsum. Et quid uos ita cōtra me Dei potestātē & terrorē allegatis, quasi ego illa ignorē, aut nō satis in consideratione habeā: Cū huiusmodi nō minus sint mihi cognita aut meditata quā uobis, neque minus in enartandis illis quē ad diuinā maiestatis terrorē attingēt ego sufficio, quā uos. 6 Videlicet (ut experimentum uobis præbeā meæ scientiæ) superbi illi præsumptores apostatici spiritus, propter altitudinē superbiæ & fortitudinē malitiæ suæ, bene gigātibus cōparandi, ipsi in profundo inferni, qui in medio terræ sub aquis est situs, sub cruciatibus intollerabilibus gemunt, uinculis æternis illic alligati, ut cruciētur imperpetuum, non ferentes aduersum se execrabile iudiciū.

6 Ecce gigantes gemunt sub aquis,

7 & qui habitant cum eis.

8 Nudus est infernus coram illo:

9 et nullum est operimentum perditionis.

10 Qui exte-

7 Simulq; cū eis in similibus degunt cruciatibus, quicunq; impiis illis cōsentiunt aut assimilātur in malitia. Specialiter quoq; gigantes illi olim ante diluuiū generale corrumpētēs terram, aquis diluuij oppressi, atq; in baratrū protrusi, perpetuis ibi affliguntur tormentis, cum omnibus qui eorū cō-

8 Profunda inferni prorsus nuda sunt & aperta oculis eius: & omnia quæcunq; illic gerūtur, eo spectante & decernente sic fiunt, ut eum modū quo reus & malefici in conspectu iudicis torquentur & puniuntur.

9 Ipsiſq; illis qui sunt in damnatione, nullum est operimentum: nō se possunt occultare à conspectu tuo, ita ut non à te uideantur: nusquā possunt tuum aspectum effugere, etiā si in infimis sedeant inferni tenebris. Qua quidem in re, uel maximē relucet diuinæ potestatis terror, quē uos mihi quasi non bene cognitū, uel non satis meditatū, toties proponitis & inculcatis. Eadem quoq; potestas & maiestas Dei, in rerum potentissima creatione & cōseruatione apertissime elucescit. 10 Ipse nimirū est, qui partē cœli aquilonarem

sue
lis
sape
vide
huius
do.
cuu
& or
& lib
illius
difici
tur. se
ro, eā
impe
aque
fos, ru
denfā
non s
tatur
com
ne om
est qu
cœli,
sē de
tiā. r
reaz e
tegit a
tu, à m
in sua
quoq;
tus cō
rerum
da: at
ut nor
quaru
maneb
cem v
enim p
quā
mation

siue septemtrionalē, extendit siue expandit ad modum pel-
lis siue tentorij, in longitudine & latitudine sua: idque non
super solido aliquo corpore, vnde arcualē illam curitatē
videretur posse suscipere, quemadmodum artifices solent
huiusmodi arcuales extensiones super aliquo fundare solido,
sed super fluido & instabili aëre, qui à vulgo quasi va-
cuum existimatur. 11 Globū quoque terræ grauissimum,
& omnium elementorū infimum, in suo pondere appendit
& librat, non super aliquibus basibus aut columnis pondus
illius sustētātibus, quemadmodū solēt artifices grauibus æ-
dificiis columnas subiicere, aut fundamenta à quibus feran-
tur: sed prorsus super nihil, super nullo omnino fundamen-
to, eā in loco suo constituit & firmavit, ita vt nō moueatur
imperpetuum de loco suo. 12 Ipse etiam est, qui vapores
aqueos de mari virtute solis eleuatos, atque in nubes cōuer-
sos, rursūmq; in aquam per frigus mediæ regionis aëris cō-
densatos, ita suspensos & quasi ligatos tenet in nubibus, vt
non simul in impetu terram obruant, ad oppressiōem habi-
tātium in terra: sed paulatim & guttatim facit decidere, ad
commodiorem irrigationem terræ & terræ nascentium, si-
ne omni nocumento eorū qui habitant super terrā. 13 Ipse
est qui in sua apparentia tenet & suo ornatu vestit faciem
oculi, quod est quasi solium eius regale: in quo suam manife-
stē demonstrat magnificentiā, exhibētq; magnificā præsen-
tiā. 14 Et quo magis venerandū magisq; metuendū appa-
reat eius solium, atris nubibus & frequētibus nebulis ipsum
tegit atq; obnubilat, vt nō nisi per caliginem, quasi à remo-
tus, à mortalibus videatur: perinde quasi indigni sint ipsum
in sua lucida claritate, vt est in semetipso cōtueri. 15 Ipse
quoque est, qui aquas ab initio totā occupantes terram cer-
tis cōstinxit terminis, tertio die creationis & distinctionis
rerum, iubens aquas cōgregari in locū vnū vt appareret ari-
da: atque etiamnum intra certos limites maria continens,
vt non totam iterum obruant terram. 16 Quæ quidem a-
quarum colligatio atque constrictio, diuina virtute ita per-
manebit, vsque ad consummationē seculi, quandiu sibi inui-
cem vecisitudinaria successione dies & nox succedēt. Nō
enim prius illa desinet aquarū in certis limitibus cōstrictio,
quā noctis & diei successus finem accipiet: sed in consum-
matione seculi, vbi non vltra erit viuētibz habitationis

*dit aquilonē
super va-
cuum.*

*11 & appen-
dit terrā su-
per nihilum.*

*12 Qui ligat
aquas in nu-
bibus suis,
vt ne erum-
pant pariter
deorsum.*

*13 Qui tenet
vultum solis
sui.*

*14 & ex-
pandit su-
per illud ne-
bulā suam.*

*15 Terminū
circumdedit
aquis-*

*16 vsque diē
firmatur lux
& tenebra.*

- locus super terrā, simul & aquæ ad pristinū reducentur statim vt totā terrā operiant, & cœlorū cessante motu nocturno quoq; ac diei successio finē accipiet. 17 Tanta deniq; est maiestas eius, vt etiam angelici spiritus, qui sunt quasi columnæ cœlorū, portātes, gubernātes, atq; mouentes eos, præ nimia reuerentia quasi cōtremiscere & pauere videantur ad solum nutum eius, eo q̄ semper obediētissimè iussū illius capessunt atq; perficere satagunt. 18 Per virtutem quippe omnipotētiæ eius, solo verbo iussione eius, aquæ quæ antè totā operuerāt in circuitu terrā, subito absque vlla tēporis mora cōgregatæ sunt in locū vnū, vt appareat arida, essētq; apta habitationi hominum. 19 Et ipse per suam sapiētiam, ab initio nouit superbū diabolū, cū focis & cōplicitibus suis, debita vltione ferire: talem dictans aduersum eos sententiā, vt pro suæ præsumptionis superbia, in profundis abyssi cruciaretur in perpetuum. 20 Spiritus sanctus qui ab eo procedit, & cum eo est vna substantia, vnūq; deus, cœlos omnia sua perfectione adornauit, quoniam sicut patri ratione omnipotentiæ peculiariter attribuitur rerū creatio, & filio siue verbo ratione sapiētiae gubernatio, sic spiritui sancto tertiæ in diuinis personæ, ratione bonitatis siue benignitatis, attribuitur rerū perfectio. 21 Ipsoq; agente & curāte, ac velut obstetricem agente manibus suis, eductus est, (siue de nihilo, siue de chaos confuso) coluber ille tortuosus, vel quæ in cœlo cernitur iuxta polam septentrionalem cōstellatio, formā habens serpentis incurui, cuius cauda vrsam minorē ab vrsa maiore diuidit, quasi vecte interposito: vel serpens ille antiquus diabolus, qui mille per meandros se voluit ac gyrat, vt seducat homines, vel ipsi etiā colubri isti visibiles, qui super terrā repunt, & venena fundunt. Deus enim & illam in cœlo cōstellationē colubri figurā gerētē fecit, sicut cæteras omnes, cuiuscunq; tandem sint figuræ, cōstellationes: & serpētē antiquū diabolū produxit de nihilo, atq; etiā eduxit siue eiecit ob superbiam de cœtu bonorū angelorum, ac deniq; colubros istos venenatos similiter cōdidit, vnum quēque in genere suo: vt manifestū sit, eorū quæ subsunt omnium prorsus nihil nisi ab eo esse habere. 22 Hæc ecce, quæ modò per me enarrata sunt, tātū pars quædam sunt operum illius mirabilium, quæ agit ille in omnipotentia fortitudinis suæ, paucula tātū quædam sunt de plurimis, minima
- 17 *Columnæ cœli cōtremiscunt & pauert ad nutum eius.*
- 18 *In fortitudine illius repentē maria congregata sunt.*
- 19 *Et prudentia eius percussit superbū.*
- 20 *Spiritus eius ornauit cœlos.*
- 21 *Et obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus.*
- 22 *Ecce hæc ex parte diuina sunt viuum eius.*

minima de maximis. 23 Quòd si nos homines præ debili- 23 *Et cum*
tate & obscuritate intellectus, vix paucula quædã & exigua *vix parvum*
audire atq; intelligere de illius magnitudine sufficimus, quæ *stillam ser-*
in cõparatione ad infinitã illã plenitudinẽ diuinæ maiestatis *monis eius*
non aliud sunt quàm stillula aut guttula aquæ cõparatione *audierimus,*
ad immensum pelagus: 24 quis posset audire & plenè in- 24 *quis po-*
telligere illa altissima, quæ de infinita perfectione diuinæ *terit toni-*
maiestatis, adhuc dici possent? sed incognita & inaudita sunt *truum ma-*
hominibus: quæ merito validissimi tonitruui sono videntur *gnitudinis*
cõparanda, propter suam dignitatẽ & nimiam excellentiam, *illius intue-*
supra tenuem captum humani ingenij, quæadmodum validi *ri?*
tonitruui sonus malè cõtemperatus est humanarũ aurium in-
firmitati, & propter defectum proportionis commodè non
potest percipi. Ex his, ò amici, satis apertè potestis intellige-
re, excellentiam diuinæ potestatis mihi nõ esse incognitam,
neque opus esse vt superuacaneè his de rebus me admo-
neatis, quasi vel ignorantem vel inconsiderantem.

VIGESIMISEPTIMI CAP.

ELUCIDATIO.



CV M hæc ita dixisset, intermissoque sermone
aliquantulum siluisset, vt locũ daret loquendi
amicis, si fortè respondere iterum aliquis eorũ
veller vt hætenus fecerãt, videns amicos om-
nes silere & nihil dare responsi, accepta occa-
sione prolixius loquedi ex illorũ silẽtio, sermonẽ resumpsit:
assumptãque parabola sua. i. sermone erudito & obscuriori,
ad exprimendum plenius suæ mentis conceptum, & animi
corporisq; dolorem, loquutus est in hunc modum:

2 Quoniam vos ita pertinaciter hætenus meam oppugnare
nõ desistis iustitiã, vt semel vobis quàm fieri potest, certifi-
cã meã cõprobẽ innocentia, testẽ innocentia meã inuo-
co deum viuentẽ, qui in hac plaga mecũ agit, nõ secundum
cõsuetũ iudiciũ in puniendis peccatis hominũ pro præsentĩ
tempore, longè grauius me affligens quàm mea peccata me-
merunt. 3 Deum, inquam, omnipotentem qui pœnis tam
horribilibus me affligens, amaritudine replevit animã meã,
secundum sensus affectum, ab huiusmodi sensibilibus pœnis
quam maximè abhorrentem. Hunc (inquam) deum testem

Cap. 27.

Addidit
quoque Iob,
assumens pa-
rabolã suã,
& dixit:

2 *Vini deus*
qui abstulit
iudiciũ meũ,

3 *& omnipo-*
tens qui ad
amaritudinẽ
adduxit ani-
am meam.

inuoce

inuoco innocentiae meae, & per huc iurando verbis affirmo, quod quando in hoc corpore vitali perfruar aera, inspiratione vtens & respiratione aeris huius communi omnibus viuētibus, 4 & donec rationalis ille spiritus, qui ad imaginem & similitudinem dei creatus est, & ab eodem corpori infusus, sui in eo praesentiam sensibili signo in respiratione egredientis per nares, demonstrat. 5 Donec, inquam, ita viam in hac vita mortali, non committam, vt ob cuiuscunq; siue gratiam siue metum, per labia mea vlla loquar iniquitatem, ita vt pro vno aliquid affirmem, quod conscientia mihi testificetur esse falsum: neq; tale aliquid sciens aut volens ex animo proferam per linguam meam, quod falsum esse in conscientia iudicet. Vnde neq; vobis expectandum est, vt contra conscientiam meam testimonium ob gratiam vestri, affirmem, me propter peccata mea grauiam istam pati miseriam, ad quod hactenus tantopere laborastis. 6 Absit a me, vt ego vos iustos ac veraces hac in parte esse iudicem, aut ore pronunciem, contra veritatem quam dictante conscientia agnoui. 7 Donec ad vitam deficiam, vsque ad mortem, non cessabo defendere meam innocentiam: hoc veraciter asserendo, quod dictat mihi conscientia & veritas probat, me sine mea culpa tam graui hac plaga, a Deo esse percussum. Atq; etiam, sicut hactenus vix in iustitia & innocentia, cauens diligentissimè ab offensâ Dei, ita imposterum in eadem perseuerare vsq; ad mortem propono, neque vnquam ab ea recedere. 8 Iustificationem meam quam coepi tenere & defendere, aduersum vos eam impugnantes, & ad condonationem mei vestris sermonibus laborantes, non desinam rationabili responsione defendere, sic vt vobis vnquam consentiam, asserentibus, me propter meam culpam puniri. Item & illam iustitiae viam, per quam hactenus sollicitè ambulauim, vsque ad mortem me seruaturum propono, & coram Deo iurando polliceor, me nunquam ab ea velle recedere, vt iniquitati consentiam. 9 Neque verò hanc meam constantem defensionem arrogantiae ascribatis velim, sed bonae conscientiae testimonio & rectè rationis dictamini. Non enim testificatur mihi conscientia, quod vilo vnquam tempore vitae meae tam grauius Deum offenderim, quodque adeo vehementer eius iram prouocauerim, vt meruerim ista tam graui tam insolita & inaudita plaga puniri, secundum iudicium illud quo solet Deus in hoc mundo punire peccata hominum. 10 Qui

vero

verò mihi in hac veritatis defensione à proposito veritate *pius inimi-*
 impugnans inimicatur & obstitit, hunc ego quasi mēdacē, *cus meus, &*
 iniustitiæ & falsitatis patronū habeo: & qui mihi in hoc ad- *aduersarius*
 versatur quod noui verum esse, laborans persuadere mihi *meus quasi*
 contrariū, eū iure quasi iniquum & falsitatis patronum de- *iniquus.*
 beo habere & auersari, vt nulla ratione ei consentiā. 11 Et *11 Quæ est*
 iustē quidē ego per omnem vitā sic mihi diligenter caui ne *enim spes by*
 Dei offensam incurrerem, studuique illæsam seruare innocē *poctiæ si a-*
 tiam. Nam quid mihi prodesset, quæ spes veræ vtilitatis & *uarè rapiat?*
 salutis mihi esset, si hypocritam tantum egissem (vt vos de *me existimatis)* apud homines tantum simulatam iustitiam *ostentans,*
 ostentans, & Deum contemnens? Quæ, inquam, spes veræ *salutis esse potest*
 salutis esse potest huiusmodi hypocritis, qui nunc per auari *tiam & iniustitiam*
 tiam & iniustitiam aliena rapiunt, Deo quidem suā gloriā, *hominibus verò*
 hominibus verò temporalia bona auferentes: 12 quū cer- *12 & non li*
 tum sit, Deum animas illorum non liberaturum à morte & *beret deus*
 damnatione æterna, nec saluatorum in vitam æternam? *animā eius?*
 Certum quoque est, quod cum angustia mortis subitò il- *Nūquid de?*
 lus superueniente, ex timore tantum pœnarū ad Deum cla- *audiet cla-*
 mauertint, qui prius nunquam ex corde eum fuerūt reueri- *morem eius,*
 ti, neque etiam nunc reuerentur, sed tantum timore pœnæ *quum vene-*
 ad illū ex ficto corde clamant, non exaudientur orationes il- *rit super eū*
 lorū à Deo. 13 Neque fieri poterit, vt huiusmodi hypocri- *angustia?*
 tæ, in omnipotente deo verā habeant delectationē, qui spē *13 Aut pote-*
 suam præcipuā habent in rebus temporalibus: neque ex pu- *rit in omni-*
 ro & vero corde inuocare eum possunt, quocūque necessi- *potente de-*
 tatis tempore, quē ex animo non diligunt neq; reuerentur, *lectari, &*
 neque fiduciam habent in eo. Si igitur & ego huiusmodi ef- *inocare deū*
 fectus hypocrita, qualem vōs me existimare videmini, nullam *omni tem-*
 quoq; habere in deo fiduciā ab eo quippiā impetrādi, quod *pore?*
 longissimè à me absit. 14 Ne verò amplius huiusmodi va- *14 Docebo*
 na proferatis, aperiam ego vobis, cooperante deo per ma- *vos per ma-*
 num suam quæ ipsa omnipotens habeat apud se abscondi- *nū dei, quæ*
 ta iudicia, aut quas pœnas decreuerit inferēdas impiis i im- *omnipotens*
 pœnitētia sua perseverātibus: & nō calabo vos ea quæ deo *habeat nec*
 reuelante cognoui, ne fortè aliter me de deo sentire existi- *abscondam.*
 metis, quā verè sentiam. 15 Et vt vestrum ipsorū addu- *15 Ecce vos*
 cam iudicium, nihil dubito quin vos ipsi, si tranquillo iudi- *omnes nostis*
 cio diligenter & maturè apud vos rem istam velletis ex- *pendere, vitāque meam & mores pristinos considerare,*
 pendere, vitāque meam & mores pristinos considerare, *facile*

facilè intelligeretis, vera esse quæ de innocètia mea dico: & satis puto non vos ita sinistrè de me opinari, vt verba ipsa vestra sonare vidètur: arbitror etiã vobis sat notũ esse, quod nihil indignũ de deo sentiã, de quo me accusare videmini.

16 *Et quid sine causa vana loquimini?*

16 Vt quid igitur sine causã vana ista loquamini, asserentes me hypocritã esse, & propter grauiã peccata à Deo percussum esse, atq; etiã quasi blasphemũ & malè de deo sentientè increpantes, quæ omnia falso innituntur fundamento, & nequaquam mihi possunt veram adferre consolationem.

17 *Hæc est pars hominis impij apud deum.*

17 Ecce (vt manifestè sciatis quid ego de impiorũ iusta punitione verè sentiam) apertè vobis describã partè siue retributionem finalem hominum impiorum, quæ eis est reposita apud deum, quæque eis est suo tempore reddenda ab illo:

18 *Et hæreditas violentorum quam ab omnipotente suscipiunt.*

18 & hæreditariã portionè quã violenti hominũ oppressores, ab omnipotente deo, cui resistere non poterunt, in vltionem suã iniultitiã suscipient, planè vobis depingam in subsequètib; verbis ad hunc modum. 19 Etiam si multos habuerit impius hominũ oppressor filios, aut etiam filiorum filios, non habebit ex illis perfectã & finalem lætitiã, sed

19 *Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt.*

potius dolorè & luctum: quoniã gladius crudelis filios eius interficiet, vel gladius tẽporalis vltionis, quo propter peccata parentum, aut etiam propria ipsorum peccata quibus parentes imitantur, crebrò perire cõtingit dei iudicio impiorũ filios: vel generaliter gladius finalis condènationis, qui in filios malorum parentum imitatores proculdubiò defæuier.

20 *Et nepotes eius non saturabuntur pane.*

20 Filij quoque filiorum eius in summa viuent egestate, ita vt neque panem habeant ad saturitatem, neque reliqua ad vitæ sustentationem necessaria, diuino iudicio sic impij scelera vsque in plures generationes persequente, ad maiorem illius detestationem.

21 *Qui reliqui fuerint ex eo, sepeliẽtur in interitu.*

21 Qui ex eo fuerint superstites, siue consanguinei, siue affines, siue alio modo ad ipsum propinquius attinentes, propter ipsius scelera, vel propter consensum cum illo in sceleribus, demergentur in interitu & perditione mortis aternæ.

22 *Et viduus illius non plorabit.*

22 Erũtq; impij mors ad eò ignobilis & inhonorata, vt nec ipsæ eius vxores quas moriès relinquit, ipsum plangent, eo more quo solent decedentes viros probos probè plãgere mulieres. Vel quia, ob ignominiosam mortem, non licebit mulieribus plangere virum: vel quia de morte tyranni impij etiam ipsæ vxores eius gaudèt, vt fierè non possint mortuum, quem oderunt viuentem.

23 Insuper, si magno studio & multa sollicitudine per fas & 23 *Si cōpor-*
nephas, coaceruauerit impius tyrānus diuitas multas, argēti tauerit quasi
 videlicet immēsam vim, ad eū modū quo terra in cumulos terrā argen-
 redigitur: & si vestimentorum magnam copiam multa cu- *tum, & sicut*
 molitate ac preciositate præparauerit, congefseritq; in altos *lutum præpa-*
 cumulos, ad eum modum quo in plateis cōgeritur lutum: *rauerit vesti-*
 24 Permissum quidē erit illi tyrāno, vt sollicitudine multa *menta:*
 congreget & paret vestimenta huiusmodi pretiosa: sed nō 24 *præpara-*
 permittetur illi, vt p̄paratis vtatur, sed diuina dispēsatione *bit quidem,*
 ad aliorū deuenient vsus, ea quæ per illum præparata fuere:
 25 ita videlicet vt homines iusti & pauperes illis vestiātur, 25 *sed iustus*
 quod non raro videmus accidere, argentū quoque coacer- *vestietur illis*
 uatum in pauperes & innocentes diuidetur, quasi per ele- *& argētum*
 mosynam: vt diuino iudicio ad innocenses & pauperes re- *innocens di-*
 deat quod ab illis per iniustitiam & rapinam ablatū est. Sic- *uidet.*
 que nil aliud quā laborē impius ille tyrannus habet, vsum
 verò eorum, quibus laborauit, habere non permittitur.
 26 Nimirum domum suam ædificauit, familiam suam dita- 26 *Ædifica-*
 uit & fundauit, cū aliorum dāno & detrimento: ad eū mo- *uit sicut tinea*
 dū quo tinea suā domū facit, cū damno & corrosione pan- *domū suam.*
 nis in quo domū suam facit: 27 itemque ad eū modū quo 27 *& sicut*
 custodes vinearum sua solent vmbacula, in quibus ad tem- *custos fecit*
 pus custodiæ suæ demorātur propter æstum solis, fabrica- *vmbaculū.*
 re, videlicet ex materia furto collecta de vicinis aliorū ho-
 minū syluis & agris. Vnde sicut tinea quæ cū damno suā do-
 mum ædificat, post paululū de panno excutitur, abigitur &
 interficitur: sic & impiis illis eueniet. Et sicut custodis vm-
 braculum post paululū corrui, & ab aliis diripitur hyemis
 tēpore, sic & impiorū domus crebro in prædā sūt & dātur
 in direptionem: semper verò in tēpore mortis, quasi in hye-
 me coguntur velint nolint omnia congregata relinquere.
 28 Huiusmodi vir avarus, qui per avaritiam & iniustitiam 28 *Dives qui*
 cōgessit diuitias, in hora mortis nihil secū hinc auferre po- *dormierit, ni-*
 terit ex omnibus bonis suis, sed velit nolit omnia hic coge- *hil secum au-*
 tur relinquere. 29 Cūque illic in morte, pœna oculos illi feret, *feret,*
 aperuerit, vt videat turpitudinē peccatorū suorū, quos hīc 29 *aperiet*
 delectatio mala clausos tenebat ne sua peccata agnosceret, *oculos suos,*
 tūc nihil omnino videbit eorū, quibus hīc semetipsum deo *& nihil in-*
 contēpto oblectauerat, & in quibus omnem habuerat fidu- *ueniet.*
 ciam. 30 Tunc eum inuadet terribilis egestas, defectusque 30 *Apprehē-*
 omnīs

- dēt eū quasi aqua, inopia:* omnis boni consolabilis, ex omni parte per circuitum, ita vt nihil vsquam adsit in quo aliquam valeat inuenire consolationem: ad eum modum quo aqua ex omni parte hominem circumfluit atque madefacit, nullam corporis partem relinquens intactam. 31 Horrenda mortis sententia, quasi impetuosa tempestas, subitò & eximproviso super illum veniet, quasi per noctem, quando minimè expectabit, & quando fugere non licebit, tanquā si per noctem, subitò in quēpiam irruat grandis tempestas, quando minimè possit effugere. 32 Aegritudo vehemens aut mors subitanea vento vrenti similis, cum dolore vehemētissimo illum auferet de medio viuentium, & quomodo vētus turbinis stipulam subitò rapit à loco suo, & proiicit in locum alterum: ita sententia diuini iudicij turbani horrendo similis, impium illum auferet de statu prosperitatis temporalis in quo ad tempus visum est consistere: proicietque eum in tenebras exteriores, vbi fletus erit & stridor dentium. 33 Super eum verò illic in imis inferni iacentem mittet iustus scelerū vltor penas horribiles, omnis generis tormenta, quæ hominis ingenium nec enumerare nec excogitare sufficiat, quot vel quanta sustineat. 34 & absque omni misericordia seuerissimè in illum animaduertet, faciens illi iudicium sine misericordia, quomodo ipse dum viueret noluit misereri proximo. 35 de manu eius fugiens omnis effugere ab ea quæret & optabit, si posset fieri, nõ ferens illud aduersum se execrabile iudicium. Sed frustra laborabit impius. 36 Siquidem potentissimus iudex Deus, sic illum manibus suæ omnipotentix stringet tenebitque fortiter, vt elabi nusquā possit, aut vlla ratione effugere iudicium eius. 37 Adeo verò nulla super illum compassione terribilis iste iudex tunc comouebitur, aut flectetur commiseratione, vt etiam (humano more loquendo) quasi sibilando rideat super eum, quum inspexerit in locis tormentorum eum iacentem in extremis miseris: 38 ita sibi complacendo in exequutione seueræ iustitiæ suæ, quam ille contra se dum esset in mundo pessimè viuendo prouocauerat.

VIGESIMIOCTAVI CAP.

ELUCIDATIO.



Vibus ita de impiorū, punitione dictis, pergit *Cap. 28.*

dehinc sanctus Iob verā inuestigare sapientiā, que sola à tātis malis homines liberare potest: quā ipse primūm quidē valde absconditā esse insinuat, deinde vt præclaram & multipliciter

valē magnificē cōmēdat, ac postremò in quo sita sit vera sapiētia manifestat. Sic itaque hūc de sapiētia sermonē ab alto exorditur principio, dicens: 1 Argēti metallum suas habet

venas siue mineras, in quibus nascitur & multo tēpore latet, donec ad suā perfectionē perducatur, tandē tamē suo tēpore humana industria effoditur & in lucem producitur.

2 Item & aurū sua habet loca in quibus per longū spatium temporis occultatur sub terra, priusquā suam accipiat perfectionem: ex quibus tamē postmodū suo tempore educitur.

3 Sic & ferrū cæteraque metallorū genera, de terra, postquam diu latuerūt, eruūtur & producuntur in lucē: & lapis induratus multo tempore, quū ad fornacē adductus fuerit, per virtutem agentis caloris, liquatur ex eo & purgatur

metallum, quod per longum tempus in terra delituerat.

4 Sic Deus certum ac determinatum tempus cōstituit tenebris, id est, singulis rebus pro qualitate & exigētia suę nature cōstituit tempus determinatum, quādiu latere & occultari debeant, & quando proferri in lucem ad vtilitatem

hominum, propter quos facta sunt inferiora hæc omnia. 5 Ipse quoque finem ac consummationem omnium rerum istarum considerat, sciens & quando res ipsæ consummatæ erunt ac perfectæ iuxta conditionē suę nature & quandiu

erit earū duratio, aut quādo finem accipiēt suę subsistētiæ. 6 Omnia, inquam, ipse cōsiderat, ita vt etiā lapides caliginos siue obscuros, in profundis terrarū sub rupib⁹ & montibus excelsis cōclusos & latitātes, ac quasi in vmbra mortis

in tenebris densissimis & altissima profunditate absconditos, videat, & suo tēpore educat in lucem. 7 Alicubi etiam

torrētes aut fluuij inaccesibilia à peregrinis faciūt loca, ita vt homines peregrina loca visitantes, propter interiora

tor, videat, & suo tēpore educat in lucem. 7 Alicubi etiam torrētes aut fluuij inaccessibilia à peregrinis faciūt loca, ita vt homines peregrina loca visitantes, propter interiora

quidem torrentes aut fluuij incolas locorum illorū faciunt

Cap. 28.

1 Habet argentum venarum suarū principia:

2 et auro locus est in quo conflatur.

3 Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in as vertitur.

4 Tempus postuit tenebris,

5 et vniuerso rū finem ipse considerat.

6 Lapidem quoque caliginis et vmbra mortis

7 Diuidit torres à populo peregrinate,

8 tus est pes gentis hominis, & tinos.

ab exteris & peregrinis inaccessibiles & inuios, ita ut neque pedes hominum egenorum & mendicorum, qui totum mundum peruagantur & omnia uisitant accessibilia loca, ad illos ualeant peruenire, propter locorum inaccessibilitatem. Qui quidem incolæ talium locorum, licet hominibus peregrinis sint incogniti, Deo tamen nihilominus sunt manifesti: qui etiam suo tempore ad illos potest facere accessum, ut possint ad eos peregrini transire. 8 contigit quoque interdum, ut terra o-

8 Terra de qua oriebatur panis, in loco suo, igni subuersa est.

lim ab incolis suis feliciter habitata: naturali que fecunditate triticum & frumentum (unde panis delicatus conficitur) proferre ad abundantiam solita, ea postmodum in ipso suo loco permanens, ad ferendum triticum vel hordeum profusa facta sit inidonea, propter abundantiam caloris nimii, ex igne sulphureo, qui terram illam conflagrauit incendit atque consumpsit. Quod quidem vel diuino fit iudicio, propter hominum inhabitatum peccata (cuius exemplum sunt Sodoma & Gomorra, cum finitimis ciuitatibus igne cœlesti consumptæ) vel ex causis naturalibus, propter virtutem sulphuream sub terra latitantem, suo tempore erumpentem: vel ob certam aliquam constellationem illi uirtuti sulphureæ se coniungentem. 9 In huiusmodi uero locis, temporis processu paulatim terra illa que prius fuerat fertilis tritici, induratur uirtute excessiui caloris atque flammaram ardentium, ita ut generetur iam illic inter alios lapides nullius pretij, saphiri alijque pretiosi lapides: qui per uehementiam caloris illic decoquuntur & generantur. 10 Atque ex eadem causa, glebæ illius ante feraces tritici, nunc durantur & decoquuntur in massas auri, ita ut possit ex eis aurum purgari. 11 Huiusmodi tamen loca adeo sunt inaccessibilia, ut neque aues cœli que aerem totum peruagantur incerto uolatu, illuc aliquando accedant, imò nec prope loca illa audent accedere, sed longe ab illis uolando sistunt: 12 adeo ut nec uultur, qui acuti admodum est uisus & de longe ualeat prospicere, illa possit suis oculis contueri. Videlicet propter horribilem fetorem sulphureum, qui de locis illis euaporatur, fugiunt inde etiam aues cœli à longe odorem illum percipientes & abhorrentes, ut propius non audeant accedere: ipsi etiam uultures, qui tamen fetentium cadauerum solent odore delectari & allici.

9 Locus saphyri lapides eius:

10 & glebæ illius aurum.

11 Semitam ignorauit auis:

12 nec intutus est oculus uuluis:

13 Non calcauerunt eam filii institorum.

13 Filij etiam institorum siue negociatorum, qui à paratibus ad varia orbis loca incognita destinantur causa inquirendi

merces

merces

merces peregrinas, quique regiones multas peregrinas & passim ab exteris nō frequētatas ea causa perlustrāt, loca tamē ista non audent nec possunt inuisere, propter horōrem nimium & inaccessibilitatem. 14. Ecce quid mirum si nō homines terras illas accedant, quum nec seuissimæ feræ, ut porcum leonæ aut tygrides, aut aliæ huiusmodi crudeles & im- perterritæ bestia illuc audeant ingredi, aut vel celeriter terras illas pertrāsire? Quāquā verō & auiibus, & hominib⁹, & ipsis etiā crudelissimis feris loca sint inuisa & incognita, Deo tamē sunt nota, qui etiā fortè suo tēpore illa hominib⁹ iterum faciet accessibilia, ut quæ sint in eis formata, inde sumantur in vsum hominū. 15. Ipse vbi visum sibi fuerit, maiorem potentia suæ ad petra aut rupem durissimā extendit, facitq; ita dissilire montes, adeò ut etiā radicitus corruant: suntque sic loca accessibilia, quæ antè erāt inaccessa, ut possint calcari à peregrinis, ut quæ ibi inueniuntur in hominū vsum possint auferre. 16. In petris siue rupibus nonnunquā Deus quasi riuos quosdam excidit, ita ut inter medium rupium prius coniunctarū, postmodum fluant aquæ, & inueniantur itinera per quæ ad loca antè inaccessa pertingere valeāt viatores. 17. Et quicquid in vilo vsquā terræ angulo fuerit pretiosum, ipsius oculis nudū est & apertū: ipse omnia præsentissimè cōtuetur, quasi in manu habeat ea, potestq; ea cū voluerit, in lucem proferre. 18. Imò & profunda fluuiorū, & quæ in ipsis altissimi maris abyssi latitant, ipse scrutatur & nouit singula. Denique, quæcunque vel super terram vel sub aquis latitant, quantūuis hominib⁹ sint occulta, aut ab eorū oculis abscondita, ipse cū voluerit potest in lucem proferre, atque etiā hominib⁹ facere suo tempore manifesta: ut sicut in vsum hominū omnia formata sunt, sic eis in vsum omnia cedāt, quātū expedire eis visum fuerit. Ita quidē corporalia omnia quālibet pretiosa, Deo reuelante, alicubi conueniunt inueniri ab hominibus, alia hīc, alia alibi. 19. Ipsa verō sapientia (ut ad principale nostrū negotiū post multa trāscuramus) quæ sola à malis illis sempiternis suprā cōmemoratis homines saluat, vbinā locorū possit inueniri, & quis est locus, vnde peti debet vera & sancta rerū diuinarū intelligentia? An fortè etiā ipsa aliquas habet mineras aut venas in terra, quæadmodū suprā de metallis dictū est: aut fortè loca aliqua sunt occulta & inaccessa hominib⁹, vnde debeat ad-

V ferri,

14 Nec pertransiit per eam leana.

15 Ad silicem extendit manū suā, subuenit à radicibus mōtes.

16 In petris riuos excidit

17 Et omne pretiosum vidit oculus eius
18 Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem.

19 Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ?

- 20 *Nescit homo pretiosus.* ferri, vt de pretiosis lapidibus dictū est? 20 Tāta profectō est ipsa diuina sapiētia & intelligētia, vt nō possit homo satis admirari eius dignitatē, neque iusto eā pretio aestimare.
- 21 *Nec inuenitur in terra suauiter uiuentium.* 21 Illudque imprimis certū est, nō esse eā quærendā nec inueniri posse, inter homines terrenos, carnales & molles, qui carnalibus desiderijs animo effeminato succūbunt, & concupiscētis suis per omnia obediūt ac satisfaciūt, sicq; quātum ad carnem attinet vitā suauiter agūt. Cōtra verò, apud illos potius quæri debēt vera sapiētia, qui strenuē pugnat & fortiter militant aduersus carnis desideria, carnem suam cū uitijs & concupiscētis assiduē crucifigentes. 22 Hanc autē ueram sapientiam non est reperire in certō aliquo & designato loco corporali, unde erui possit humana industria, ad eum modum quo de cæteris metallis & pretiosis lapidibus dictū est. Nam siue in profundissimis abyssis eam requiras, non illic inuenies: neque si per uniuersam vasti maris latitudinem & profunditatem eam inquiseris, usquā reperire poteris. Nauiget homo usq; ad extrema maris, natet usque in fluuiorum profunda: aurū fortē & argētum aliaque metallā, itē & pretiosos lapides, multis in locis reperiet: sapientiam uerā, nusquā assequetur humana industria. 23 Sed neque ullo potest pretio aut cuiuscunque rei temporalis commutatione comparari, quum nec aurū pretiosissimū pro eodari possit ad comparandam eam: nec argenti quālibet magnū pondus appendi vel expendi poterit, in modum commutationis, pro ea quasi æqualitate pretij cōmenda: Excēdit nimirum omne pretiū quārcunque rerum temporalium.
- 24 *Nō confertur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonio pretiosissimo, vel saphyro.* 24 Tā est pretiosa & nōbilis ipsa uera sapiētia, vt nec comparari ei possint pāni pretiosissimi optimis tincti coloribus: qui ex India adferri solent, & ab hominibus haberi in maximo pretio. Sed neque lapides pretiosi, utpote sardonici, saphyri, aliiq; aliarum specierū lapides, qui ab hominibus maximi aestimātur, & auro chariores habentur, ullo pacto debēt cū illa cōparari: quoniā superexcedit ī immēsum omne pretium rerum quarumcunque temporalium. 25 Item non adæquabitur ei secūdum æqualitatē ualoris & pretij aurum pretiosissimum, aut vitrum lucidissimū & mundissimū: nec etiam uasa aurea, quantūuis magni pōderis vel pretiosa metallaria, aut quantūuis artificiosæ formæ siue celaturæ mirabilis (unde nonnunquam huiusmodi aestimantur, non minus quā

quàm à materiæ pretiositate) secundū vllam proportionem
 cum ea valent cōparari. Quid multa? 26 Nihil tam excel-
 sum in rebus corporalibus, nihil tam eminēs aut pretiosum,
 nihil tā magnificū aut tam magni æstimatū inuenitur apud
 homines, quod dignū sit, nō dico cōparari quasi penitus ex
 æqualitate cū illa, sed neq; cōmemorari, in comparatione ad
 illi. Siquidē in infinitū & sine vlla proportione, excedit vera
 sapientia pretiū omne rerū temporalium. 27 Si autē sci-
 re cupis, vbinam, aut vnde possit cōparari ista tam præclara
 sapientia, scito eam humili & assidua prece gemitibusq; &
 suspiriis ardentibus acquiri vel impetrari, & quasi conatu la-
 borioso trahi de occultis cœlorū sedibus à patre luminū, à
 quo est omnis sapientia: qui postulantibus in fide & absque
 hæsitacione dat affluenter, & non improperat. Apud hunc
 enim in occulto sinus paterni ab æterno habitat increata sa-
 pientia, verbum & filius eius, & ab hoc descendit in hominū
 fidelium mentes omnis creata sapientia. 28 Iterum dico
 (nō enim sufficienter vllis verbis explicari potest huius sa-
 pientia dignitas) topazium pretiosissimū lapidem, qui apud
 Æthiopes inuenitur, aut alium cuiuscunque tandem speciei
 vel quanticunque pretij, nō posse in valore pretij, illi tam di-
 gnissimæ, secundū æqualitatē comparari: 29 neque etiam
 pannos qui apud illos sunt Æthiopes, tum ratione materiæ,
 tum ratione colorū quibus tinguntur pretiosissimi. Omnia
 enim hæc, quū terrena sint & de terra eruātur, sapiētia verò
 de cœlo est, de patris luminū occulto & diuine scrinio de-
 scendens, manifestū est, illorū omniū ad hanc nullam esse iu-
 stam, quantū ad æqualitatē pretij, cōparationem. 30 Rur-
 sum igitur quæritur, vndēnam ad homines adueniat ista de
 qua tam gloriosā dicuntur, sapientia: & quis sit locus intelli-
 gentiæ huius, quæ cū diuina sapientia inseparabili societate
 est cōiuncta, vnde peti ipsa debeat, aut in quo sedē habeat.
 Illud in primis certū est, ab oculis omnium super terram
 viuentiū eā esse absconditā, ita vt corporeis oculis nemo illā
 possit aliquando vel alicubi intueri: imò neq; oculis mentis
 per semetipsum potest homo illā apprehendere, nisi speciali
 dei gratia adiutus: nec deniq; vllus hominū plenē eam valet
 comprehendere. 32 Ipsæ quoq; volucres cœli, quāuis altē
 admodum volent, nō eam possunt assequi: neq; corporales
 istæ aues volitantes in aère, neq; etiam dæmones maligni, qui

*tabuntur pro
 ea vasa auri.
 26 Excelsa
 & eminentia,
 nec cō-
 memorabuntur
 in cōpa-
 ratione eius.
 27 Trahitur
 autē sapien-
 tia de occultis.*

*28 Nō adæ-
 quabitur el
 topazius de
 Æthiopia.*

*29 nectin-
 tura mun-
 dissimæ com-
 ponentur.*

*30 Vnde er-
 go sapientia
 venit, &
 quis est lo-
 cus intelli-
 gentiæ?*

*31 Abscon-
 dita est ab
 oculis om-
 nium viuē-
 tium,*

*32 volucres
 quoque cœli
 later.*

in mortē auium sua celeritate aērē istū caliginosum percur-
runt ad decipiēdum homines: imò nec ipsi angeli boni, per
semetipsos hāc valēt apprehēdere, aut profus cōprehende-

33 *Perditio* re. 33 Illi qui iam olim mortui sunt, nūc autē in perditione
& *mors di-* & morte detinetur, nec habēt nec nouerūt verā sapiētiam,
xerunt: Au- sed olim cūm viuerent, existimabant se nonnihil attigisse sa-
ribus nostris pientiae, quemadmodū sapientes & philosophi ante annos
auduimus multos defuncti, & nunc apud inferos cōmorantes, tantū
famam eius. vmbra quandā assequuti fuerunt veræ sapiētiae, quæ ab ipsa
vera sapientia tantū distat, quantū nuda siue vana fama di-

34 *Deus in-* stat à re ipsa & veritate. 34 Solus est deus author & lar-
telligit viam gitor omnis sapiētiae, qui eius cognitionē perfectā habet,
eius, & ipse eamque perfectè cognoscit & intelligit, & ipse nouit locū
nouit locum eius, vbi ab æterno quieuerit increata sapiētia, & vnde in tē-
illius. pore aduenerit sapientia creata, vnde adueniat delabaturq;

35 *Ipsē enim* in animas hominum. 35 Ipsē enim est qui omnia nouit,
fines mundi etiam extremos mundi terminos, siue secundū altitudinem,
intuetur, & siue secundū latitudinē: simūlq; omnia quæ in mundo infra
omnia que supremi cœli ambitū cōtinentur, ipsē cōtuetur, omnia habēs
sub cœlo præsentiſsima, vt nos ea quæ corā oculis nostris cōspicimus.
sunt respicit. Vnde nec mirū videri debet, si etiā sapiētiam quā alius ne-
mo potest videre, ipse solus intueatur, & locum eius solus

36 *Qui fecit* ipse per suam omnisciētiam nouerit. 36 Ipsē, in quā, qui tāq;
ventis pon- est potētiae, sapiētiae, atq; sciētiae, vt vētis ipsis possit & sciat
duis, suū assignare determinatū pondus, aut definitū impetū, quo
ad certā orbis plagā, & ad certū vsq; terminū moueantur, vt
nec aliò possint moueri, quàm quò pondus ipsius impetus

37 *& aquas* tulerit, nec progredi longius. 37 Qui etiam per eandem
appendit in suam potētiam & sapiētiam, aquas in certa mensura appēdit
mensura. siue librat: aquas quidē maris ita librans & constringens in-
tra suos alueos, vt nō possint totā cooperire terrā, quod cer-
tè facerent, si nō ab eo in mēsurā eiusmodi continerentur:
aquas verò pluuias ita tenens in nubibus, vt nō simul de-
cidentes impetu suo terrā opprimāt, sed paulatim & gutta-
tim decidendo terrā humectēt, commodiūsq; fœcundent.

38 *Quando* 38 Neq; verò ab heri & nudiuſtertius omnipotēs & omni-
ponebat plu- sciūs deus istā nouit sapiētiam, sed ab exordio creaturæ. Tūc
uis legem, videlicet, quādo in principio creationis rerū, pluuiis legem
suam cōstituebat, vt sic paulatim & guttatim super terram

39 *& viam* cadendo, eam fœcundarent: 39 & quando vias certas cō-
stituebat,

stuebat, alucosq; definiebat fluctibus maris, terribiliter sonantibus iam diuisis, & in locū vnū (vt appareret arida, & ne totā obruerēt terrā) congregatis: 40 tunc, inquā, in initio creationis & disunctionis rerum, videbat perfectissimēque cognoscebat sapiētiā, tam increatam sibi coeternam quam in sinu suo secum semper habebat, quā creatā illam in tempore suo infundendā cordibus hominū: 41 tūc quoq; illā enarrabat & exponebat angelis sanctis, quos iā cōdiderat, & in timore sancto instituerat: 42 præparauit etiā tūc eā, for mando, distinguendo, & ornādo per sapiētiā suā orbē terrarū, & omnia quæ in eo sunt: 43 iām q; velut inuestigabat siue cōsiderabat in omnibus operibus suis pulchrē relictē illā sapiētiā suā, vidēs cuncta quæ secundum illā fecerat bona esse, & bona valde. 44 Ac tandē, homine post omnia de limo terræ in animā viuētē & rationalē formato, cepit illū (partim quidē naturali lumine, partim verō inspiratione interna illuminantis & dirigentis gratiæ suæ) erudire, dicens: 45 Ecce in hoc vera consistit sapiētia, quæ sola à morte animas liberat, vt ex puro & pio cordis affectu dominum deum suum timeat, reuereatur, ac diligat homo, ipsi vt primo ac summo rerū omnium principio humillimē subiectus, eidēq; vt summo & perfectissimo bono tota cordis intētionē deuotus: 46 & hæc sola est verē salutaris & sancta intelligētia, vt ex pio erga deū affectu q̄ sollicitissimē homo se custodiat ab omni peccato, quod nouit deo esse exosum, vtq; ab eo q̄ fieri possit maximē se elonger, etiā occasionē sollicitē fugiens peccatorum. In hoc scilicet sita est cælestis sapiētia & intelligentia, in huiusmodi hominibus qui deum timeant & à malo recedunt, locū suum habet, atq; huiusmodi ab æternis malis supra memoratis ipsa præseruat.

procellis sonantibus,
40 tunc vidit illam,

41 & enarravit,

42 & præparauit,

43 & inuestigauit:

44 & dixit homini:

45 Ecce timor domini, ipsa est sapiētia:

46 & recedere à malo, intelligētia:

VIGESIMINONI CAPITIS

ELUCICATIO.

Rost hæc, iterū intermisso aliquatū sermone, si fortē respondere aliquid liberet amicis, quū permanerent omnes in silētio, sermonem vir sanctus prosequi decreuit, assumēnsq; obscurum & disertū sermonē suū, rursus loqui cepit. Primum quidem fœlicitatis pristinæ claritatē multis verbis

Cap. 29. Addidit quoque Iob assumens parabola sua, & dixit:

& rhetorico artificio amplificans, dehinc ex opposito præsentis calamitatis miseriam simili ratione exaggerans, tertio deinde loco, suâ innocentiam cū protestatione & imprecatione apertissimè enarrans. Sic itaq; cōmemorare pristinâ suâ

2 *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundū dies quibus deus custodiebat me.*

3 *Quādo splēdebat lucerna eius super caput meū, & ad lumē eius ambulabā in tenebris?*

4 *Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò deus erat in tabernaculo meo.*

5 *Quando erat omnipotēs mecū, & in circuitu meo pueri mei.*

6 *Quando lauabam pedes meos butyro.*

felicitatem per optantis modum est exosus. 2 O quàm læta erat olim & iucunda cōditio status mei ante menses aliquot, priusquā in grauissimā istam incidissem calamitatē, in diebus illis, quādo propter rerū omnium prosperitatē & abundantiam, manifesto iudicio etiā exterius clarebat, deū peculiari custodia me meāq; omnia seruare, & quasi singulariter mei meorumq; omnium curā agere, eò q̄ nullum mihi nocuum permitteret vel à dæmone, vel ab hominibus, vel

alio casu malo euenire. 3 Quando illuminatio gratiæ eius, quasi fax aut candela lucens, super apicē mentis siue verticē rationis meæ splendebat, meq; in omnibus credendis & agendis illuminabat: & ego nō rebellis nec inobediēs lumini, ducatum illius diligētē insequēbar, omnia mea secūdū diuini luminis instructionē sollicitē dirigēs, vt sic omnia agerē quomodo deo quāmaximè grata esse intellexissem: idq; in dēfissimis huius mundi tenebris, vbi quāmaximè opus est diuino lumine, sine quo in tenebris ambulant homines mūdi huius & nesciunt quò vadant. 4 Quàm erat læta olim & iucunda cōditio status mei, in ætate priori & florida, in diebus trāfactæ felicitatis, quādo (vt ab eo felicitatē meā enarrare incipiam, quod est primū veræ felicitatis initium, & sine quo nulla est omnis quæ in hoc mūdo videtur felicitas) erat mihi quasi cohabitās in secreto deus, sic mihi semper præsens, familiaris, amicus, propinquus & beneficus, quem admodum

amicus cum amico cohabitās. 5 Quando sic (inquā) ipse omnipotēs mecū erat, tāta & tā manifesta familiaritate mihi cōiūctus, vt ex eius præsentia mihi veniret rerū omnium quæ in hoc mūdo desiderātur affluentia: quādo nimirū filij mei ac filix numero cōpetenti & bona valetudine erant coram me, mihiq; velut applaudebant vndique, seruorum quoque multitudo officiosissimè mihi in omnibus ministrabat. 6 Quando tanta erat mihi rerū omnium ad familiæ sustentationē necessariarū abundantia, vt quasi pro aqua mihi esset lac atq; butyrū: ita vt si voluissem, in lacte aut butyro pedes potuissem abluere, quēadmodū solent in aqua pedes abluī.

7 Quando non solum terra ex se multū fecunda, verum etiam

etiam petrosâ & ex se satis infœcûda, per diuinâ benedictio- 7 et petrasie
nem, magnâ olei copiam mihi profundebar, vt quasi per ri- debat mihi
uos fluere vltro videretur. 8 Accedebat ad hanc nume- rinos olei.
rosâ prolis atq; familiæ sufficietia & diuitiarû abundantiâ, 8 Quâdo p-
honor & gloria nō inferior, dignitatîsque magna autoritas. cedebam ad
Siquidē apud meos tâta erâ altimationis, vt procedēte me portâ ciuita-
ad portâ ciuitatis, ad explendū iudicis, quod mihi incūbe- ris, & in pla-
bat officiū, in platea publica corâ omnibus mihi sedē iudi- tea parabat
ciariâ cōstituerent, vt iudici ordinario & administratori iu cathedram
stitiæ: vbi sic residēs, omni populo circūstante, aduentatium mihi.
& disceptatium causas audiebâ & diiudicabam. 9 Tantâ 9 Videbant
eram tunc apud omnes autoritatis, & sic me reuerēbatur, vt me iuuenes,
cū me viderent vel à longē venientem petulantes pueri & absconde
vel lasciuientes iuuenes, statim sese absconderēt & subterfu bantur,
gerēt à conspectu meo, timētes à me increpari de suis ine 10 & senes
ptiis. 10 Senes autē & graues viri cū me viderent adue- assurgentes
nientē, nō abscondebatur, sed in signū honoris & reueren- stabant.
tiæ mihi assurgentes, tantisper cōsistebant in pedes, donec 11 Principes
ego pertransissem. 11 Neq; verò tantūm simplices homi- cessabant lo-
nes & vulgares sic me honorabant, verum etiâ magni nomi- qui, & digi-
nis principes, viri præcipui & nobiliores ciuitatis ac regio- tū suppone-
nis: qui ad eō me reuerēbatur, vt me adueniente subito ser- bāt ori suo.
monē rumperēt, nec me præsentē cceptū sermonē prosequi 12 Vocē suâ
audebant. 12 Illi etiam qui duces & gubernatores erant cobibebant
aliorū, quibus proinde maior est libertas & maior audacia duces, & im-
loquēdi, me tamē præsentē vocē suâ cōtinebāt, & sic pror- gna eorū gut-
sus obmutescēbāt dū ego loquerer, vel donec ego illos lo- tui suo ad-
qui iuberē, vt videretur lingua eorū quasi immobilis palato hærebat.
adherere gutturis. Erubescēbāt enim illi corâ me aliquid lo 13 Auris au-
qui, ad modū quo solent erubescere coram præceptore di- diēs beati-
scipuli, vel corâ patre filij. 13 Cum hoc autē loco honoris cabat me, &
habebâ etiâ famâ apud omnes optimi nominis, quod melius oculis vidēs te
est diuitiis multis & pretiosis vguentis: ita vt quicunq; me stimonium red-
audirēt loquentē, magnificē cōmendarent & beatū prædi- debat mihi.
carent: & qui me viderent, testimoniū bonū mihi redderēt. 14 eo qd libe-
14 Neq; verò inanis fuit hæc fama, aut vana de nihilo opi- raste paup-
nio, sed vera & solida ex operibus misericordiæ & iustitiæ v̄ vociferant
longo studio comparata, nimirum ex eò quòd pauperculos tē, & pupil-
præ afflictione opprimentium lamentabiliter clamantes, lum, cui non
& pupillos, quibus inter homines fidelis non erat adiutor esset adiutor.



- siue patronus, de manibus opprimentium, siue per vim siue per fraudem, iustitiæ patrociniò sedulò liberare studuerint.
- 15 *Benedictio perituri super me ueniebat.* 15 Sæpe enim illos qui ab oppressione malorù sine me iam perituri erât, prorsusq; perdendi & miseri futuri, vel in corpore vel in bonis omnibus, seruaui indemnes, & liberaui de manibus iniustè querentiù perdere: ita ut post liberationè, pro gratitudinis testimonio, mihi bene precarentur, & pro me rogarent Deù retributorè omniù: nec aliud ab illis accipiebã patrociniij mei ab illis præmiù.
- 16 *Et cor uidua cõsolatus sum.* 16 Viduas quoque, & pauperulas & verecundas, quarù est miseria duplex ex viri amissione & prolis grauamine, tanto affectu & tâta efficitia, simul & verbis & rebus solebã cõsolari, ut ad cor usq; & intima illarù pertingeret mea cõsolatio.
- 17 *Iustitia indurus sum, et uestitui me sicut uestimẽto, et diademate iudicio meo.* 17 Quẽadmodum induit se homo uestimẽto utpote tunica aut pallio, sic ego induebã me iustitia mea, omnia quæ agebã iustitia cõtegès & operiens, ut nullù usquã locum in me haberet intuitia, & quẽadmodù se ornat homo diademate aut corona regali, sic ego ornabar æquitatis iudicio, in qua causas iudicabã singulorù. Hoc ego maximù reputabam iudicis ornamentù, super omnes purpuras & diademata regù.
- 18 *Oculus sui caco,* 18 Simplicibus & ignorãtibus id esse solebã, quod oculus corpori, eos uidelicet per instructionè bonã dirigẽdo, & illorù causas diligẽter perspicẽdo, ut illis se defendere propter ruditatẽ impotentibus ferrè patrociniù.
- 19 *Et per claudio.* 19 Illis quoq; qui vel ob debilitatẽ, vel ob paupertatẽ, vel alium huiusmodi defectum, sua negotia sollicitare ipsi non poterant, id esse solebã quod pes corpori libenter etiã pro illorù causis discurret, ut eos adiuuare eisq; commodarẽ.
- 20 *Pater erã pauperum.* 20 Porro erga pauperes omnes sic me exhibui ut patrè decet, affectu uerè paterno illorum miseriis cõdolens, & pro uiribus subueniens: sciens tantò ampliorè ex hac re apud deù inuenire misericordiam, quantò minorè ex eadem liceat hic expectare retributionem.
- 21 *Et causam quam nesciebam diligẽtissimè inuestigabam.* 21 Tantam uerò in iudicãdis causis adhibebam diligẽtiam, ut si quæ forsan occurreret perplexior, quæ mihi non esset satis cognita, vel quantù ad circumstantias facti, vel quantù ad æquitatem iuris, eam nõ leuiter pertransirem, sed matura deliberatione singula prius examinarẽ, circumstantiis omnibus diligẽter consideratis, & iuris æquitatè exactius pensitata. Item & ipsas causas pauperù, cù fortè ob defectum consilij uel patrociniij non satis clarè in lucẽ

proponerentur, assumpto gratis in me procuratoris siue patroni officio, diligenter inuestigabā: ne fortè vigilantia aut astutia partis aduersæ callidioris, cōtingeret aduersum illos proferri iniquā sententiam. 22 Sæpe etiam vt & autoritate diuitum & potentū compressi malitiā, qua innocentes pauperes contra ius & æquū grauare nitebantur: & quæ admodum si quis leonis aut lupi tenētis in ore prædam maxillas confringat, molarésq; dentes excutiat ac prædam eruat ex ore & dentibus: sic ego diuitū & potentū impiæ tyrannidi viriliter me opponens, nocendi cupiditatem illam iniquam redegī in nihilum, pauper culōsq; quos illi iam quasi dentibus tenebant protinus deglutiendos, autoritate meâ erui ac liberos abire feci. 23 Cum hæc ita agerē, bonis fortunæ mihi à Deo cōcessis tam iustè & piè vtendo, nō existimabam aliquādo permissurū Deum, (quæ sciebam huiusmodi iustitiæ & misericordiæ operibus maximè delectari) vt sic omnia mihi subitò auferrētur, fierēmq; ad similia peragenda amodo inidoneus: sed ecōtrariō magis persuadebā mihi, quòd in huiusmodi prosperitate, ex Dei bona voluntate ad mortē vsq; perseuerarem, ad similitudinem auis quæ in suo nidulo quietè demoratur vsq; dum deficiat, non ante tempus rapta è nido, vel occisā telo, aut capta laqueo.

24 Sperabam me peruenturū ad senectam vberē, ad plenitudinē dierū quos assequuti sunt patres mei, & in mea prosperitate nihilominus permāsurum, ad modū palmæ, quæ in perpetuo virore annos multos perdurat. 25 Similē reputabā me ipsum arbori, cuius radix aperta est & dilatata iuxta fluentia aquarū: quæ sicut nō facile potest areferi, propter vicinitatem humoris, sic nec ego putabā facile futurū vt à scelicitate mea prorsus exciderē, qui sic assiduè diuinæ gratiæ & operibus bonis, quibus irrigatur anima, inhærebam.

26 Et quemadmodū messio illa siue sementis quam ros scæcundus assiduè humectat, ad iustam perducī solet maturitate: ita & ego assiduè bonis insitēs operibus & misericordiæ inhærēs, bonā lætāmq; senectutem præstolabar. 27 Perseuere suadebā mihi, fiduciā habēs in domino, quod gloria mea siue dignitas & autoritas, propter bonū vsum in dies aufereret & se maior fieret: quòdq; fortitudo mea & potestas, quæ mihi quasi pro arcu erat in manu, maius maiusq; robur cum accrescente ætate indies acciperet. Tantū abest, vt hu-

22 *Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferēbā prædam.*

23 *Dicebam: que in nidulo meo moriar.*

24 *& sicut palma multi plicabo dies.*
25 *Radix mea ap̄ta est secus aquas.*

26 *et ros morabā in messione mea.*

27 *Gloria mea semp̄ inouabitur, et arcus me⁹ in manu mea in-staurabitur.*

- iusmodi tam grauē miseriam super me crediderim aliquan-
do venturam. 28 Rursum dico, admirans pristinae condi-
tionis sublimitatem, tantam mihi tum fuisse apud omnes au-
thoritatem, vt cū inter alios mihi esset loquendū, aut publicē
aliquid dicendū, summa auditate meā præstolarētur super
proposito negotio sententiā, velut nihili reputantes quic-
quid alij dixissent, & meam præ cæteris omnibus anhelantes
audire sententiā: 29 sicq; arrectis auribus & attenta mēte
intendebant consilio, quod à me dabatur super proposito
negotio, tam ante pronunciationē, vt plenē exciperent quę
dicerē, quā post, vt audita bene intelligerent & probarēt.
- 29 & intēti
tacebant ad
cōsiliū meū.
- 30 Verbis me
is addere ni-
hil audebāt.
- 30 Vbi autē ego dixissem sententiā, tāti fiebat apud omnes
circumstantes, vt nemo addere aliquid auderet iis, quæ à me
dicta fuerāt, vel ad contradicendū, vel ad plenius rem absol-
uendam. 31 Atq; ita omnibus mihi silentiū benignē præ-
stātib; & multa cum reuerētia verba mea præstolantibus,
in medio illorum liberē fidentēq; ego loquebar, quæ mihi
secundum veritatē & æquitatē dicenda agendāq; videban-
tur: stillabātq; super illos suaviter eloquia mea, in similitu-
nē guttularū roris dulciter cadentis super gramina herbarū,
vnde commodum virosis & augmenti illa sibi assumunt.
- 31 et super il-
los stillabat
eloquiū meū
- 32 Expecta-
bāt me, sicut
pluuiam,
- 32 Quemadmodū glebæ arētes aut segetes, in arente terra
humore aquarū destituta, pluuiā vehementer desiderant, sic
illi desiderātes humectari aut erudiri verbis meis, auidē præ-
stolabātur meloquutiurū, loquentēq; benignē excipiebāt.
- 33 & os suū
aperiebant,
quasi ad im-
brē serotinū.
- 33 Et quemadmodū arens terra se velut aperit ad excipien-
dum imbrem vespertinū, qui plurimū sæcundat terram: sic
ij, qui ad me audiendū astabant, quasi aperto ore, admodū
intenti & velut suspensi, verba mea expectabant. 34 Tantū
me faciebant omnes, vt etiā si quando aliquibus ariderem
sive hilariorem aut familiariorē me ostenderem, ipsi tamen
non ob hoc crederēt vel considerent, vt liberē similiter ri-
derēt: sed reuerēbantur me etiā ridentem, & quasi iocantē:
non audentes ne me quidem ridente contrā ridere, vel iocantē
iocari, etiā iocos meos aut risus seria reputantes: quē-
admodum videmus de filiis patrē, aut discipulis præceptorē
valde reuerentibus, etiā si amicē nonnunquā arrideat pater
aut præceptor, discipulū tamē aut filiū vix audere os ad ri-
sum componere, nisi fortē modicissimē. 35 Imò neq; lux
sive aspectus vultus mei in terram cadebat, quasi frustra &
- 34 Si quan-
do ridebam
ad eos, non
credebant.
- 35 et lux vul-
tus mei non
cadebat in
terram.

sine estimatione vlla eorū quos aspiceret: sed aspectus meus
 aliis erat acceptissimus, ita vt quemcunq; dignatus fuisset
 vel aspectu, magnum hoc sibi ille cōputaret. 36 Quod si *36 Si volu- f-*
 interdū amicitiae & familiaritatis gratia, vel animi causa, aut *sem ire ad*
 alia qualibet ratione, ad alios ciuitatis aut regionis meae in- *eos sedebam*
 colas voluisset accedere, primū mihi locū omnes cōcede- *primus.*
 bant, vt primo & digniori, nec vllō pacto se mihi quisquam
 retabat praeponere vel loco antecedere. 37 Cūmq; sederē *37 Cūmq;*
 ego in honore & gloria in medio multorū, etiam principū *federē quasi*
 & nobilium, circumstante ministrorum multitudine, ad eum *rex circumstā*
 modum quo rex circumcingitur multitudine tā principum *te exercitu,*
 quā militū, non sic tamē me honor inflauit vnquā, vt miseri *eram tamen*
 cordiē oblitus tyrannidem assumerē, aut humiles pauperēs- *mœrentium*
 que fastidirē: sed in mediis honoribus curam semper maxi- *consolatur.*
 mam gessi pauperum & desolatorum hominum, vt eos ver-
 bis & re adiuuarem, ac pro mea virili consolarer.

TRIGESIMI CAPITIS

ELUCIDATIO.



VM verò plurimis ita verbis suā fœlicitatem *Cap. 30.*
 praeferitā commemorasset vir sanctus, statim

ex opposito presentis miserie calamitatē tragi-
 co quodā excessu & rhetorico artificio depin-
 git, sermonē prosequēs in hunc modū: 1 Sic

sanē pridem in summa prosperitate vitā ego agebā, ornatus *1 Nunc autē*
 liberis, facultatibus, honorib⁹, & (quod est omniū maximū) *deident me*
 operibus bonis, erāmq; in pretio apud vniuersos, etiā prin- *et: niores tem*
 cipes & seniores. Nunc verò lōgē in diuersum mihi mutata *porē.*
 sunt omnia, à summa fœlicitate in infimā deiecto miserā: ita

vt non solūm nō magnifaciant aut honorēt me senes, verū-
 etiam iuniores tempore, adolefcētes & pueri, palām me au-
 deant irridere. 2 Neq; solūm illi qui ex nobilioribus aut

præcipuis habentur, verum etiā vilissimi quiq; & de infima *2 quorū non*
 plebe nebulones: quorū patres ego nō dignatus fuisset ad- *dignabar pa*
 mittere vel ad vilissimū domus meae ministeriū, vt pote ad *tres ponere*
 curā canum illorū quos pro gregū custodia domi meae ale- *cum canibus*
 bam, cum essem in prosperitate pristina. 3 Quorum for- *gregis mei.*
 titudinem aut potestatem, si quam fortē videbātur habere, *3 Quorū vir*
 ego profusus nihili faciebam, ita vt vel minimo verbulo aut *tus manū;*
mibi erat pro

ego profusus nihili faciebam, ita vt vel minimo verbulo aut

ego profusus nihili faciebam, ita vt vel minimo verbulo aut

nihil, et vi-
ta ipsa puta-
bantur indi-
gni,
4 Egestate
& fame ste-
riles, qui vo-
debāt in soli-
tudine, squa-
lentes cala-
mitate &
miseria.

4 Qui præ nimia paupertate & inopia, quasi steriles aridi & deficientes videbātur, corpore exeso per inediā: qui in desertis locis latitantes, rodebant illic quicquid inueniebant vlla ratione aptum esui, ad sustentandū vtcunq; corpus deficientes: squallentes illic omni calamitate & miseria, pereuntēsq; in sordibus suis & putredine. Inter homines enim cōmorari aut cōparere non audentes, eo q̄ propter sua scelera timerēt publico iudicio puniri in syluis desertisq; locis delitescētes peribāt fame & squalore.

5 Et manducabant herbas, et arborum cortices: et radix iuniperorū erat cibus eorum.

6 Qui de cōuallibus ista rapientes,
7 cū singula reperissent, ad ea cū clamore currebant.

8 In desertis habitabant torrentiū, et in cauernis terræ, vel super glareā.

Qui inter huiusmodi læta sentiebant, & esse sub sentibus delirias cōputabant.

homines

homines sub communibus legibus vitam ducunt. 9 Filij 9 *Filij stultorum et igno-*
 sunt stultorum hominum & ignobilium, quasi hæreditario *torum et igno-*
 quodam iure vitia ista pessima à pessimis parentibus trahen *bilium, & in-*
 tes: qui in terra ab hominibus probis habitata & frequenta *terra penitus*
 ta, prorsus comparere non audebāt. 10 Hi scilicet, me nūc *non parentes*
 à potestate ac dignitate pristina deiecto, abiicientes metū, 10 *Nūc e-*
 erigentesque aduersum me superba cornua (vt solent pe- *rum caticum*
 stiteri homines post mortē aut deiectionem strenuorū iu. *versus sū, &*
 dicum, de latibulis suis prodire in publicū, impunitatem spe *faciō sum eis*
 rates, quasi per mortē aut calamitatē illorū libertate & ipu- *in prouerbū.*
 nitate donari) hi, iquā, nūc sibi de me caticū faciūt, & quasi
 in prouerbū siue parabolā irrisoriā factus sum eis, ita vt lu-
 dētes & gaudētes cātēt inter se, nec aliud habeāt in ore quā
 meā miseriam. 11 In signū apertæ irrisionis & cōtumelię, ad *Abomi-*
 me accedētes residentē in stercore & sordibus putredinis, *natur me, &*
 abominātur & quasi cū horrore execrātur me : & cū multa *longe fugiūt*
 irrisione lōgē à me fugiunt: quēadmodū fugere solēt homi- *à me:*
 nes viso aut odoratu pcepto fœtissimō cadauere, aut hor-
 rēdo dracone siue cacodemone cōspecto. 12 rursūq; ac- *& faciem*
 cedētes, etiā faciē meā sputis suis spurcissimis fœdare nō ve *meā cōspue-*
 rētur, id quod vilissimis abiectissimisq; fieri solet hominib⁹. *re nō veren-*
 12 Quōd autē in tantū contemptū venerim hominibus, id *tur.*
 ex dei permissione potissimū procedit: qui sicut olim quā- *Pharetrā*
 diu voluit me scelicē & omnibus honoratū fecit, ita nūc ca *enim suā ape-*
 lamitosum & despectū omnibus facit. Is enim sagittātī simi- *riūt, et affli-*
 lis, de occulto iudicij sui, quasi de pharetra, sagittas dolorū *xit me:*
 atque pœnarum nimis grauiū protulit, quas carni meæ infi-
 xit validē, eamque afflixit grauisimē: 14 & tantis me pre- *et frenū*
 mens doloribus, quasi freno obstrinxit os meū, vt nequeā *posuit in os*
 effugere, neque etiam os meum ad murmurādum vel blas- *mentum.*
 phemandum audeam aperire. 15 Statim verò vbi ille me *Ad dexte-*
 vellec his affligi malis, calamitates multæ & graues ad dex- *ram orientes*
 terā meā illico surrexerunt, quasi iam ante paratæ ad præ- *calamitates*
 ceptum illius me inuadere & affligere, quemadmodū vbi *meā illico sur-*
 prætor signum dederit, mox à latere, maximē dextro, (vn- *rexerunt.*
 de solet præberi resistentia atq; defensio) insiliunt lictores,
 apprehenduntq; & stringunt captiuū, vt nequeat effugere.
 16 Et quēadmodum lictores vbi in captiuum irruerint, sta- *16 Pedes*
 tim pedes illius subuertūt & in terram eū prosternunt, vt *meos subuer-*
 pro suo libito eū ligent vnculis: ita afflictiones istæ statim *terunt,*

- me pessunderunt, & quasi in terrâ prostrauerunt subito.
- 17 *et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis.* 17 Imò quemadmodū fluctibus aquarū quis obruitur, sic & ego illarū multitudine & magnitudine calamitatū obrutus & oppressus iaceo in multa angustia, suppressis illis & quasi calcātibus caput meum. 18 Dissipauerunt calamitates istæ omnia itinera mea, id est, actiones omnes & studia, quib⁹ solebam incumbere tempore fœlicitatis pristinæ, penitus cessare fecerūt, subtractis mihi omnibus facultatibus & honore authoritatis deperdito. Itē sic omnia itinera mea dissipauerūt vt prorsus nullū sit relictū, per quod possim effugere de tātis malis. 19 *Insidiati sunt mihi:* 19 Insidiati sunt mihi à multo tēpore hostes & aduersarij, tā maligni dæmones quā horum ministri homines peruersi: quorū vtrique etiā tēpore prosperitatis mihi plurimū invidentes, quærebāt nocere mihi, sed hactenus nō potuerunt, deo me protegente. 20 *& præualuerunt,* 20 Nunc tamen, eodē permittente, potestātē in me acceperūt & præualuerūt contra me, ad explendū suum in me cōceptum odiū pessimum.
- 21 *& non fuit qui ferret auxilium.* 21 Illisq̄ præualentibus & super me tota virtute irruentibus, neminē habeo intet homines qui mihi auxilium ferat ab omnibus derelictus & contemptus. 22 *Quasi ruo pro muro & aperta ianua, irruerunt super me:* 22 Quæadmodum cū subito in impetu, rupto muro aut vi aperta ianua, hostiū multitudo fremens in quēpiā irruit, à quo diu fuerunt prohibiti donec auferretur impedimentum: sic aduersarij mei, qui custodia diuinæ protectionis (quæ mihi pro muro & ostio erat) hactenus prohibiti sunt ad me accedere, eadem nunc ablata, quasi muro interstāte rupto & ianua obstante aperta, auidē in me irruerūt: 23 *et ad meas miserias deuoluti sūt.* 23 & ad miserias calamitatēsq; mihi infligēdas sese totos dederūt, quasi hoc eis summæ esset voluptati me omnimodis calamitosum efficere & miserum. 24 *Redactus sum in nihilū.* 24 Quid multis opus est verbis? Prorsus ego (vt paucis dicā omnia) ad nihilū redactus sum, secundū corpus effectus miser totus & miserabilis, penitus deploratæ valetudinis ac proximus nihilo, vt pote cui nulla sit spes viā humana recuperādæ salutis, & qui iam iā sim morte cōsumēdus, quantum ad humanā attinet facultatē. 25 *Abstulit quasi ventus desiderium meum,* 25 Quemadmodū vētus vehemens nubē celeriter transire facit, atque etiā alia de loco suo rapit in impetu suo: sic omnipotēs deus sua permissione, & aduersarius meus sua malitia, omnia desiderabilia mea & quicquid mihi posset esse voluptati in rebus mundi huius, à me abstulit, spoliās me liberis, famulis, gregibus, omnibus

nibus facultatibus & honoribus. 26 Insuper & sanitas mea 26 *& velut*
 corporalis, qua antè gaudebam præ aliis multis, simul ablata *nubes perirã*
 est mihi, & pertrãsit celeriter, ad modũ nubis quæ à vento *sit sal^o mea.*
 agitur, aut rapitur aut dispergitur in nihilũ, cuius post pau-
 lulum non apparet vllũ vestigiũ. 27 Ablata verò sanitate, 27 *Nũc autẽ*
 marcescit nũc in me anima meã deficitque nũc vigor & vi- *in memetipso*
 ta corporis: & totũ me occupat, sibi que quasi subiectũ & to *marcescit ani-*
 tum suũ, firma possessione detinet, tẽpus afflictionis & tri- *ma mea &*
 bulationis: quæ tãta est, vt nullã omnino admittat consola- *possident me*
 tionem. 28 Nimirũ & per noctẽ, quod tẽpus est requiei, *dies affli-*
 quando solent requiescere homines, mihi quies nulla cõce- *ctionis.*
 ditur: sed dolores continui in me defæuiunt, & sic me pun- 28 *Noctẽ os*
 gunt, ac stimulant, vt quasi ossa perforare videantur, pene- *meum perfo-*
 trantes videlicet vsque ad medullas quæ in ossibus latitant *ratur dolori-*
 absconditæ: vt prorsus nihil sit in eo corpore, quantumlibet *bus.*
 durum, quantumlibet absconditũ, quod nõ grauisimis excru-
 cietur tormẽtis. 29 Atque etiã si fortẽ mihi possit ex som- 29 *& qui me*
 no vlla vel modica obuenire requies, multitudo tamẽ ver- *comedunt, nõ*
 miũ de carne mea putrefacta scaturientiũ &, carnẽ meã cor *dormiunt.*
 rodentiũ, nõ me permittit somno illo perfrui: qui continuo
 me arrodũt & mordent, tam per noctẽ quã per diẽ, vixq;
 ad momentũ me sinũt quiescere. 30 Quorũ quidẽ vermiũ 30 *In multi-*
 tantus est numerus, vt præ nimia multitudine etiã vestimen- *tudine eorũ*
 tum meũ videantur consumpturi, quasi non sufficiente illis *consumitur*
 omnibus mea carne iam magna ex parte consumpta, ad nu- *vestimẽtum:*
 trimentũ, vt cogantur in vestimentũ carni proximũ defæui- *meum.*
 re. 31 Maximẽ verò in ora vestimenti apparet illorũ mul- 31 *& quasi*
 titudo, quã in modum caputij vndiquaque circundant & *caputio tu-*
 cooperiũt præ multitudine. 32 Denique, nil aliud mihi vi- *nica succin-*
 deor factus, quam sordidum lutum aut putredo, cõsumptis *xerunt me.*
 carnibus & pelle vsque ad ossa, sanie profluente vndique: 32 *Comp-*
 iamq; similis videor fauillæ & cineri, vix cohæretibus mem- *ratus sum lu-*
 bris: & morti proximus, vt fiam in proximo puluis & cinis. *to, et asimi-*
 Valde autem illud meã aggrauat miserã, q; in tantis crucia *latus sum fa-*
 tibus innocẽter degẽs, consolationẽ aut leuamẽ nusquã in- *uilla & ci-*
 uenio: sicut nõ apud homines, ita neque apud deũ. 33 Cla- *neri.*
 mo enim ad te deus, quasi vim patiens & quẽ supra hominẽ 33 *Clamo ad*
 sunt dura nimium ferens, vt vel in modico releuetur dolor *te, & nõ ex-*
 meus, vel respirare liceat paululum: tu verò non me vide- *audis me.*
 ris exaudire in hac postulatione mea, relinquens me obsq;
 leua-

- 34 *sto & nō respicis me.* leuamine, in accerrimis istis doloribus. 34 Atque etiam si persistam orans & perseuerem in clamore meo, tu tamē dissimulas & nō respicis ad me, vt dolores istos vel auferas vel certē mitiges. 25 Tu qui pridem mihi tam benignum & beneficium te praebebas, nunc prorsus in contrarium mutatus videris, totus aduersum me (si ita facit mortali homini de te loqui) factus crudelis, quasi sine misericordia me affligēs, & nō parcens quantūuis humiliter supplicanti, 35 Neque manus ista, qua me tu nūc verberas, paterna illa manus esse videtur (si secundū exteriorem hominē iudicetur) qua moliter siue leniter verberare soles ad correptionē filios tuos? sed manus dura omnino & horrenda ista esse videtur, qua tuis hostibus soles aduersari, & quae nullis flecti solet clamoribus vbi semel fuerit extēta. 37 Sanē ad magnā prosperitatis celsitudinē me prouexisti mensibus pristinis, omnibus me ornās ditāsque & facultatibus & honoribus, quibus solēt homines gloriari. Verūm hāc exaltatio nūc mihi cumulū in scēlicitatis plurimū aggrauat, eō quōd tantō factus sit casus grauior, quātō fuerat gradus altior. 38 Postquā enim sic me in altū sublimaueras, nulla stabilitate, quasi super vētū, permisisti nūc casu grauissimo ad infimā sortē & extremā calamitatē à summa illa scēlitate subitō me corruere: veluti si quis ex aēris suprema aut media regione, in p̄fundum terræ puteū cadat. 39 In omnibus autem his non aliquid habeo consolationem temporalem, nisi quōd cognosco non esse durabilem istam tantā calamitatem, sed breui finendam morte. Hoc enim scio, quod post istam calamitatem, cū tibi visum fuerit, ad mortem vsque me perduces, ad quam velut ad cōmunem domum & generale hospitium migrate oportet sine exceptione vniuersos, qui viuunt super terrā: quemadmodū ij qui in praeæteritis generationibus vixerunt illuc iā praecesserunt, & subsequētur nos qui post nascituri sunt in futuris generationibus. Omnibus enim hominibus statutū est mori. 40 Nō autem ideo per mortem spero liberari à miseria, quod per eam arbitror me prorsus consumendum, & secundum corpus & secundum animā. Tametsi enim in mortē trades omnes homines, vt separētur ad tēpus anima & corpus, non tamē emittes manum tuā ad totalem eorum consumptionem, nō extēdens tuam potentiam vt penitus homines ad nihilū redigas, ita vt neque corpus remaneat post

post mortem neque animal, vel vt nunquã reuniuntur corpus & anima: quemadmodum bruta animalia dum moriuntur penitus intereunt, etiam secundum animam, & sine spe resurrectionis penitus consumuntur. 41 Imò verò etiam *41 & si cor-* si homines per mortem cadant & ad tempus deficiant, per *ruerint, ipse* separationem animæ à corpore: tu tamen dextera omnipotentis tuæ saluabis eos. Vniuersos quidem & bonos & malos seruabis secundum animam, non permittens animam cuiusquam secundum substantiam interire cum corpore: item vniuersos seruabis ad resurrectionem, sic vt suo tempore resurgant in corpore & anima, vel ad gaudia vel ad supplicia. Bonos verò speciali ratione saluabis, omnes ad vitam & gaudia sempiterna. 42 Quum essem ego nuper in mea *42 Flebam* prosperitate, non sic inflabar in meipso vt alios despicerem, sed ex affectu misericordiæ compatiebar miseris, lugens *quondam su-* per eo qui affecum lugentibus, & dolens cum dolentibus: neque verbo aut *fiel^o erat:* signo compassionem tantum ostentabam, verum ex intimo *compatieba-* cordis affectu compatiebar illis, atque etiã re ipsa pro mea *tur aia mea* virili illorum miseriis studebam succurrere. 43 Et quia er *pauperi.* ga alios ego semper fui misericors, sperabam quòd etiã mihi fieret similis, & à Deo & à proximis, misericordia, siquam *43 Expecta-* bona, do in casus aduersos inciderem: videlicet vt mecum faceret *44 & ve-* misericorditer Deus, & proximi humanitatẽ item mihi præ *nerunt mihi* starent: *44 sed venerunt mihi pro expectatis bonis in ex-* mala: peccata mala, nec Deo miserate quantum ad exteriorẽ consolationem, nec homine. 45 Putabam reliquum vitæ tem *45 praesola-* pus me acturum in statu iucundo felicitatis pristinae, eo quod *bar lucẽ,* & tam devoto corde Deum timerem, & misererer pauperum: sed subito & ex improviso eruperunt mihi aduersitates *eruperunt te-* horribiles, quibusuis tenebris horribiliores. 46 Et parum *46 Interio-* forsitan videretur, si tantum in superficie carnis aut in exterioribus *ra mea effe-* partibus corporis ista deserviret afflictio. Nunc vero vsque ad intima viscerum, neruorum, ossium & medullarum penetrat horrenda ista corruptio: quæ calore supra modum excessiuo, quasi inflammat & effervescere siue bullire facit omnia intestina, vnde continuus nascitur in toto corpore cruciatus absque vlla requie. 47 Tempus afflictionis huius me ex improviso occupavit, totumque sibi obrunt me dies *47 praeuen-* tinet, quod minimè expectaueram, nec opera mea priora *afflictionis.* meruisse videntur. 48 Eam ob causam, tristis & dolens *48 Mærcus*

- incedebam,* incedebam, nimis afflictus passionibus, sic tamen vt à furore
sine furore: iracundiæ mihi temperem, vt ob dolores meos nemini cõ-
 49 *confur-* uitia aut blasphemias ingeram. 49 Atque ad satisfaciend-
gēs in turba dum dolori meo, eumque vel in aliquo mitigandum, post
clamabam. sessionē mihi ipsi molestus (vt solet euenire iis qui torquen-
 tur grauitur) confurgens, inter circunstantes homines meam
 miseriam lamentabiliter eiulabam & explicabam dolorē meum,
 si fortè (vt fieri solet) ex hoc aliqua mihi posset proueni-
 re consolatio. Sed quid? Perparum à proximis inueni con-
 50 *Frater* solationis. 50 Conciues & cognati mei, crudeles sese mi-
fui draconū, hi exhibuerunt, ad similitudinem draconum: non solum non
 cõsolantes vel alleuiantes meum dolorem, verum etiam suis
 venenosis sibilis, id est, maledicis detractionibus & cõuitiis,
 mea vulnera aggrauantes: quibus tamen ego nunquam aliter
 quàm fratrem me exhibui, omnem illis ostendens familiari-
 51 *Socius* tatem & charitatem. 51 Socij quoque mei, cum quibus
struthionū. ego non aliter quàm amicè & socialiter conuixeram, facti
 sunt erga me crudeles & immisericordes, quasi struthiones,
 quibus non sunt viscera misericordiæ, & qui vix proprio-
 rum miserentur fœtuum. 52 Meritò tamen tanta miseria
 52 *Cutis mea* ad misericordiam proximos deberet inflectere, quam vel
denigrata est externa ipsa facies corporis patentissimè demonstrat. Præ-
super me, nimio enim ardore qui latitat in intimis, extrema cutis quasi
ossa mea a- combusta nigrorem contraxit, sicut caro quæ à flamma ignis
ruerunt præ grauitur est cremata: ossa quoque omnia intus virore suo &
caumate. vigore destituta prorsus exaruerunt, & vsque ad medullas
 53 *Versa est* arefacta sunt. 53 Et, vt semel tragicum istum fletum ab-
in luctum cy- soluam, gaudium meum & prosperitas omnis in quibus pri-
thara mea, dem vitam egi, versa sunt in summam aduersitatem & tri-
organum stitiam, occupatque extrema modici & breuis gaudij luctus
meum in vo- grauissimus: vt meritò nunc pro cythara lætitiæ, assumere
cem stentiū. debeam luctum tristiitiæ, & pro musicis instrumentis, in qui-
 bus solent lætari qui agunt prosperè, carmina debeam canere
 lugubria, quibus occupantur qui degunt in tristitia, partim
 ad declarandum, partim ad releuandum dolorem suum.

TRIGESIMIPRIMI

CAPITIS ELUCIDATIO.



Ommemorata ad huc modū à viro sancto pri
 stina fœlicitate, ac deinde aduersitate præsen
 ti tragicè deplorata, tertio nūc loco suā pro
 testatur, etiā sub execrationis iuramento, in
 nocentiā: per singula in quibus magis peccare
 solent homines, innocentem sese declarās. Et primum qui
 dē ab impudicitie vitio, quo inquinātur multi, sese excusat,
 dicēs: 1 Tanta diligētia & vigilātia ego obseruauī oculos ac
 cetera omnia corporis mēbra, & quasi pactum firmum sta
 tui cū mēbris omnibus & sensibus corporis mei, vt ex illo
 rum mala custodia nō inciderim in vllas cogitationes pra
 uas, quibus vel læuissimū præstitissem assensum, ad cōcupi
 scendū alienā virgine vel mulierem in corde meo, quæ mi
 hi nō esset legitimo coniuncta matrimonio. 2 Et meritō sa
 nē tāto studio castitatē colui propter timorem dei. Sciebā
 enim, q̄ si membra sensusq; corporis mei tradidissem impu
 dicitie, concupiscēdo mulierē alienā in corde meo, per hāc
 turpitudinē impudicitie, alienus fierem à deo altissimo, qui
 in supernis habitat, & ipse à me vicissim alienus, sic vt nul
 lam ipse portionē in me haberet, nec hæreditatē vllā siue fi
 xam mansionem, qualem habet in psis & castis hominibus:
 quoniā ij qui corpora sua polluūt adulteriis & fornicatio
 nibus, efficiuntur membra satanæ & hæreditas eius atq; pos
 sessio, à deo prorsus alieni: qui castitatem diligit, & impudi
 citiā odit. 3 Deinde & hoc sciebam, homines iniquos qui
 huiusmodi operantur, licet fortē ad tempus videātur liberi
 à pœna, certā tamen pœnā & indubitātā manere perditio
 nem, vt pro suis iniquitatibus proiciantur in damnationē
 sempiternā: 4 & iis qui operantur iniustitiam (cuiusmodi
 sunt, qui suis vxoribus legitimis superinducunt scorta, ad il
 larum iniustitiam maximam) sciebā certō debitam esse & in
 dubitato venturam, finalem & totalem à deo summo bono
 alienationē atq; discessionem, absque vlla spe vnquam re
 deundi in illius gratiam: quæ quidem alienatio æterna tunc
 illis veniet, quum terribilis illa vox aduersum eos intona
 bit: Discedite à me maledicti in ignem æternum.

5 Neq; verò spes mihi, sicut nec vlli, esse potest, in eo quod

X ij forsitā

Cap. 31.

1 Propigi feci
 dus cū oculis
 meis, vt ne
 cogitarē qui
 dem de vir
 gine.

2 Quā enim
 partē habe
 ret in me de
 desuper, &
 hæreditatem
 omnipotens
 de excelsis?

Numquid
 non perditio
 est iniquo?

4 et aliena
 tio operan
 tibus iniu
 stitiam?

5 Nonne ipse

- considerat
vias meas,
& cunctos
gressus meos
dinumerat?* forsitan occultè & in abscondito admissa esset fornicatio, quasi deū id latere posset, sicq; punitionē iustā effugere occultū adulteriū. Ipse enim videt & considerat omnes actiones meas quas operor, & omnia studia mea ipse exactissimè sic nouit & sigillatim perspecta habet, quēadmodū ea quæ numerata habem⁹, optimè & sigillatim nouimus: sic (inquā) omnes actiones & affectiones meas attendit & dinumerat, vt pro singulis mihi suo tēpore iustā mercedē retribuatur pro bonis optimam, pro malis pessimam. 6 Sicut autem castitati sedulò operam dedi, sic & veritati æquitatīque semper studui. Vnde si ego tēpore meæ scēlicitatis cōuersatus sum in vanitate mēdacij, & si festinauerūt pedes mei siue affectus ad agēda negotia mea in dolo & fraude, ad circūuētionem proximorū meorū, nō refugio seuerū dei examen, iusto dei iudicio fisti libēter volo, 7 vt examinet ipse me examine æquitatis & iustitiæ suę, sicq; cognoscat & approbet simplicitatē & rectitudinē cordis mei, quā erga proximos semper tenui. Nihil enim dubito, testimoniū bonū mihi prohibēte cōscientia, quin corā iudicio Dei hac in parte innocēs inueniar. 8 Insuper, quantū ad auaritiæ & iniustitiæ vitium, immunē esse me cognosco. Vnde si per auaritiā declinaui à via rectitudinis & iustitiæ, propter munera, aut spem lucrī vel fauoris humani, declinando ad dexteram vel sinistram: 9 & si ego cum cōsensu dedi oculos meos cæterāque corporis membra ad insequēdum malas cordis cōcupiscentias, quibus subinde tentantur corda iudicū procuratē diabolo, ad concupiscendū munera vel aliorū bona: 10 si denique manus meas permisi maculari acceptione munerum, ad subuersionē iustitiæ: si (inquā) in huiusmodi ego reus inueniar, & iniquè egisse cōtra proximū, pronuncio ex nunc ego ipse aduersum me iudiciū, & hoc iudico, dignū esse me vt mihi mea auferatū: 11 vt quū ego seminauero & laborauero, alij meas segetes demetant, & labores meos deuorēt: dignū quoq; iudico hac pœna me ipsum, vt progenies meas prorsus extirpetur, & ad extremā redigatur miseriam. Dignus est enim malè, imò peius tractari ab aliis, qui alios prior malè tractauit. 12 Iterum, ad certiore castitatis meæ cōiugalī assertionē hoc protestor, qd si permisi cor meum per cōsensum malū seduci in muliere aliena, vt eam cōcupiscerem in corde meo, & si ad cōcupiscentiam malam implendā callida
- 6 *Si arbui-
lani in va-
nitate, & fe-
stinauit in
dolo pes
meus.*
- 7 *appendat
me in statera
iusta, et sciat
deus simpli-
citatē meā.*
- 8 *si declina-
uit gressus
meus de via,*
- 9 *& si secu-
r⁹ est oculus
meus cor
meum.*
- 10 *& si in
manib⁹ meis
adhasit ma-
cula.*
- 11 *seram, &
alius come-
dat, & pro-
genies mea
eradicetur.*
- 12 *Si deceptū
est cor meū
super mulie-
re, & si ad*
- exquisiui

exquisiui media, utpote sub tempus noctis in tenebris in-
 diando ad ostiū amici aut proximi, cuius vxorē adamarem, *ostium ami-*
 quasi tēpus opportunū implendo malo desiderio explorās, *ci mei in-*
 Si (inquā) huiusmodi aliquid feci, pronūcio ego ipse cō- *diatus sum,*
 tra me sentētiā, & dignum iudico meipsum, ut simile mihi *13 scortum al-*
 eueniat: nēpe ut vxore mea alius pro scorto abutatur, & cū *terius sit v-*
 ea alij cōmiscantur adulteri. In eo enim in quo quis offen- *xor mea, &*
 dit, dignus est puniri: quiq; abstulit iniustē alteri quod habe *super illam*
 bat charissimū, dignus est & ipse quod habet charissimū ma *incuruentur*
 lē perdere. Et meritō quidē execrandū maximē & detestan- *alij.*
 dum est hoc adulterij vitium. 14 Est enim nefas maximū, *14 Hoc enim*
 diuinæ & naturali legi maximē aduersum: 15 & maxima *nefas est,*
 iniquitas aduersus proximū, quoniā nulla iniustitia tam gra *15 & iniqui-*
 uiter nocet, aut tā graue damnum infert proximo, ut illa: *tas maxima.*
 quæ id quod in omnibus rebus externis reputatur maximū
 bonum, homini aufert & violat. 16 Meritō quoq; com- *16 Ignis est*
 parandū venit adulteriū flāmæ ignis vehementi, quæ ad cō- *vsq; ad per-*
 sumptionem vsq; deuorat illum qui eo macularur, & omnē *ditionē de-*
 ad radices vsq; extirpat legitimā generationē. Nā is qui *uorans.*
 adulterio se subdit, quicquid videtur habere, vel antē habe-
 bat boni, quasi flāma incendij deuora, nteperdit: substātiā,
 honorem, bonū nomē, amicos, patronos, & si quæ antē in eo
 fuerūt virtutum opera, vel semina aliqua boni, ab adulterij
 igne pessimo omnia deuorantur: efficiturque adulter, totus
 miser, & despectus ab omnibus 17 Omnia quoq; eradicat *17 & omnia*
 genimina, quia per adulteriū posteritas honesta & legitima *eradicans ge-*
 tollitur, fitq; per ipsum proles suspecta & incerta, ut igno- *nimina.*
 retur quæ sit aut non sit legitima. Item plerunque qui in a-
 dulterio cōcepti sunt, grauius igne vruntur malæ concupi-
 scentia, suntque non rarō perditū parentum imitatores.
 18 Dignum quoq; meipsum iudico magna pœna, & vltio- *18 Si cōtem-*
 nem subire non refugio, si cum mihi subditis seruis & ancil- *psi subire iu-*
 lis crudelius egerim, quā decuerit, aut si per tyrannidem *dicium cū ser-*
 ac vim illos oppresserim: imō tā me illis pręstiti æquū atque *uo meo, &*
 benignum, ut si fortē aliquando arbitrarentur illi habere se *ancilla mea,*
 aliquid aduersum me, in quo vel eis nō satisfacissem: vel fuis- *cum discepta-*
 sem molestus, nō recusauerim subire cū illis iudiciū, & cau- *rent aduer-*
 sam agere cum eis in iusto iudicio, quemadmodū solent cō- *sum me.*
 tendere in iudicio pares cū paribus. Tāta ego vtebar etiam
 erga inferiores & subditos benignitate siue clemētia, quom

ELVCIDATIO.

- potuiffem illos (fi voluiffem) folo verbo abiicete, ac per vim ita opprimere: vt neque hifcere contrà auderent, quantūnis magna perpelli iniuriam. 19 Ad quam quidem clementiā erga fubditos præftandam, mouet me potiffimūm confideratio iudicij & magnitudinis Dei. Efto enim nunc inter homines effugere potuerim iudicium & vltionem de tyranni de & inclementia, quam in feruos exercuiffem. At in illo magno iudicij die, quando is qui modò difsimulans dormire videtur Deus, quali euigilabit & confurget ad exercendum generale iudicium, quid tunc facerem, quomodo tunc liberarem, fi aliter nunc quàm oportet egiffem cū illis? 20 Efto nunc forfitan vtcunque poſſem etiam verbis illis fatisfacere, aut potius verbis obruere illos, in illo tamen die coram iudicio Dei quid respondebo? quomodo illum qui verbis non fallitur, nec multiloquio obruitur cōtētum reddere poterō, fi iniuſtè oppreſſiſſem pauperculos mihi fubditos?
- 21 Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt? 22 et formauit me in vtero matris mee, ex virtute paterni feminis & ſubſtantia matris ſux. Vnde manifeſtū eſt, cū artifex diligit naturaliter omne opus artis ſux, tātā Deo eſſe curā de ſeruis, quantā de dominis: & tā feuerè in iudicio iudicaturum deū pro ſeruis, quā pro dominis, aut cōtra dominos, quàm cōtra ſeruos, fi aliter quā oportuit egiffe erga ſeinuicè inueniātur. Hac itaq; cōſideratione, malui hīc modò etiā cum inferioribus ſubire iudiciū, quàm poſtmodū illud terribile dei iudiciū præſtolari: neq; per tyrānidem quicquā volui agere, ne viciffim abſque miſericordia terribile iudicium illic in me deſeruiret.
- 23 Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. 23 Quātū verò ad miſericordiā, perhibet mihi bonū teſtimonium cōſcientia, quòd pauperibus & egenis liberaliter ſubuenire ſolitus fuerim pro facultate mea, ad leuādā eorū miſeriā. Peculiariter quoq; erga viduas bis miſeras (tū propter mariti orbationē, tū propter proliū grauamē) pròptus eram & celer ad impendendū illis miſericordie opera: tam promptè & alacriter illis præbens neceſſaria, vt differendo

carum

earū oculos non cogere expectare, neq; verecundam faciem erubescere. Hoc enim exigit perfecta misericordia, vt paupercularū viduarū non solū subueniatur necessitati & inopiā, verū etiā occurratur teneritudini & verecūdię: quæ statim confundūtur, si diutius quā opus est cogantur expectare. 24 Si quid haberem delicatius pro meo esu paratū, 24 *Si comedū buccellā meā*
 quantūuis modicū, nunquā solus totum ipsum vorabā, sed *solus, & nō*
 aliquā semper portiunculam mihi subtrahere, aliisq; pupillis *comedit pu-*
 aut miserabilibus personis impartiri solitus fui: sic in pau- *pillus ex ea.*
 peribus Deum patrem & patronum pauperum, honorans. 25 *Quia ab*
 25 Nimirū ex quo vti primū cœpi ratione, quātum ego *infantia mea*
 cōmemini, peculiariter semper moueri me sensi, & affectum *creuit mecū*
 esse ad huiusmodi opera misericordiæ pauperibus impēden- *miseratio.*
 da: cōtinuōq; studio & vsu, huiusmodi affectus continuū in *26 et de vte*
 me sumpsit incrementum, ita vt essem indies magis magisq; *ro matris*
 26 Cuius quidem virtutis & studij initiū, mihi videtur ex *mea egressa*
 radice naturalis cōplexionis procedere: quoniā ex naturali *est mecum.*
 cōplexione, quā in maternis visceribus accepi, ad pietatē & *27 si despe-*
 27 Si quē viderē fortē per viā *xi prateru-*
 incedentē, absq; honestis & decētibus vestimentis, nunquā *tē, eo q̄ non*
 propterea quenquā despexi, vt facere solēt amatores mūdi *habuerit in-*
 huius, qui ex vestimentorū pretio homines æstimāt, hono- *dumentū, &*
 rātq; vel inhonorāt, nullo vel minimo habito respectu vir- *absque ope-*
 tutis: sic ordine cōtrario & paruerso iudicio, quod verē est *rimento pau-*
 in hominibus honorādū minimē honorātes, cōtrā quod nō *perem.*
 est honorādū magnificē honorātes. Nō, inquā, ad horū va- *28 si nō be-*
 28 Nudos aut semicinctis tātū indutos, & disco opertis *nedixerūt mi-*
 lateribus, præ defectu cōgrui indumēti, incedentes, vestie- *hi latera ei,*
 bam: ita vt mihi propter impensam misericordiā benedice- *29 et de vel*
 rent, quorū operuerā latera, bene mihi præcātes, & bene de *leribus ouis*
 me loquētes. 29 Neq; rudi tantū sacco, aut sago duro, aut *mearū cale-*
 aspero cilicio illorū operui nuditatē, verū etiā molli lana o- *factus est.*
 29 *29 Neq; rudi tantū sacco, aut sago duro, aut aspero cilicio illorū operui nuditatē, verū etiā molli lana o-*

- dia nuditatis, sed in super aduersum iniurias frigoris defensa
 30 *Si leuati* essent illorū corpora. 30 Sed nec in oppressione vllius vn
super pupillū quā innocētis me redarguit cōsciētia, vt fidēter audeā aduer
manū meā, sum me precari mala, & cōtra meipsum proferre sententiā, si
eritā quū vi- aliter quā iustū est cū illis egerim. Videlicet si vnquā ad op
derem me in pressione iustā pupillorū, aut aliorū huiusmodi patrocinio
porta supe- humano carentiū abusus sum potētia vel autoritate mea,
riorem. tunc etiā quū in iudicio me viderē posse praeualere, & absq;
 31 *Humerus* vllius cōtradictione illos opprimere, 31 Paratus sum hāc à
meus à ium- Deo plagam sustinere, vt humerus meus arefactus à iūctura
Etura sua ca sua dissoluatur, & resolut⁹ in cinerē de corporis massā in ter
dat, & bra- rā corruat; & brachiū meū quo vsus fuerā ad oppressione
ebitū cū suis innocentū, cū ossibus suis cōstringatur, fiatq; prorsus impo-
ossibus con- tēs. Dignus enim fuerit, omni potētia & fortitudine sua pri
fringatur. uari, qui illa malè abusus est ad oppressione simpliciū, quos
 32 *Sēper enī* defendere potius & iuuare debuisset. 32 Ob hoc scilicet tā
quasi tinnen sollicitē semper ab huiusmodi innocentū oppressione absti
tes super me nui, quoniā ante oculos semper habui timorē Dei, eiūsq; iu
fluctus timui diciū semper quasi capiti meo desuper imminēs p̄spectabā:
Deum. quēadmodū is qui maris pericula nauigat, vi det desuper ve
 33 *Et pōdus* quasi ad montiū magnitudinē ascēdētēs. 33 semp̄q; hoc
eius ferre nō mihi persuasum habui, pōdus siue grauitatē iræ Dei quę ad
potui. uersum huiusmodi impios pauperū oppressores certō ve
 34 *Si putau* nient. ipsis fore intollerabilē. Quæ sanē cōsideratio tā terribi
aurū robur lis & execrabilis iudicij, quod etiā angeli ferre nō possunt,
meū, et obri- meritō quēlibet mortalē hominē, velit nolit aliquādo dei iu
zo dixi, Fidu dicio exhibēdū, prohibere debet ab oppressione simpliciū.
cia mea. Similiter & ab avaritiæ vitio immunē me fuisse semper, cō-
 35 *Si letatus* fiteor. 35 Tameſi enim opibus abūdauerim præ aliis mul
sum super tis, nunquā tamē ita auro quantūlibet puro aut precioso, vel
multis diui- argento, vel vllis aliis diuitiis tēporalibus cor apposui, vt il
tiis, & quia las reputauerim præcipuū robur meū, aut in illis præcipuā
 cōstituerim fiduciā meam: sed ante omnia habui semper in
 deo fiduciā, illūmq; præcipuū robur meū semper cōputaui,
 sine quo nihil sum aut possum, & in quo possum omnia.
- 35 Neq; etiam inordinata aut dissoluta læritia gauisus sum
 in multitudine diuitiarum mearū, & quod plurima lucrife
 cisse aut cōparasse mihi manibus meis, aut meorū mini
 strorū: nunquam ex horū temporalīū affluentia vllī ineptæ
 læritiæ

Ietitia me tradidi, sed magis timorē inde & anxietatē animi *plurima re-*
 cōcepi: sciens, q̄ tantū dispensator essem omniū illorū mi *perit manus*
 hi creditorū, quōdq; non sine magno periculo esset tanta- *mea.*
 rū opum dispensatio. 36 Ab idololatria quoq; semper, vt à 36 *Si vidi so-*
 perniciosissima peste, maximē abhorui. Nunquā me illice. *lē quū fulge-*
 re potuit pulchritudo solis lucentis in virtute sua, aut lunæ *ret, & lunā*
 per noctē clarē fulgentis in incessu suo, vt p̄pterea cor meū *incedere cla-*
 in se exultaret, quasi cognito & conspecto diuino numine: *re, et letatū*
 aut manū meā in honorē & reuerentiā signūq; adorationis, *est in abscon-*
 versus solē aut lunā prius extensam, ac deinde ori applicatā *dito cor me-*
 deoscularer: quomodo ceremoniandi vtuntur ij qui solem *um, & oscu-*
 & lunā vt deos adorāt, qui vbi solē vident clarē lucentē aut *lat^o sim ma-*
 lunā, manū extendunt versus illa: ac deinde ori applicitā o- *nū meā ore*
 sculantur, quasi cupientes solē aut lunā, vt numen diuinū, o- *meo.*
 sculari & adorare. 37 Qui quidē ritus siue modus idolo- 37 *que est*
 laerandi, est peruersissima iniquitas & abnegatio manifesta *iniquitas ma-*
 aduersus deū verum & viuū, vtpote per quā tribuitur crea- *xima.*
 turæ summus honor, & cultus summus patrię siue adoratio-
 nis, qui soli debetur vni vero Deo, qui est solus altissimus,
 & altissimo illo patrię solus honore dignus: 38 ipsi autem 38 *et negatio*
 creatori denegatur suus honor ille summus & primus, dum *contra deum*
 etiā creaturis vel equalis vel maior impēditur. 39 Ab inui- *altissimum.*
 diæ quoq; tabescentis morbo tā sui alienus, vt nec de inimi 39 *Si gausus*
 corū meorum aduersis casibus fuerim gausus, nec in illorū *sum ad rui-*
 malis exultauerim, tantū abest, vt erga cæteros nō aduersa. *nā eus, q̄ me*
 rios inuidia fuerim affectus: quū ecōtrariō inuidi nō solū *oderat, &*
 de malis inimicorū, verum etiā aliorum proximorū gaudere *exultauit q̄*
 soleant, sicut in prosperis successibus cōtristari. 40 Non *inuenisset eū*
 enim ex cordis maleuolētia intūs; latente inuidia, os meū *malum.*
 aperui ad proferendū aduersus proximū verba maledictio- 40 *Nō enim*
 nis, quibus malē precando postulassem auferri ab eo animā *dedit ad pec-*
 siue vitā, aut etiā aliud minoris mali vel damni fuisset im- *cādum gut-*
 precatus: quæ quidē exterior oris custodia, testimoniū per- *itur meū, vt*
 hibet interiori cōsciētia, quod ab inuidia liber fuerit, quo- *expetere ma-*
 niā ex abundantia cordis os loquitur, nec facilē posset os *ledicens ani-*
 cōtinere à malis precationibus corde odio atq; inuidia ple *mam eius.*
 no. 41 Summā quoq; humanitatē & familiaritatē, tā erga 41 *Si nō di-*
 domesticos quā erga extraneos, semper ostendi. Erga dome *xerunt viri*
 sticos quidē viros tabernaculi mei siue domus meæ, tā ami- *tabernaculi*
 cū & suauē me exhibui, vt carnis siue corporis mei presentia
 ni. il

- mei, quis det de carnibus eius vt satureretur.* nihil illis esset gratius, ita vt satiari nequirēt mea corporali praesentia quemadmodū de eo q̄ nimīū suauiter diligimus, satiari nō possumus. 42 Extraneis verō hospitalis totus & liberalis fui, peregrinos quoslibet ex longinquis aduenientes sub tecto colligens, & in hospitium meū viatores de loco ad locū, causa peragendorū suorū negotiorū, transeūtes introducens: benignē illis praebendo, etiā quā ad victū essent necessaria: eandē illis sic impendens humanitatē quam mihi exhiberi optarē & gauderem, apud exteros peregrinanti.
- 42 Foris nō mansit peregrinus, ostiū meum viator patuit.* 43 Quod si in aliquo me cōtigisset offendere, nō mihi cōsuetudo fuit peccata mea abscondere, quārendo excusationes in peccatis: vt facere solent homines, ex corruptione naturae primum parentē Adam (vnde corruptam naturā traxerunt) in hoc imitantes, qui post peccatū quāsiuit excusationem, 44 Et si quā me contigisset cōmittere iniquitatē aduersus proximū, non illam studui occultare aut fouere in sinu cordis mei, sed ingenuē illam confiteri malui, ad placandam Deum & proximū, faciliūsq; impetrandi delicti veniā.
- 44 Et calauit sinu meo iniquitatem meam.* 45 Deniq; quantū ad iudicis & gubernatoris populi spectat officium, non sic vnquā timui multitudinē popularem, vt propterea ommitterē arguere vel prohibere, agere vel dicere, aliquid eorum quā mihi dicenda vel agenda secundum deū videbātur. 46 Neq; itē me ab huiusmodi officio deterruit despectio propinquorū: vel actiua, qua solent propinqui vt familiares eos qui magnū aliquid attētant facile despiciere, citius etiā quā alieni vel extranei, ob familiaritatē quā parit cōtemptū: vel passiuā, qua solent nōnunquā venire in cōtemptū propinqui, propter odiū iudicis aut gubernatoris populi, maximē quū se opponit multitudini aut magnū aliquid attētat in ea. 47 Imō quū potuissē tacendo & dissimulando odiū effugere & negotiū subterfugere, quietēq; mihi tēporalē seruare, nolui poti⁹ tacere quā loqui, cessare quā agere, quā dicēda vel agenda mihi ex officio & pro tēporis ratione videbātur: 48 neq; volui magis ostiū egredi, negotiūmq; infectū relinquere, fugiēdo laborem & querēdo requiē: sed in loco persistēs, ad finē vsq; negotij difficultatē perduxī. 49 In omnibus autē his quā modō pro mea innocētia protuli, ne quis fortē me ista tā confidēter loqui ideo putet, q̄ corā hominib⁹ mihi sermo habeatur, quibus facile est persuadere: optarē sanē & desiderarē, talē da-
- auditorē mi.

audire & iudicē causæ meæ, qualis est ipse Deus, qui videlicet mea omnia habeat bene cōperta. 50 Imò ipsum Deū desideriiū meū, quo meā desidero tueri innocētiā: atq; vt in certū testimoniū veritatis, scribat ipse iudex & cognitor causæ meæ librū, vel pro me, vel cōtra me, secundū ea quæ post examinationē causæ videbūtur. 51 Hūc sanē librū ego cōfidēter in humeros meos assumerē, portarēq; super me in testimoniiū veritatis, & circūdarē illū mihi circa caput aut humeros, quasi in modū coronæ, in oculis omnium illū exponēdo, ita vt omnes possent legere & intelligere: putarēq; librū illū & testimoniū illius mihi esse ad magnū ornāmētū & decus nominis mei, sicut est corona ornāmētū capitis. 52 Paratus essem per singulos gradus siue gressus meos ipse pronuntiare librū illū, singula quæ in eo cōtinerentur recitando: neq; eorū quicquā propter timorē siue verecūdiā titererē: offerrēmq; librū illū confidēter deo quasi principi, ad eū modū quo solēt libri super causā qualibet discussa & ventilata cōscripti, principibus siue iudicibus deferri, vt secundū ea quæ cōprobata aut cōfessā sunt cōponat dicētq; sententiā. Tā sum mihi bene cōsciū, tā bene cōfidens de antea vita, vt nihil magis optarē quā corā deo audiri sic apertē & iudicari, ad nostrā controuersā finiendā. 53 Addam adhuc vnū ad protestationē meā innocentia: nō gratis nec per iniustitiā me accepisse fructus è terris & agris quos colui. Vnde terra mea quā colui & de qua fructus accepi, contra me clamat, quasi vindictā postulās de me fieri: & si sulci quos arādo feci in terra mea, simul cū ipsa descent, tanquam sub alieno & iniusto dominio gemētes, quēadmodū gemere solent & flere homines sub alieno per vim detēti dominio, malētes propriis reddi dominis. 54 Aut si fructus terræ meę comedi sine debito pretio, quod persoluendū erat, vel dominis terrarū à quibus agros conduxī quos colui, vel ipsīs operariis qui in agris meis laborauerūt: & si affixi animas illorū qui pro me coluerūt terras meas, mercedē laboris illorū detinendo per iniustitiā, aut cogēdo illos mihi gratis laborare. 55 Hæc, inquā, & huiusmodi si feci, dignū me ipsum iudico hac pœna, vt ipsa quoq; terra cōtra me insurgat, & malē me puniat: ita vt quū seminauero frumētū, proferat mihi pro frumēto expectato, inexpectatos tribulos, &

50 vt desiderium meum audiat oportet, & librum scribat ipse qui iudicat?

51 vti humero meo portem illum & circumdarem illum quasi coronam mihi.

52 Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, et quasi principi offeram illum.

53 Si aduersum me terra mea clamet, & cum ipsa sulci eius descent.

54 Si fructus eius comedi absque pecunia, et animam agricolarum eius affixi.

55 Pro frumēto orietur mihi tribulus, et pro hordeo spina.

pro

56 *Finitus sunt
verba Iob.* pro hordeo seminato, spinas vel loliū, aliāq; zizania mala & ad nihilū vtilia. 56 Quibus ita cū tanto pōdere & asseueratione tā seria dictis pro sua excusatione, sanctus Iob finē verbis imposuit, quibus hactenus cū amicis disceptauerat.

TRIGESIMISECVNDI CAPITIS ELVCIDATIO.

*Cap. 32.
Omiserunt autem
tres viri
isti responde-
re Iob,*



*2 eo quod iu-
stus sibi vi-
deretur.*

*3 Et iratus
indignatus-
que est Eliu,
filius Bara-
chel Buzites,*

*4 de cogna-
tione Ram.*

*5 Iratus est
autē aduer-
sum Iob, eo*

HÆC vbi sanctus Iob pro sua innocētiae defensione protulisset, tres amici qui ab initio disputationis ipsum contendebant pro peccatis suis hanc plagā sustinuisse, & vt hoc eius animo persuaderent multis verbis hactenus laborauerant: nūc tandē audientes tā constantē ipsius Iob asseuerationē, tamq; seriā contestationē, etiā cū execratione & quasi iuramento prolatā, silentiū præbuerūt, nec vltra illi cōtradidere addiderūt: 2 propterea quod iā vtcūq; persuasit tam cōstanti & seria assertione amici sui, verisimili existimatione crederēt ipsum iustū esse & innocentē, nō ob sua facinora sic vt existimauerāt punitū. Quū enim nihil vnquā de eo malū antē audissent vel cognouissent, neq; adhuc apertā aliquā in eo malitiā possent deprehendere (nisi fortē quod aliquantulū esset querulosior, de quo tamē iam se satis excusauerat quo id animo faceret) meritō tā constans & seria affirmatio ex animo, sic cū adiūctis execrationibus procedens, illos debuit ad melius sentiendū de amico inducere, ac mutata sentētia ad silentiū eos cogere. 3 Aderat autē illic simul alius quidā, cuius suprā nō est facta mētio (quod ætatē longē imparē, & dignitatē authoritatis insufficientē non mereretur cōputari cū illis, & senioribus & grauioris authoritatis viris) cui nomē erat Eliu, cui pater erat Barachel, qui erat de progenio Buz, illius forsitā qui frater extitit Huz, & filius Nachor fratris Abrahæ, quem ei genuit Melcha: 4 erat quoq; de cognatione Ram, cuiusdā insignis familiæ ex lata progenie Buz. Hic vidēs tribus amicis impositū esse à Iob silentiū, admodum ægrē id tulit, irāque magna exarsit in semetipso, quam etiā foris certis quibusdā indiciiis, tum vultus, tum vocis prodidit. 5 Exarsit autem ira iuuenis iste aduersus partem vtranque, nimirum & aduersus ipsum Iob, & aduersus tres amicos. Et quidem cōtra Iob

Iob ob hoc irascebatur, & dixisset se coram deo iustum esse & quod iustum
 innocente, non habente talia aut tanta vlla peccata quae potuissent esse diceret
 let ita deus in eo punire tanta graui plaga. Haec etiam verba se- *coram Deo.*
 uertus expedens, & alia intentione accipiens quam a Iob fue-
 rat prolata, superba & impia reputabat: neque sufficientes ei
 videbantur excusationes, quibus hactenus coram tribus amicis
 se expurgauerat, ut solent iuuenes esse seniores magis feruen-
 tes ad contentione, tardiusque placari ut cessent a contentione:
 propter feruorem iuuenilis sanguinis. 6 Contra tres autem ami- *6 Porro ad-*
 cos istos, qui hactenus aduersum Iob egerant, non minus ex- *uersum ami-*
 ardescebat eius iracundia: propterea quod non adinuenissent ne- *cos eius indi-*
 que adduxissent contra Iob responsione (suo iudicio) rationa *gnatus est, eo*
 bilem aut sufficientem, id est, argumeta satis violenta & effica- *quod non in-*
 cia, ad confutandum illum & ad occludendum illi os vi argum- *uenissent ra-*
 torum: sed tantum visi sunt ipsum Iob calumniari & condemna- *tionem ratio-*
 re, absque sufficienti ratione, simpliciter asserendo ipsum im- *nabilem sed*
 piam esse & propter peccata sua puniri, sed non sufficienter *tantummo-*
 id probando vel ipsum redarguendo. Non est autem hoc virorum *do condem-*
 sapientium, sine sufficienti ratione quocumque condemnare: cum *nassent Iob.*
 hoc non aliud sit quam calumniari. 7 Hic igitur Eliu cum iter- *7 Igitur Eliu*
 fuisset disputationi ab initio, audissetque omnia vltro citroque; *expectauit*
 dicta, tum ab ipso Iob, tum ab amicis ipsum impugnantibus, ta- *Iob loquere.*
 men quamdiu Iob ipse cum suis amicis loquebatur; penitus ta-
 cuit, ne verbum quidem vllum proferens: 8 Propterea quod caeteri *8 eo quod se*
 nihil praesentes, & Iob & amici, qui adinuicem colloque- *niores essent*
 bantur & disceptabant, aetate essent gradiores: propter quod, *qui loque-*
 ut decet iuniores, deferens senioribus, nolebat illorum in- *bantur.*
 terrumpere sermones. Cum enim iunioribus vix in conspe-
 ctu senum loqui liceat cum decoro, nisi forte interrogetur,
 ut quam breuissimè respondeant; multo minus absque dede-
 core eis licebit illorum sermonem importuna loquacitate inter-
 rumpere. 9 Ita quidem pro ratione suae aetatis silebat iste, do- *9 Tu autem*
 nec illorum aliquis loqueretur. Verum posteaquam conspiceret *vidisset, quod*
 neminem ex tribus illis qui aduersum Iob contenderant, ultra *tres responde-*
 respondere, sed cedere ipsi Iob & prorsus praebere silentium: *re non potuis-*
 hinc videlicet iuuenilis in eo sanguinis ardor efferbuit, & *sens, iratus est*
 iracundia magna permotus est, quasi ex zelo quodam tuende *vehementer.*
 veritatis, quam ipse periclitari & succubere existimabat ex
 silentio trium amicorum, si Iob non confutaretur, quem exi-
 stimabat male loquutum contra deum, & proinde confu-
 tatione

10 *Respon-*
densq; Eliu
filius Bara-
chel Buzites
dixit:

11 *Iunior*
sum tēpore,
vos autem
antiquiores.

12 *Idcirco de*
misso capite
veritus sum
vobis indica-
re meā sen-
tentiam.

13 *Sperabam*
enim q; atas
prolixior lo-
queretur, &
annorū mul-
titudo doce-
ret sapiētā.

14 *Sed, vt vi-*
deo, spiritus
est in homi-
nibus, & in-
spiratio om-
nipotētis dat
intelligētā.

15 *Non sunt*
longati sa-
pientes, nec
senes intelli-
gunt indi-
cium.

tatione dignum. 10 Ipse igitur hic Eliu filius Barachel, de progenie Buz, aliis omnibus silentibus, tempus opportunum loquendi nactum se existimans, primū quidē aduersus tres amicos, pauca: deinde aduersus ipsum Iob, multa loqui cœpit, eaq; magna satis vehementia: præmissa ampla, & (vt videtur) pomposa satis præfatione rhetorica, iuuenilē quandā phalautā & ostentationem redolente, qua etiam nimis iuueniliter & mordacius quā ipsius ætati videatur cōuenire, seniores ipse iunior non solum arguit, verum etiam irridet & subsannat, vt palām imperitos. Loquuturus igitur suā sententiā, in hunc modum præfari cœpit: 11 Ego quidem Eliu, quod ad ætatē attinet annorum, agnosco & fateor, me omnibus vobis iuniorē, & vos me tēpore ætatēq; seniores agnosco. 12 Hęcque consideratione geminā. i. & meā iuuentutis, & vestræ senectutis, hæctenus ego vobis loquentibus, verbisq; plurimis disceptātibus, filii, capite demisso in terram, cum humilitate & attēctione eorum quæ à vobis dicerentur, ac præ reuerentia ætatis vestræ & pudore iuuentutis meæ, hæctenus vobis meā proponere sententiā erubui. 13 Existimabā enim, q; vos qui seniores estis ætate, loqueremini sufficiētia & efficacia satis ad rem propositā, vt nihil opus esset meis sermonibus, quōdque vos qui multo plures me numeratis annos ætatis, sapiētā verā vestris verbis doceretis: propter quod, hac spe hæctenus audire vos malui, & humiliter attentēq; audiēdo discere, quā superbē & intēpestiuē loquendo, doctoris officiū (quod ætati meæ minus cōuenit) temerē mihi vsurpare. 14 Verū hoc ego experior, nūc verū esse, quod frequēter aliās quoq; mecū cogitavi: nimirū ipsum esse in hominibus dei spiritū, qui veram docet homines sapiētā, & dei inspirationē dare hominibus verā & salutarē intelligentiam. Video sapiētiam & intelligentiam donū esse omnipotentis dei, qui per spiritū suū sanctū, quibus vult, & quādo vult, & quantū vult, ea impartitur, tā iuuenibus quā senibus, nō habito ætatis aut personæ respectu. 15 Non enim est sic alligata sapiētia ista veræ ætati aut annorum numerositati, vt oporteat eos omnes qui annos multos vitæ transactæ numerare possunt sapientes haberi: aut eos omnes qui dierū multitudine senes vel cani videntur, prudentes ob hoc existimari, & intelligentes verū æquitatis iudicium. Neq; iterū sic est alligata sapiētia

anni;

annis, ut oporteat omnes eos qui sapientia præditi sunt, annos plurimos numerare, aut corporalem ostentare canitiem. Contrà enim experimur, multos ætate senes, & canitie perfusos, qui tamè stulti sunt & pueri moribus, quales sunt pueri centum annorù, maledicti à domino. Iterù alios videmus, ætate quidè iuuenes, sed iudicio maturos & senes moribus: qui cõsummari in breui explerunt tẽpora multa, vitãq; immaculatã habent pro senectutis ætate. 16 Quia videlicet

16 Ideo dico,
audite me.

id video etiã in vobis vsuuenire, qui mihi videmini nõ pro dignitate vestræ ætatis loquuti, à quibus longè maiore exspectauerã sapientiã: idcirco cõfidens me nõ minora nec minus digna istis proferre posse, ausum accipio etiã loquendi, saltè loco nunc nouissimo, postulòque, ut me patienter audiat is loquentem. Nec enim erunt indigna auditu quæ loquar. 17 Ostendam enim etiam ego nunc loquuturus, quid aut quãtũ sit in me sapiẽtiæ, sicut vos hætenus vestrã sapiẽtiã, prout potuistis, iactitastis: sicq; cõparatione mutua facillè poterit elucere, cui debeat victoria. 18 Et iure quidè vos mihi saltè nunc loquẽdi locum cõcedere, auditũque præbere debetis: quãdoquidè ego hætenus vos prolixè disputantes, verbis vltro citroque volitantibus, in quibus sapiẽtiã vestram visi estis ostentare, patienter audiui, & ad finẽ usq; sub perpetuo silentio expectaui, priusquã verbum vltimum proloquerer, ne vestros interruperẽ sermones. Posteaquã igitur ego vos tanto tempore tãta patientia prior sustinui, quæcũque vobis & quantacũque videretur loquentes: iustũ est, ut mihi saltè nunc nouissimo loco faciatis liberam loquẽdi copiam, silentiũq; & attentionem præbeatis his quæ sum dicturus. Nõ enim quia iunior sum, idcirco perpetuò debeo silere. In hoc autè satisfecisse me arbitror meo officio, quod vobis hætenus detulerim, priorẽq; in loquẽdo locum concesserim. 19 Quãdiu vos adinuicem verbis disceptabatis & contendebatis, & quãdiu meo iudicio videbamini aliquid auditu dignum adferre, quantũvis etiã esset exiguum aut vulgatum (cuiusmodi ferè fuerunt quæ per vos allata sunt) ego audiebam humiliter & considerabam attentius, si quid fortè bonæ eruditionis ex vestris sermonibus potuissẽ elicere, aut in aliquo doctior meliõve euadere. 20 Verũ post vestra omnia patienter audita &

17 ostendam,
vobis etiam
ego meam sa-
pientiam.

18 Expecta-
ui enim ser-
mones ve-
stros, audiui
prudentiam
vestram.

19 Donec dis-
ceptaremini
sermonibus
vestris, &
donec puta-
bã vos ali-
quid dicere,
considerabã.

20 Sed, ut vi-
deo, nõ est q-
tribus

possit argue
re Iob, et re-
spondere ex
vobis sermo
nibus eius.

tribus sufficientē esse ad redarguendū ipsum Iob tā malē de
deo loquentē & sentientē, quiq; possit eius impiis verbis ef-
ficaciter satis cōtradicerē, sic euidenter ea refellendō & de-
struēdo manifestis rationib⁹, vt os ipsi occludatur & silere
cogatur. Tamen si enim multa dixeritis, omnia tamen insuffi-
ciētia vidētur & inefficacia, cū adhuc aequē videatur perti-
nax Iob in sua sentētia, & vos illi palmā silētes concedatis.

21 Ne fortē
dicatis, inue-
nimus sapien-
tiā de⁹ pro-
iecit eum, nō
homo,

21 Neq; verō est quod dicatis: Imō inueniemus sapiētiā, &
sapiētiā nostrā ostēdimus in eo quod diximus ad refellen-
dum ipsum Iob: deus eū vt hominē impiū & facinososum
proiecit, reprobauit & sic puniuit: deus videlicet qui omnia
nouit & potest facere quę velit, nō autē homo, qui ignorās
est & iniustus, hanc ei plagā intulit propter quod malē facit
Iob, murmurās de plaga sua, cū deus ipse plagā istam infli-
xerit, qui nō potest malē agere, non homo, qui faciliē posset
errare aut malē agere. Ista quidē & huiusmodi aliqua sensū
hūc habentia, à vobis frequenter dicta sunt, & ferē hęc est
summa eorū quę per vos cōtra illū sunt prolata. Sed nō tan-
ti sunt ista faciēda, vt propterea videamini vobis sapiēter
aduersus illū egisse. Alia enim adhuc & magis pūgentia ef-
ficaciaq; potuissetis & debuissetis vos, tā senes & venerādi

22 Nihil lo-
quor est mi-
hi, & ego nō
secundū ser-
mones ve-
strōs respon-
debo illi.

22 Tā-
etsi enim ad me Iob ipse verba sua nō dixerit, mihiq; pecu-
liariter verbū nullū fecerit: propter quod, nisi veritatis zel⁹
me vrgeret, possem nil quoque ei respōdere: attamen volo,
propter tuendā veritatem quasi ex super erogatione loqui
ad illum: sed nō sicut vos illi hactenus loquuti estis, nō ea-
dem loquar, imō nec similia, sed lōgē plura, potiora & effi-
caciōra, magisq; ad rem faciētia, quā ea quę per vos ha-
ctenus sunt allata in mediū. Neque etiā ex vestrīs sermoni-
bus accipiā mihi aut cōponam quę dicturus sum, sed ex mo-
metipso, & ea quę est in me propria sapiētia loquar, ne for-
tē me existimetis eadem dicturum & non alia. 23 Mirū ne

23 Extimue-
runt nec re-
sponderunt
vltra abstu-
leruntque à
s: eloquium.

id est, senes istos grauēsque & eruditos viros, à quibus ex-
pectanda videretur maxima constantia zelūsque veritatis,
ita nunc ad verba hominis vnus miserandi & vix sani capi-
tis pauere & trepidare, vt quasi obturato ore non vltra au-
deant respōdere proisusq; obmutescāt, vt nec hircere vltra
nec os aperire audeāt ad loquēdū: cū alioqui res ipsa postu-
let, vt illi p̄ maledictis & impiē prolatis efficacior debeat
respon-

responsio, imò pro respõsione seuera correptio. 24 Quo-
 niã igitur hactenus ego paciẽter & silienter istos seniores au-
 diens expectaui loquẽtes, donec viderẽ an fortẽ tan dẽ effi-
 cax aliquid producerent ad illũ refellendũ, & nihil tale ab
 eis vi deo prolatũ esse, imò quasi muti facti prorsũsq; à dispu-
 tatione cessauerũt, victoriã illi cõcedentes, qui debuit cõsu-
 tari, & nihil vltra respõsionis adhibendum putauerunt. *24 Quonia
 igitur expe-
 ctavi, & non
 sunt loquuti;
 steterunt nec
 responderũt
 vltra,*
 25 Age igitur nũc tempus est, vt ego in ordine meo loquar
 portione meã, vt & ego nũc pro hac vice quã habeo profẽ-
 rã in cõmune, sicut istorũ singuli iam ante sua protulerũt, ac
 velut suas portiones & symbola cõtulerunt. *25 responde-
 bo et ego par-
 tem meam,*
 26 Tempus est, vt & ego loquendo sapientiã scientiãmq; mihi à deo &
 spiritus eius inspiratione donatã, patefaciã, pro veritate de-
 fendenda, Deoq; ab iniustitia (de qua eũ ille accusat) vindi-
 cãdo. *26 & osten-
 dam scientiã
 meam.*
 27 Neq; verò mihi licet ætate iuniori, deerit quod
 loquar. Plena enim est mēs mea verbis & cõceptibus bonis,
 propositõ negotio valde accõmodis; multa mihi mens sug-
 gerit, & copiosam loquendi materiã subministrat. *27 Plenus
 sum enim ser-
 monibus,*
 28 vr- gẽtq; me feruor & zel⁹ animæ meæ, sollicitatq; velut & im-
 pellit ad eloquendũ, quæ mēs cõcepta digessit: veluti cũ fla-
 tus v̄tri intra angustias aliquas cõtinetur, latera pulsat intra
 quæ cõtinetur, sollicitatq; ad exitũ: nec desinit, donec libe-
 rẽ prorũpat, auolẽtq; quò tulerit impetus. *28 & coar-
 ctat me spi-
 ritus v̄teri
 mei.*
 29 Quẽadmo- dũ cũ recēs mustũ intra vrẽ aut lagunculã penitus cõcludi-
 tur & coangulatur, & coangustatur nullo relicto respiratio-
 nis loco p̄ quẽ fieri possit euaporatio spirituũ, quib⁹ abũdat
 propter nimiã coangustationẽ disrũpũtur latera vr̄tris illius,
 & spirituũ & vaporũ vehementia & multitudine: ita nũc in
 corde meo cõceptus isti mirabiles quos mihi mēs suggerit,
 plurimãq; se mihi offerēs materia, quasi distendũt memoriẽ
 meã, itã vt continere me nõ possim quin loquar,
 sitq; necesse me in verba velim nolim prorũperc. Citius e-
 nim (vt ita figuraliter loquar) creparẽ mediũ, quàm ista tã
 multa, tam pulchra, tã oportuna, quæ se mihi offerũt, silẽtio
 premam. *29 En v̄ter
 meus, quasi
 mustum abs-
 que spiracu-
 lo, quod la-
 gunculas no-
 uas disrũpit:*
 30 Præstat itaq; vt quæ in animo sunt foris per
 verba eloquar, sicq; velut respiratione aliqua accepta alle-
 uietur vterus quasi grauidus memoriæ meæ, & affe⁹ intra
 me æstuatũ ardor minuatur. *30 Loquar,
 et respirabo
 paululum:*
 31 Neq; tamẽ puteris ex impe-
 tu me loquaturũ sine discretione, sed aperiam ego cũ debi-
 to iudicio & deliberatione ad loquendũ labia mea, atten-
 dendo *31 aperiã la-
 bia meã,*

32 & respō-
debo.

33 Non ac-
cipiam perso-
nam viri,

34 & deum
homini non
æquabo.

35 Nescio e-
rim quādiu
subsistā, et si
post modicū
tollat me fa-
tor meus.

dēdo & quid & quomodo loquar. 32 Curabōque talia lo-
qui, quæ maximè ad rem faciant, videlicet ad cōsultandum
ipsum Iob, qui ea quæ nō erant dicenda aduersus Deū po-
tulit. 33 Illud autem iam ab initio vobis prædictum esse ve-
lim, me nō loquuturū esse ad gratiā aut fauorē hominū, ne-
que hoc curaturū vt vobis aut cuiuscūq; mortali loquar pla-
cētia: sed quæ mihi secūdū veritatē & æquitatem dicēda vī
debuntur, liberè proferā: siue ea placeant, siue displiceant,
hominibus. 34 Neque, ego tanti faciā hominem, quanti fie-
ri debet Deus, videlicet vt ad gratiā hominum sic respiciā
in loquēdo, quēadmodū ad gratiā dei. Tanti enim debet ef-
se mihi Deus, vt in omni eo, quod loquor, eius semper gra-
tiā obseruē, caueām q; diligēter ne cōtra eū quicquam elo-
quar, quod ei displiceat. Nō sic autē magnifēri debet ho-
mo quicūq; aut quāticūq; pretij, vt in omnib⁹ quæ dicūtur,
sit captāda aut spectāda ei⁹ gratia. Nō igitur ego loquar ad
gratiā vestri, nec ipsi Deo vos æquabo: quēadmodū adula-
tores faciunt, qui ita homines quorū gratiā quærunt in lo-
quendo obseruant, quomodo Deum oportet obseruari.

35 Incertū enim est tēpus vitæ huius breuissimæ, & nescio
quādiu in hoc mūdo subsistam: & si post paululū temporis,
forsitā cras aut perēdie, aut etiā hodie ad vespēram, me hinc
abire iubeat De⁹ creator me⁹, & omniū hominū plasmator.
Statutū enī est hominib⁹ semel mori, & post hoc, iudiciū,
sistiq; nos tunc oportet ante tribunal eius, vt referat vnus-
quisq; mercedē pro iis, quæ hīc gessit aut dixit. Quare nūc
in omnibus spectāda est, nō gratia hominis cuiuscunq;, qui
tūc nobis prodesse nō poterit, sed Dei solius, qui solus tūc
nobis misericordiam præstare poterit & salutem æternam.

TRIGESIMITERTIÛ CAP.

ELVCIDATIO.

Cap. 33.

Audi igitur
Iob eloquia
mea, & om-
nes sermo-
nes meos
ausculta,



Quoniam igitur ex veritatis zelo, sine adulatione aut quocunq; personæ respectu, loquar: diligenter tibi o Iob est attendendū iis, quæ ego sum dictur⁹. Et quoniā falsum nihil aut superuacaneum me dicturū confido, omnibus quæ à me sunt dicenda, vide vt diligēter auscultes: ne ea quæ ad tuā emédationē & salutē à me proferūtur, tua inaduerten-

etiã aut incuria sine profectu vllō tibi abeant. 2 Ecce iã cœ *Ecce aperuĩ*
 pi ex rationis iudicio, vrgēte veritatis zelo, no passione ali- *os meum, lo-*
 qua vanitatis impellente, aperire ad loquendū os meū: iam *quatur lingua*
 ad loquendū laxavi linguam oris mei, quã hactenus silen- *mea in fauci-*
 tio constrictã tenui, donec vos loqueremini. 3 Quo verò *bus meis.*
 amplius tibi proficiant & efficacius præstent remediū ver- *3 Simplicĩ*
 ba mea, hoc tibi iam antè protestor, nō in duplicitate animi *corde meo ser-*
 aut fraudulencia verborū acturū me tecū, sed in simplicita- *mones meos,*
 te cordis & verborū rectitudine. Quã enim loquar tibi, ex *& sententiã*
 recto, simplici & sincero pectore pro veritate tuenda elo- *labia mea pu-*
 quar: cauebōq; diligēter, ne meis sermonibus vllū admisceã *rã loquētur.*
 mēdacium: sed purã cloquar & merã veritatem, iuxta quod
 mihi omnipotentis inspiratio suggesserit. 4 Neque mirū *4 Spiritus*
 tibi videatur, si ego mihi videar aliquid posse adferre audi- *dei fecit me,*
 tu dignum corã vobis ætate senioribus. Nimirū spiritus ille *& spiraculũ*
 omnium artifex, qui Deus est & creator omnium, me fecit *omnipoten-*
 hominem rationalem, ad imaginē & similitudinem suam: & *tis viuifica-*
 inspiratio omnipotentis Dei mihi vitã contulit rationalem, *uit me.*
 inspirando siue per creationem infundendō corpori meo
 rationalem animã, quã est mihi vitæ principiū: vitæ scilicet
 triplicis, nempe vegetatiuæ, sensitiuæ & rationalis. Talem
 postquã me Deus creauit, id est, rationalem, intellectūq; &
 iudicio rationis pollentem, nihil mirum si etiam ego quã-
 dã possim auditu dignã ex Dei omnipotentis inspiratione,
 siue naturali siue gratuita, proferre. 5 Age igitur tu me- *5 Si potes, ve-*
 cū certamen rationabilis disputationis aggredere, vt iis que *sponde mibi,*
 à me contra te obiicienda sunt, si possis respondeas, eãque *& aduersus*
 congruis rationibus dissoluas: descende mecum in arenã, *faciẽ meam*
 pedẽmque mecum conferto, & ex aduerso contrã faciẽ *consiste.*
 meam te opponito: vt experiaris, num fortitudini verborū
 & argumentorum meorū possis resistere. 6 Nec est quod *6 Ecce &*
 racules disputare mecū, quasi cum impari & indigno, quo *me fecit, sicut*
 cum agas, quemadmodū solent nonnunquã seniores super- *& te fecit,*
 bẽ contemnere iuniores, etiam rationabilia loquentes: Ec- *deus:*
 ce enim vnus idẽmq; est Deus omnipotens, qui ambos nos
 fecit, secūdam animam, ad imaginem & similitudinem suã,
 ratione & intellectu pollentes: 7 & quemadmodum te *7 & de eo-*
 fecit secundum corpus de limo terræ, cui nobilem illum ra- *dẽ luto ego*
 tionis thesaurum inclusit & colligauit, ita & me fecit idem *quoq; forma*
 ipse artifex eadem sua bonitate & sapiẽtia, de eadem pror- *tus sum.*

sus materia. Vnde siue animā spectem⁹, hac ex parte equalis
 inuenimur dignitatis, vt non debeat alter alterum quasi fa-
 stidiendo spernere: siue corpus istud crassum, & corrupti-
 bile, eadē similiter est indignitas aut materię vilitas, vt neq;
 hac ex parte possit alter super alterū inflari, aut alter alterū
 dedignari. 8 Rursum verò & illud te pramoneo, si fortē
 cū rē ipsām loqui aggrediar, sermo meus tibi videbitur pro-
 ratione meę etatis nimīū excellens & admirabilis, & quasi
 miraculū quoddā, ob tantę sapientię in rātilla etate rarita-
 tem & insignē excellentiam, ne ob hoc terrearis aut cōtur-
 beris, sic vt propterea nō audeas respōdere mihi, vel obstu-
 pesfactus negligas attendere ad ea quę loquar. 9 Neque
 itē rhetorica arte & oratoria vehemētia, qua ego meo mo-
 re vtar in disputādo, sic velim te premi, vt propterea nō au-
 deas te defendere, vel prę stupore quasi oppressus graui
 mole non possis ad ea quę loquar attēdere. Malo enim te
 sine turbatione vlla trāquillū pmanere, & in te metipso cō-
 sultere, vt quę dicitur⁹ sum melius expēdere valeas. 10. Post
 longam itaque prafationē, tandem rem ipsām aggressurus,
 principio ea quę à te malē dicta esse arbitror, & quę repro-
 bare mihi est animus, repetā & proponā, antequā ad eorū
 confutationē procedam. Disputās itaque iam antē cū istis
 tribus amicis tuis, dixisti, me ipso audiētē, & vocem verbotū
 tuorū hifce auribus meis excipiente (vt scias con ex incerto
 aliorū relatu me quicquā agere, sed ex certa & propria
 eorū quę ipse audiui notitia) verba quędā meo iudicio ad-
 modū irrationabilia. 11 Dixisti, te esse mundum ab omni im-
 pietate cōtra Deum, & absque o nni peccato in proximū:
 dixisti te cōuersatum esse sine omni macula peccati, & nul-
 lam posse inueniri in te iniquitatem. Nam id totus tuus ser-
 mo videtur sonare, quo roties, tam seriō, tuam asseris inno-
 cētā, & tā operose iustitias tuas enumerasti. 12 Dixisti insu-
 per, quāuis nō inuenerit Deus rationabilem & sufficiētē
 causam in me, ad me sic puniēdum, tamē querelas quasdam
 siue occasiones quęsiuit & inuenit contra me, & propter
 istas occasiones siue querelas (quę insufficiēs causā erāt hu-
 ius afflictionis vt nō meruerint tā grauiter puniri) sic in me
 desenuit crudeli hac plaga, quasi in hostem suum, cū ego
 reuera eū nō offenderim, nec inimicitia causas dederim.
 Sicq; Deū assimilare visus es crudeli cupiam tyranno, qui
 propter

8 Verūtamē
 miraculum
 meum non te
 terreas,

9 & loquen-
 tia mea nō ti-
 bi sit grauis.

10 Dixisti er-
 go in aurib⁹
 meis, et vocē
 verborū suo-
 rum audiui.

11 Mundus
 sum ego, &
 absque deli-
 cto immacu-
 latus, & nō
 est iniquitas
 in me.

12 Quia que-
 relas n me
 reperit, ideo
 arbitrat⁹ est
 me inuicem
 sibi.

p
 sic
 nō
 sit
 cū
 n
 sim
 in
 Vel
 qui
 uo
 ext
 rū d
 mē
 ctēt.
 nim
 que
 tus,
 sus i
 tū, s
 cuse
 nia q
 ui ve
 renti
 ratio
 rand
 mini
 hum
 quen
 do, m
 mine
 ma, in
 homi
 uis &
 tētiol
 lare v
 bi ref
 re cup
 fa per
 lera, &

propter fauoritiam in suos subditos, quærit cõtra eos occa-
siones aliquas aut querelas, etiam cõtra illos qui reuera eũ
nõ offenderint, vt crudelitatem suam in illis puniendis pos-
sit explere. 13 An nõ tali quid satis apertè visus es indicare, 13 *Posuit in*
cũ suprà diceres de Deo, quòd pedes tuos in cippo siue in *neruo pedes*
neruo constrinxerit, quòdq; omnes semitas tuas diligētis- *meos, custodi-*
simè explorarit & obseruarit, quasi cupiēs inuenire aliquid *uit omnes se-*
in quo te accuset, aut ppter quod te iustè possit affligere? *mitas meas.*
Veluti cùm auari tyranni subditos suos etiã innocentes, de
quibus nihil sciūt mali, carceribus includūt, cippoq; aut ner-
uo cõstringunt, & quæstionibus admonēt, vt aliquid ab eis
extorqueãt quod cõtra eos possint proponere: iteq; eorũ
dicta & facta singula, tã per se quã per alios, diligētissi-
mè faciūt explorari, vt habeãt in quib⁹ eos accusent & mul-
ctent. 14 Scilicet ista aliaq; plura istiusmodi verba, quibus 14 *Hoc est er-*
nimiũ præsumptuosè de teipso, & nimiũ indignè de deo lo- *go, in quo nõ*
queris: ista (inquã) sunt in quib⁹ nõ iustè & rectè es loquu- *es iustificat⁹.*
tus, ipsa p se sufficiēter demõstrãt, nõ esse innocētẽ, & pror-
sus immunẽ te à peccato: cũ etiãsi aliud nullũ haberes pecca-
tũ, sola ista præsumptio & blasphemia cõtra deũ satis te ac-
cusent, vt inocēs credi nõ debeas. 15 Ego verò ad hęc om- 15 *Respõde-*
nia quæ tã licēter & indigne de deo loqueris, vnico & bre- *bo tibi, quia*
ui verbo tibi respõsurus, diuinæ substãtix maiestãtẽ & reue- *maior sit de⁹*
rentiã attētius cõsiderare te moneo: nimirũ vt hac cõside- *homine.*
ratione discas de tãta maiestãte loqui reuerentius. Cõside-
randũ tibi quippe est, nullo pacto deũ esse æquiparandũ ho-
mini, cuius maiestas & dignitas in immẽsum superat naturã
humanã: neque proinde sic fidēter & licēter homini esse lo-
quendũ aduersus deũ, vt tu loqueris, querulãdo, cõtenden-
do, murmurãdo, blasphemando, sicut loquitur homo cũ ho-
mine à quo malè patitur: quin potius cum humilitate maxi-
ma, in timore & tremore, de tanta maiestãte & cũ eadẽ, te
hominẽ vilissimũ loqui decet: si tamẽ cũ illa aut de illa pul-
uis & cinis, vita quoq; ipsa indignus, loqui debeat. 16 Cõ- 16 *Aduersus*
tētiosè insupet agis cõtra illũ, & quasi iratus cũ eo expo- *eum conten-*
lare videris, q̄ non ad singula de quibus eum interrogas ti- *dis, quòd nõ*
bi respondeat. Id enim facere videris, dum cum eo disputa- *ad oia ver-*
re cupis, & ad solũ eius disceptationis increpationisq; cau- *ba responde-*
sa pertingere: inquiris etiã, quãtas habeas, iniquitates & sce- *rit tibi.*
lera, & quã ob causã ita ab eo iudiceris, & alia huiusmo-

- di multa: viderisq; indignè ferre, q; nō ad singula tibi respō
deat, perinde quasi illū habeas tibi deuinctū siue obnoxīū,
sicut dominus seruum, vt ipse tibi quando & quoties libue
rit interrogāti paratus assistat, ad reddendam de singulis ra
tionem. 17 Verūm ad hanc tuā stultam iracundiam reprimē
dam, scire & attendere debebas, Deum nō esse addictū
vel obligatum hominibus, vt quādo & quoties eis libuerit
interrogare, ipse debeat respōdere: sed tunc loquitur & to
ties loquitur hominibus, quādo & quoties ipsi visum fuerit.
Videlicet nō semper ipse loquitur, quādo nobis fuerit libi
tum, sed semel. i. aliquando pro suo placito loquitur nobis;
siue per interiorē inspirationem, siue per exteriorē instru
ctiōnē. 18 Et quum semel ita loquutus fuerit, nō iterum
ad nostram voluntatē secundō nobis id ipsum loquitur, ne
que ius est nobis aut facultas illum cōpellendi, vt iterum lo
quatur quod antè dixerat, quemadmodū est ius domino in
seruū: nisi fortè ex sua superabundanti pietate, sic ipsi visum
fuerit, iterū nos eadem de re instruere. Quare non ipse nos
debet obseruare, vt semper nostris interrogatiōib⁹ ad res
pondendū paratus assistat, quod tu videris ab eo exigere,
sed nos illū diligentissimè obseruare debemus, obseruatissi
mèq; ei auscultare, vt eius verbū quāprimū excipiamus &
impleamus, nō expectantes donec iterū illud ab eo interro
gemus, ad eū modū quo serui dominorū verba maxima at
tentione obseruāt, statimq; vt prolata sunt implere satagūt,
nō expectātes donec secundō loquantur aut iubeant eadē:
quod nō est proborū seruorū officīū. 19 Solet autē Deus
loqui hominibus, ad correptionē & emendationē vitæ, aut
ad instructionē in rebus agendis, varijs modis, quorū duos,
qui magis ad propositū videntur facere, tibi impræsentiarū
aperiā: Interdum enim Deus loquitur homini per tēpus som
nij, quasi per somniū, in nocturna aliqua visione, vel exteri⁹
apparente, vel in imaginatione formata: 20 tēpore videli
cet somni, quando solent homines premi somno, corpuscu
lo longa vigilia defatigato ad quietem cōposito in lectulo:
quod quidem tēpus, ob quietē externorum sensuū & mem
brorū, diuinis huiusmodi reuelationibus magis est aptum,
quā tempus diei aut vigiliæ: in quo, propter distractiones
multiplices sensuū externorū & occupationes mēbrorū sen
sus interni & intellectus ipsi minus sunt idonei ad suscipiē
das
- 17 *Semel lo
quitur deus:*
- 18 *& secun
dō idipsum
non repetit.*
- 19 *Per som
niū in visio
ne nocturna,*
- 20 *quando
irruit sopor
super homi
nes, & dor
munt in le
ctulo,*

das inspirationes diuinas. 21 Tunc igitur tràquilliori no- 21 *Tunc ape-*
 & is tẽpore, quãdo quieta & in silẽtio sunt omnia, solet deus *rit aures vi-*
 nõ rarò hominibus immittere reuelationes, eòsq; suis reue- *rorũ, & eru-*
 lationibus instruere, in iis quæ ad fidei veritatem aut morũ *diẽs eos in-*
 rectã institutionẽ, vitæq; emendationẽ & probiorẽ cõuer- *struit disci-*
 sationẽ pertinent, nõnunquã quidẽ per dulcẽ admonitionẽ, *plina.*

nõnunquã verò per amarã increpationẽ & seueram corre-
 ptionem, nõnunquã per simplicem visionẽ, prout sibi visum
 fuerit expedire. 22 Instruit autẽ & corripit ita homines, 22 *vt auer-*
 ad ipsoꝝ profectũ & salutẽ: nimirũ vt eorum affectus men- *tat hominẽ*
 tẽsq; auertat ab operibus malis, quæ vel iam fecerant, vel fa- *ab his que*
 ctari erãt nisi interfuisset diuina instructio, ita vt de patratũ fecit,

malis eos adducat ad verã cordis pœnitentiã: sic vt ex ani-
 mo auertatur & detestentur ea in quibus olim fuerant malè
 delectati: quãtũ verò ad futura & imminẽtia pericula eos
 præseruet, ne in illa incidãt in quæ alioqui incidissent vel po-
 terant incidere. 23 Item vt liberet homines à pessima illa 23 *& liberet*
 peste superbix, quæ omnibus est inimica bonis operibus: *eum de su-*
 quẽ angelos de cœlis deiecit, & è paradiso hominẽ expulit. *perbia.*

24 sicque animas hominũ saluas faciat à corruptione siue 24 *erues ari-*
 perditione æterna, ad quã superbia & peccata perducunt *nam eius à*
 cultores suos, qui in eis ad finẽ vsq; vitæ permanet sine pœ- *corruptione,*
 nitentia, vitãmq; ipsoꝝ & animã saluat, vt nõ veniat sub vl- *& v. tam il-*
 tionẽ horrẽdi illius gladij, qui trãsibit animas, & perdet vitã *lus vt non*
 omniũ impioꝝ, qui in peccatis & superbia ad finem vsque *transcat in*
 perseuerat. Atque hĩc prior est modus, & frequẽs fatis, quo *gladium.*

deus loqui solet hominibus ad ipsoꝝ salutẽ: quo quidẽ mo-
 do, etiam tibi sufficienter fuisse videtur loquutus, quum
 ipse iam antè factus fueris, per noctẽ in lectulo te visionibus
 nocturnis & somniis à deo terreri & horrore concuti, quæ
 tu existimare debes pro tua salute & cõuersione tibi à deo
 sic immitti, vt ad pœnitentiã te adducat. Neque proinde
 causam habes conquerendi aduersus Deum quod tibi non
 loquatur, quum sufficienter tibi, si modò attendere ei velis
 & acquiescere, fuerit, vel teipso confitente, loquutus.

25 Alter autẽ modus, quo non rarò etiam deus loquitur ho- 25 *Increpat*
 minibus, est per immissionẽ grauis alicuius infirmitatis. Cũ *quoque per*
 enim quempiam viderit deus vel nimis durum, vel nimis di- *dolorem in*
 stractum & vagabundum, vt correptionibus aut inspiratio- *lectulo.*
 nibus nocturnis non commodẽ possit ad meliora erudiri.

alium tētat modū magis sensibilem, percuriēs eum infirmitate aut dolore aliquo graui, ita vt cogatur velit nolit domi apud se manere, & lecto decūbere, propter doloris grauitatem. 26 Et quoniam in huiusmodi nimitū duris, aut nimum immerfis rebus huius mūdi, nihil proficere potest leuior disciplina, percutit illū grauiter infirmitate aut lāguore vehemēti, quo ad ossa vsq; cōsumitur, ita vt nihil humoris aut vigoris reliquum fiat in ossibus eius, efficianturq; velut marcida aut emortua, ita vt iā in pedib⁹ nō possit cōsistere.

26 *Et omnia ossa ei⁹ marcescere faci.*

27 *Abominabilis ei fit in vita sua panis, et anima illius cibus ante desiderabilis.*

28 *Tabescet caro eius,*

29 *Et ossa qua testa fuerant nudabuntur.*

30 *Appropinquabit corruptioni anima eius,*

31 *Et vita illius mortiferis.*

32 *Si fuerit pro eo ange-*

27. Dehinc verò vsque adeo increfcit continuo profecta languor, vt neq; panem, neq; cibū alium quemlibet gustare valeat, sine maxima nausea. Quod si etiam cibos eiusmodi nunc illi quis proponat, quibus sanitatis tēporis maximē afficiebatur & oblectabatur, non solū nō poterit quicquā inde gustare, verumetiam horrorem in eo & abominationē nauisamq; extremam prouocabunt. 28 Sic autē illo graui laborante infirmitate, quum neq; cibum neq; potū vllum nutrientem aut cōfortantē per multos dies accipiat, carnē cōsumi, exedi, corrumpi, & quasi in se cōtabescere atq; resolui, est cōsequens: 29 ita vt ossa quæ paulo antē pingui carne & nitida benēq; curata cuticula venustē tecta tuerant, iam quasi nudata appareant, sola, eaq; arefacta & corrugata pelle, ossibus ipsis adhærente, ita vt facilē ossa omnia valeāt videri & dinumerari, præ nimia macie velut prominentia.

30 Denique huc miserū illum adigit grauitas prolixitāsq; languoris, vt desperatis rebus omnibus, morti iam fiat proximus, ita vt iam nūc anima per mortē videatur à corpore separanda, & ad perditionē sempiternæ damnationis è corpore recta statim profectura, propter peccata sua, quorū nō egit pœnitentiam. 31 De ipsa quoque vita iam prorsus videbitur desperatū, ita vt iam appareat in manus venisse pollictorum, siue eorum quorum est officium curare & ad sepulturam deferre mortuos: nihilque restare videtur, nisi vt illi aduenientes corpus abluant, & in sepulchrum coniciāt. Ipsam quoque animā iam iam videntur arrepturi dæmones, quorum est officium damnatorum animas in gehennæ caminum abducere: quemadmodum econtrariò, angelorū est bonorum, iustorum animas ad beatorum loca deducere.

32 In hoc itaque tam graui & desperato, prorsusque humana via incurabili languore, cōstituto misero isto peccatore, quando

quando mortis & temporali & æternæ jam proximus esse videtur, contingit nonnunquam superabundanti dei pietate, huiusmodi hominē inuenire adhuc misericordiam. Nimirū si illo in articulo sanctus angelus aliquis, quisque tandem ille fuerit, vnus ex tot millibus qui numero inæstimabili assisunt corā deo, ad peragēda eius mādara, ab eodēmq; emittuntur assiduè, ad salutem hominum procurādā. Ex iis (inquam) tam innumeris, qui omnes valde sunt amātes nostræ salutis, si vel vnus aliquis misericordia motus super misero illo iam & in corpore & in anima morituro, coram throno diuinę maiestatis supplex procedat, ac pro eo intercedat apud dominum: 33 & quò facilius ad miserandum valeat infletere deum, aliqua proponat coram eo opera in specie aut genere moris satis bona, licet imperfecta & insufficiētia ad salutem, quæ ille in vita fuit operatus: Vt si opera aliqua misericordiæ aut pietatis allegat pro fornicatore siue adultero, aut pro ebrioso studium pacis quo sæpe inter disidentes pacem composuit, aut aliquid huiusmodi, dicēs quasi in hunc modum: Ecce domine, tametsi in adulterio vixerit homo iste & mortē sit cōmeritus in rigore tui iudicij: attamen pauperum semper magnam habuit curam, viduarum causas egit, quæ licet nō sufficiant ad tuam gratiam rigorosè promerendam, oro tamen vt horum consideratione pietas tua illi dignetur hac vice parcere, eiq; tempus adhuc & locum concedere pœnitentiæ, si fortè iam hac visitatione tua edocuis peccatorum suam agat pœnitentiam. 34 Ad hunc (inquam) modum si angelus quispiam sanctus miseri illius misertus pro eo intercedat, fieri poterit & sit non rarò tale aliquid, vt precibus eius deuicta superabundans & superfluens in homines dei bonitas, misero eiusmodi pro ea vice parcat, ne (quod secundum naturæ cursum, & iustitię rigorem certò futurū videbatur) in suis peccatis tunc moriatur. Volensq; illi misereri diuina pietas, angelo intercessori mādabit, dicens: 35 Quia tu pro hoc misero apud me fuisti intercessor, & manum meam iam ad interimendum eum extēsam cohibuisti tuis precibus, age sis etiā mihi in hoc singulari miserationis opere executionis minister. 36 Vade quanto cius, & hoc ex mea voluntate circa illum operare, vt curetur ab infirmitate sua, ne (quod iam futurū erat) ad mortem vsque vel corporis temporalem, vel animæ æternæ, pro

lus loquens, vnus de millibus.

vt annuntiet hominis æquitatem.

34 miserebitur eius.

& dicet:

36 Libera eum, vt non descendat in corruptionē.

hoc

37 *Inueni in quo ei propitius.*

38 *Cōsumpta est caro eius, à supplicis.*

39 *revertatur ad dies adolescentie sue.*

40 *Deprecabitur Deum.*

41 *et placabilis ei erit.*

42 *et videbit faciem eius in iubilo.*

43 *et reddet homini iustitiam suam.*

hoc articulo perueniat: sed accipiat aptū pœnitentiæ tēpus & locum, vt videamus, si fortè agat pœnitentiam & conuertatur, & viuat. 37 Quemadmodum allegasti, sic inueni in eo aliqua opera bona, quorum intuitu hanc gratiam modò illi præstare volo, vt pro vice hac resurgat ab infirmitate, redeatq; ad pristinā sanitatē. 38 Satis iam flagellatus est pro peccatis suis, carne quoq; ipsa eius vsq; ad ossā penitus consumpta, ab infirmitate hac graui & cruciatibus durissimis: volo illi hanc infirmitatē & afflictionē reputare in pœnitentiam & qualemcunque satisfactionē pro peccatis præteritis. 39 Satis iam castigatus est, erit posthac vexatione dante intellectum cautior: restituaatur nunc in pristinæ sanitatis vigorem, quem obrinebat, antequam ab infirmitate inuaderetur: imò sic plena & optima ei restituatur valetudo, vt quasi reiuuenescere & iterū ad adolescentiæ dies redisse videatur. 40 Cū verò sic miser iste ex domini misericordia cœperit habere melius ac pristinæ sanitati restitui, tūc videlicet pœna aperiēte oculos, quos antè culpā tenebat clausos, ex intimo cordis affectu se cōuertet ad dominū, à quo se tam misericorditer quàm miraculosè agnoscit seruatum à morte, quam naturali via omnino non potuisset effugere, eūmq; cū gemitu & lachrymis deprecabitur pro remissione præteritorū suorū peccatorum. 41 Statimque deus, qui non vult mortem peccatoris, neq; preces vnquā repellit suppliciter deprecātū, imò gaudet super peccatoribus agentibus ex animo, pœnitentiā, propicius ei fiet atq; placabilis, peccatorum omnium remissionem libenter ei indulgens, & in numerum amicorū filiorūque benignè eum recipiens. 42 Qua peccatorum remissione accepta, poterit iam miser ille faciem suam leuare ad deum, eiūsq; vultum vt vultū patris sui amicè & gaudenter intueri cum maximo gaudio: quemadmodum filius prodigus & improbus, qui ob suam improbitatē multis annis à conspectu patris exulauit, postquam penitēs tādē fuerit receptus in gratiam, & ad patris cōspectum admissus, maximo perfunditur gaudio, ita vt videatur iubilare intra ipsum cor eius. 43 Deus autem pater piissimus omnium facinorū illius oblitus, restituet ei iustitiam quam antè per peccata perdiderat, dando ei peccatorū remissionem & suæ gratiæ donum quo iustificatur homo: sic eum iterum ornabit ornatu filiorum, stola prima induc;

duet eum, perinde ac si nunquam antè in deum peccasset.

44 Cū verò tantā dei benignitatē & beneficentiam per-
 fenserit homo pauperulus, obstupefcens in admirabilibus
 Dei miserationibus, non se poterit continere à confessione
 & laude bonitatis dei, quin palàm corā omnibus eā prædi-
 ceret. Quoscunq; enim ipse aspexerit homines, apud illos pec-
 cata sua ingenuè confitebitur, dicens: 45 Misericordiæ do-
 mini, est, ô amice, q̄ non fuerim ego cōsumptus. Verè enim
 in multis peccavi, & nimium grauiter deum meum offendi
 in plurimis, ab adolescētia mea, semper peccata peccatis ac-
 cumulans. 46 & licet nunc in hac infirmitate aliquid pas-
 sus fuerim pœnarum, confiteor tamen ingenuè & agnosco,
 pœnam hanc nequaquam condignam fuisse & sufficientem
 pro exigētia peccatorum meorum, quæ (ob sui grauitatem
 & multitudinē) centuplo & millecuplo amplius puniri me-
 ruerant, si secundum diuinæ iustitiæ seueritatē fuissē iudi-
 catus. Ad hunc modum peccator iste misericordiam cōse-
 quutus, & sua peccata & dei beneficentiam prædicabit om-
 nibus, tā bonis quàm malis: bonis quidem, vt vnà secū deum
 collaudent: malis verò, vt suo exēplo inducātur ad pœniten-
 tiam. 47 Atq; hic quidem ita acceptando visitationē dei,
 animam suam iam perditioni proximam liberauit, ne (quo
 iam destinata videbatur) pergeret ad interitum sempiternū,
 sed vt vivens inter homines vita corporis, lucem istam cor-
 poream adhuc ad tempus aliquantum obtineret: secundum
 animam quoque viuens coram deo videret lucem diuinæ
 claritatis, nunc quidem in gratia, postmodum verò in glo-
 ria sempiterna. Tantum videlicet damnationis æternæ peri-
 culum ab illo depulit, & tantum salutis æternæ beneficium
 illi contulit, per infirmitatem eiusmodi corporalem dei vi-
 sitatio. 48 Ecce hæc omnia tātæ miserationis opera, deus
 operatur pro salute hominū: sic variis modis homines allo-
 quitur, instruit & corripit, tribus vicibus. i. non semel tantū,
 sed etiam pluribus vicibus, quoties videlicet ipsi visum fue-
 rit, & quoties sufficit vel expedit nostræ saluti, si velimus ad
 ipsum conuerti: non tamen mille vicibus, id est, toties quo-
 ties nobis placuerit, sed tribus vicibus, quantum sufficit pro
 nostra conuersatione & salute, ita vt non simus vlllo pacto
 excusabiles, si ad eum non conuertamur. 49 Agit au-
 tem hoc modo deus, nō solum cū vno aut altero magis di-

4 Respiciet
 homines, &
 dicet:

45 Peccavi,
 & verè de-
 liqui.

46 et vt erā
 dignus non
 recepi.

47 Libera-
 uit animam
 suā ne per-
 geret in in-
 teritum, sed
 viuens lucē
 videret.

48 Ecce hæc
 omnia ope-
 ratur deus
 tribus vici-
 bus.

49 per singu-
 los.

lecto inter homines, neque secundum aliquam personarum
acceptiōē differenter cum quibusdam, sic ut nō item cum
aliis, sed erga vniuersos sine exceptione aut discretione sic
agit, singulos etiā sigillatim instruens & admonens, illis mo-
dis & tot vicibus, quibus modis & quot vicib⁹ ipsi videtur
agendum, ita vt prorsus nemo se possit excusare, si nō con-
uertatur ad dominum, neq; deum iure culpāre possit quasi
insufficienter sibi cooperatus sit ad salutem: cū ipse nemini

*50 vt reno-
cet animas
eorum à cor-
ruptione, &
illuminet lu-
ce viuētiū.*
desit, qui non defuit sibi ipsi. *50* Operatur autē hæc deus,
non vilius cōmodi proprii intuitu, sed propter nostram fa-
lutem: nimirum vt animas hominum, quātum ex peccatorū
propriorū demerito damnationi obnoxias, ab illa miserāda
& exitiali corruptione liberet, ereptāsque à perditione trās-
ferat in partem iustorum, vt & hīc in luce gratiæ vivant se-
cundum animam, & postmodum in luce gloriæ sempiterna
perfruantur lætitia. Nō enim delectatur deus in perditione
viorum, neq; mortem vult peccatorū, sed magis vt cōuer-
tantur & viuāt, omnesq; omnino homines vult fieri saluos,

*51 Attende
Iob, & audi
me, & tace
dum ego lo-
quor.*
& ad veritatis agnitionem peruenire. *51* His autem quæ
modo audisti, volo te o Iob diligenter attendere, & patien-
ter in silentio ea audire, expendens interim apud te dū ego
loquor, an nō ista optimē in te quadrent tibi que cōueniāt:
quem (vt ex verbis tuis suprā per te narratis auditum est)
deus per somnia & nocturnas visiones crebrius terruit &
cōmonuit, ac deinde (quod ad sensum patet omnibus) gra-
uissima hac plaga percussit. Quibus duobus modis quū tam
apertē deus sit loquutus, nequaquam dei visitationē & eru-
ditionem tam manifestam contemnere tibi licet, aut contra

*52 Si autem
habet quid
loquaris, re-
spōde mihi:
Loquere.*
eum obmurmurare. *52* Neque tamē sic ego tibi silentium
imperiosē iniungo, vt omnino facultatē aut locum tibi ne-
garem respondendi, si considerem aliquid per te rationa-
bile pro tua causa posse adduci. Imō si quid tale habere tibi
videris, quod possis dictis meis cum ratione & veritate ob-
iicere, paratus sum ex te ea audire, loquere sidenter.

*53 Volo enim
te apparere
iustum;*
53 Neque enim tam sum tibi inimicus, vt cupiam te esse
impium, aut tibi inuideam iustitiam, quasi ex inuidia illam
impugnem. Imō si existimarem verum esse aut probabi-
le quod dicis de tua iustitia, optarem ego modis omnibus
te iustum apparere, & congauderem tuæ iustitiæ quem-

54 Quod si admodum congaudet in bonis amico amicus. *54* Si ve-

non habes quod cum veritate & ratione possis obiice- *nō habes, au*
 re, si non habes quo tuam innocētiam possis defendere aut *di me:*
 asseruere, sicut omnino nihil habere te credo, præstat vt que
 deinceps dicturus sum pro tua instructione humiliter & pa-
 tienter in silentio audias, quàm clamorosa & inani disputa-
 tione frustra mecum contendas. 55 Neque verò te pœ- *55 tace, &*
 natebit, si me silenter audieris cœptū sermonem profequen *docebo te sa*
 tem neque me frustrā audieris. Docebo enim te, non vana *pietiam.*
 aut curiosa, sed ea quæ veræ sapiētix, ea videlicet quæ
 ad rectam Dei cognitionem venerationemque iudiciorum
 eius faciunt, quomodo de his & sentire & loqui debeas, in
 quibus plurimum hæctenus aberrasse concordiam omnium no-
 strum iudicio comprobatis.

TRIGESIMIQUARTI

CAPITIS ELUCIDATIO.



D hæc iam ab Eliu dicta silente Iob, cæterisq; *Cap. 34.*
 item amicis silentibus, idē ille plura loqui adie- *1 Pronūciās*
 cit: pronūciānsq; rhetorica arte, & vehemē- *itaq; Eliu, e-*
 tia eloquij perorās, ita sermonē est profequen- *tiam hæc lo-*
 tus. 2 Optarē ego, quæ adhuc dicturus sum *quintus est.*
 pro gloria Dei à viris sapiētibus audiri, & à viris intellectu *2 Audite sa-*
 & sciētia vera præditis diligētē expendi: qui videlicet tales *piētes verba*
 essent, vt dignitatē eorū quæ sunt dicenda possint diiudicā- *mea et eru-*
 do percipere. 3 Sic enim aures hominū (primū quidem *diti asculta-*
 externæ corporis, per quas trāsitus fit verborū ad mentem, *te me.*
 deinde potissimū internæ aures mentis) ea quæ foris verbo *3 Auris enim*
 proferūtur, probant, expendūt & diiudicāt, vera ne sint an *verba pb. ar.*
 falsa: cōsentanea rationi, an dissona: 4 quæadmodū guttur *4 & guttur*
 siue palatū ex officio suo naturali habet, vt discernat inter- *escas gustu*
 cecitas siue sapes escharū. Vnde sicut ad discernendū inter ci- *diiudicat.*
 bos aut potus multū delicatos, nō quodlibet palatum valer,
 sed delicatū esse oportet ac bene expertū, quod illorū disse-
 rentias possit percipere: ita nō quælibet aures sufficiūt expē-
 dere verba magnæ sapiētix (qualia ego modo dictur⁹ sum)
 sed aures oportet esse multū exactas & eruditas, quæ de illis
 debeāt iudicare: propter quod nō quoslibet desidero au-
 ditores, sed sapiētes & eruditos. 5 Constituamus nos ipsi *5 Iudiciū eli-*
 inter nos, si videbitur iudiciū: sicq; inter nos per examē ra- *gam⁹ nobis,*
 tionis

Et inter nos videamus quid sit melius. tionis videamus, & diiudicem⁹, quid sit verius, an videlicet id quod dixit Iob, an quæ ego contra illū proferā. Sapientū hac de re quæro iudicium, sciens quemuis sapientē mea dicta faciliē probaturū, ea autem quæ à Iob dicta sunt mecum reprobaturū. 6 Dixit enim Iob iste in præcedentibus sermonibus, iustum se esse & innocentem coram deo, nolens agnoscere vllam in se culpam, propter quam esset dei iudicio punitus: Dixit quoq; Deū abstulisse, imò peruertisse iudiciū suum, eò quòd eū innocentem afflixerit sine sua culpa. 7 In iudicando enim me & puniendo (ait ipse Iob) me daciū siue error est: nō verè rectè aut iustè me iudicat De⁹, sic me grauitè citra demeritum meum puniendo. 8 Plaga ista (inquit idem) quæ in modum sagittæ infigitur carni & vsq; ad intima penetrat, grauisimèq; me affligit & enecat, nō mihi infertur secundū ordinem iustitiæ propter vllum peccatorū meorum demeritum, sed violèter sine omni peccatō meo; quo ego tantam meruissē punitionem. O execrandam blasphemiam, ò detestādā linguæ petulantiam.

9 *Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationē quasi si aquam?* 9 Existimo enim vix alium posse similem aut æqualis malitiæ inueniri, qualis est blasphem⁹ iste murmurator Iob, qui irrisionē & blasphemiam apertā contra Deū nihili facit, sed absq; timore & remorsu nimīū licenter Deū audet blasphemare; ad eū modū quo sitiens aquæ magnos haustus potando ingurgitat, sine resistentia vel respectu aliquo, quoniam nec magnitudine pretij nec fortitudine potus deterretur à magnis haustib⁹: imò cū maxima voluptate bibit sit sitiens aquæ, magis etiā quàm si vinū biberet aut sycerā: cuiusmodi potum, tū ob pretij quantitatē, tum ob virtutis efficaciam non tam liberè bibunt sitientes. 10 Sic igitur iste Iob audent palām suis blasphemis irridere Deū, & in superbia coniungit se operariis iniquitatis, & cum illis ambulat, illis se similitudinem facit & adiungit: ea loquens quæ homines palām impij & ex proposito deliberatāque volūtate cōtra Deum peccātes, loqui solent, negantes videlicet iustitiam & providētiā Dei, quemadmodum iste blasphemādo eandē visus est negare. 11 Præter ea enim quæ supra iam recitata sunt, dixit etiam: Nō placebit video, etiam si cucurverit cum eo, placebit homo deo, neq; apud eum inueniet gratiam: Nō si diligentissimè sectetur adimpleatque ipsius voluntatē: ut vt non solūm sectetur quasi à longè eius vestigia, sed etiam

proximè insequatur & currat per viam mandatorũ eius, maximo studio adimplendi omnem Dei voluntatem, quemadmodũ quũ seruus iuxta domini latus proximè semper accurrit, vt quicquid iusserit dominus mox implere satagat. Hęc sententiã suprà Iob iste visus est innuisse, quũ dixit, se diligentissimè vestigia sequutũ dei, nec recessisse à semitis madorũ eius, & tamen post omnia adhuc à Deo grauissimè percussum esse & grauiora forsã expectare. Hęc enim aliãque huiusmodi dicens, impiam istam visus est iudicare sententiam, quòd homo post impletam omnem Dei voluntatem, apud Deum adhuc inimicus & puniendus inueniatur.

12 Quoniam verò hęc tam impia & blasphema Iob iste lo-
quutus est, optarem ego alios mihi auditores quàm sit iste
Iob, vt pote magis cordatos & prudẽtes, qui digni sint audi-
re, & sufficiẽtes sint expendere verba mea. 13 Illud autẽ im-
primis ad cõsutationẽ Iob dicendũ est, omnem impietatẽ
quàm longissimè à Deo abesse, & omnẽ iniquitatẽ profus-
in ipsum nõ posse cadere. Debẽtq; hoc ab omnibus piis &
bene de deo sentientibus lógissimè abesse, vt ei vllã impie-
tatẽ vel iniustitiã ascribant (quod iste Iob ausus est facere)
quũ sit eius voluntas infallibilis æquitatis norma, & certissi-
ma iustitiæ regula ita vt nõ possit in eo locum vllum habe-
re quæcũq; impietas aut iniustitia: quũ omne quod facit, eo
ipso q̄ sic illi facere placet, pium iustũ & æquum habeatur.

14 Imò verò est ipse, sicut in se optimus, ita & erga homi-
nes æquisimus: quemadmodum in remuneratione futura
manifestissimè apparebit, quando vnicique reddet merce-
dem secundũ suum laborem, & secundum opera sua vnici-
que debita rependet premia: iis quidem qui egerũt bene, vi-
tam, iis autem qui male, mortẽ sempiternam. 15 Profectò
enim non potest sic iniustus esse Deus, vt frustra & sine ra-
tionabili causa quenquam cõdemnet: neque fieri potest vt
ipse qui est omnipotens, qui neminem debet metuere, neq;
cuiuscunque homines gratiam querere (quũ nullius egeat,
sitque sibi sufficientissimus) peruertat iudiciũ, contra iusti-
tiam aliquid agens vel omittens, quod iustitia aliter agẽdũ
aut nõ omittendum exigeret. 16 Neque verò poterit hęc
iniuria quã profers, dum ais te iniustẽ puniri, in alium quẽ.

16 Quẽ cõ-
piã retorqueri à deo, qui eis sit vicarius eiusque loco mun-
dum administret, sed necesse est iniuriã istã in Deũ cadere.

12 Ideo viri
cordati, au-
dite me.

13 Absit à
deo impietas,
& ab omni-
potente ini-
quitas.

14 Opus enĩ
hominis red-
det ei, & iux-
ta vias su-
gularum re-
stituet eis.

15 Verè enim
deus non cõ-
derabit fru-
stra, nec om-
nipotẽs sub-
uertet iudi-
cium.

16 Quẽ cõ-
stituet alium
super terrã,
Non aut quem

- fuit super orbem quem fabricatus est* Non enim Deus aliū aliquem vel angelū vel hominē terræ præfecit, neq; orbi siue mūdo gubnando aliū aliqū præposuit, cui plenam dederit cōmissionem regendi illū & gubernandi res humanas, sic vt ipse ociosus desideat in cælo nullam per se curā habens de iis quæ gerūtur inter homines. Sed idem ipse qui terrā fundauit, & orbē vniuersum in principio, potentia & sapientia sua creauit: idē, inquam, ipse manet vsq; nunc præpositus terræ & orbi, idē per se vigilantissimē gubernat & administrat omnia, rerū humanarum curā sollicitam gerens. Vnde si dicas te iniuste affligi, nō alij alicui, sed ipsi deo (cuius dispensatione omnia agūtur in rebus humanis) facis iniuriā irrogasq; blasphemiā. 17 Quod autē Deus non crudeliter aut tyrannicē vel iniquē humanas res administret, sed potius in summa benignitate & dulcedine nos disponit, ex eo manifestē probatur q̄ tam benignē genus sustentet humanū, cū vniuersum ipsum nullo negotio si vellet, delere posset. Si enim vellet Deus contra hominē dirigere vel cōtra opponere cor suū, si cōtra eum iram suam vellet apertē exercere siue, ostendere. 18 faciliē, imō nullo negotio animā in teius viuificantē, simul cum flatu respirationis vitā exterius, testante, auferet à corpore animā ipsam ad se reuocando (sicut ab eo creata est, ad imaginē & similitudinem suā) vt corā tribunali eius post suū ē corpore egressum accipiat de iis, quæ fecit, iudiciū: corporis autē flatū penitus cogens deficere. 19 Ad hunc modū si vellet Deus agere nobiscū in ira & terrore potentię suæ in vno momento simul vniuersā viuētia tam rationaliā quā irrationaliā, ipso manū suam subtrahēte, deficerent, & homines vniuersi morte deficientes, secundū corpus resoluēretur reuertenturq; in puluerem, vnde formati sūt. Quemadmodū enim illo aperiente manū suam omnia implentur bonitate, eōq; spiritum suum emitteute oriūtur viuētia; sic auertente eo & subtrahente faciē suam, aufertur vitā à viuētib; & deficientiā reuertuntur in suum puluērē. Quum igitur sic in momento vniuersum genus hominum, atque etiam viuētium omnium, posset Deus delere, nec tamen id facit, sed parcit nobis benignissimē & sustentat, atque etiam quotiē nasci facit & multiplicat species cunctorum viuētium, ad vsum necessarias hominibus: manifestissimo hinc patet indicio, Deo non tyrannicē aut crudeliter cum hominibus

17 Si direxerit ad eū cor suum,

18 spiritū illius & flatū ad se trahet.

19 Deficiet omnis caro simul: & homo in cinerē reuertetur.

bus agere, sed in magna potius benignitate & māsuetudine
 nostra omnia disponere. 20 Si igitur habes tu o Iob itelle 20 *Si habes*
 ōtū, vt possis quę dico intelligere, audi quę dixi, atq; etiā di *ergo intel-*
 ōturus sum tibi, & diligēter attēde aure cordis & corporis *etiam, audi*
 ad ea quę ego loquar per os meū, quoniam digna sunt audi *quod dicitur,*
 tu, & talia, quę tibi (si modò alta mēte reponātur) multū va *& ausculta*
 sēt proficere. 21 Quomodo verò tibi pos. it esse spes me- *voce eloqui*
 lioris cōditionis, aut sanitatis prosperitatūq; pristinę recu- *mei.*
 perādę, donec in ista persillis mala blasphemādi voluntate? 21 *Nunquid*
 Quomodo is qui dei iudicia nō amat sed odit ea, blasphe- *qui nō amat*
 mar & obmurmurat aduersus ea, sperare possit, quod sanita *iudicium, sa-*
 ti fortunęq; pristinę restitatur; quū id fieri nō possit nisi p *nari potest?*
 deū, cui⁹ tu blasphemias iudicia? Vnde meritò te ab huiusmo-
 di blasphemiiis cūpescere deberet ipsum sanitatis recuperā-
 dę desiderium, etiamsi nō te ab illis dei timore retraheret.
 22 Et quomodo fieri potest, tā insigniter impudētē te esse 22 *Et quo-*
 & tā impiē audacē, vt eū qui supra modū iustus est, nimirū *modo tu eū*
 iustissimus & ipsa iustitia, in quo prorsus nihil potest inue- *qui iust⁹ est:*
 niri iniustitię, audeas tam licēter cōdēnare, vt eū dicas iniu- *stantum cō-*
 stū & subuersorē iudicij, & alia huiusmodi multa cōtra eū *denmas?*
 sine timore audeas effutire? 23 Illū (inquā) qui tā est inofi- 23 *Qui dicit*
 gniter & excellenter iustus, vt nec regibus nec principibus *regi, aposto-*
 parcat, quin eos pro suis culpis rigidē puniat. Nā & regibus *ta:*
 exprobrādo dicit siue impropert, quod apostatę fuerit &
 infideles in suo ministerio, & pro apostasia atq; infidelitate
 sua audacēter in eos animaduertere potest & audet. 24 Du 24 *qui vocat*
 cibus quoq; & pręfectis populorū magnorū atque, multo- *duces ipios.*
 rū imputare & exprobrare audet ac potest impietate suam,
 eosq; ne ad suū tribunal quū voluerit citat & euocat, vt pro
 impietatib⁹ eos cōdigna puniat vltione. 25 Denique, nec 25 *Qui non*
 principū quantūvis magnorū, dignitateque, authoritate, & *accipit perso-*
 potestate pręstātium, considerat personam, ita vt propter *nas princi-*
 eorum nobilitatem; diuitias aut potestatē, aut aliquid hu- *pium,*
 iusmodi externorum bonorum, illis parcat. 26 Neque ty- 26 *nec co-*
 rannis & violentis principibus fauet vel auxilium prębet, *gnouit tyran-*
 quum aduersus pauperes moliūtur iniquas machinationes *nū cū discē-*
 vt eos opprimant: sed absque personā ū respectu omniū fa *ptaret contra*
 cta expendit, & omnes æqua lance iustitię suę iudicat, siue *pauperem.*
 diuites, siue pauperes, siue principes, siue plebeios. 27 Ipse 27 *Opus epi-*
 enim similiter omnes homines fecit, secundū corpus ex eo-

manu eius sūt vniuersi. dem luto, secūdam animam æquē ad imaginem & similitudinem suam, & in vniuersis æquē suam potentiam, sapientiā & bonitatem demonstraui. Quare tanti est apud eum pauper, quanti diues: nec aliter cū paupere ager, ob vilitatē conditionis vel fortunæ, nec aliter cum diuite ob fortunā meliorem: sed in æquitate iustitiæ suæ cum omnibus ager.

28 Subitò morientur, 28 Interdum autem diuino iudicio sic puniuntur reges, duces ac principes, vt subitò & ex improviso morte inopinata percutiātur, cum minimè tale quid expectassent. 29 *29 et in media nocte turbantur populi,* contingit quē interdū, vt populi subiecti per tempus noctis turbationē vel seditionē aliquam suscitent cōtra duces suos ac principes: quæ quidem turbationes facilius suscitātur in nocte, quādo secretiora sunt omnia, minusquē expectātur huiusmodi. 30 *30 & pertransibunt:* Facta autē seditione & cōmōtione exorta, peruegibūtur per ciuitatis plateas, vt fieri solet in similibus tumultibus cū magno rumore & strepitu armorū, vt omnia loca oportuna occupent: 31 *31 & auferēt violentum,* sicquē tyrannū & violentū illū, qui prius sibi dominabatur in tyrānide auferēt, vel de medio uentium eū subitò interficiēdo, vel vt minimū è potestate imperādi, subitò eū è regno vel imperio expellēdo, tanquā ignobilem aut regimine indignum. 32 *32 absque manu,* Facient autem hoc populi illi sic adiuicem cōfœderati, absque exercitu aliquo extraneo, sine magna fortitudine militum, admodū leui manu. Quū enim tota potestas & fortitudo principis in subditis cōsistat, his discedētibz, nulla eius remanet virtus, sicquē facillimè absque manu forti expugnari aut deiici va-

33 Oculi enim ei super vias hominum, et omnes gressus eorū considerat. 33 Exercet autem deus huiusmodi iudicia etiam in potentes, quoniā oculi prouidentie & scientie eius, super omnes actiones & studia omnium hominū inuigilant: & omnes eorū gressus, id est, modos rationesque agendi, attentissimè diiudicat & cōsiderat, expendens in singulis eorum actionibus, quid, quando, quo animo faciant, & alia huiusmodi: vt pensatis omnibus, debitam suo tēpore singulis red-

34 Nō sunt tenebra, & nō est umbra mortis, vt ab scōdātur ibi qui operātur iniquitatem. dat mercedem, siue in bonum siue in malum. 34 Neque verò vllæ sunt tam densæ tenebræ, neque locus vllus tā absconditus & tenebris densissimis horridus, etiamsi imago quædam & umbra videatur esse mortis, vt occultari in illis vel sub illis tegi possent & abscondi à conspectu dei homines, qui operantur iniquitatem. Tenebrę enim apud deū non sunt tenebræ, nec obscuritatem aliquam adferunt deo,

34 Nō sunt tenebra, & nō est umbra mortis, vt ab scōdātur ibi qui operātur iniquitatem. sic

34 Nō sunt tenebra, & nō est umbra mortis, vt ab scōdātur ibi qui operātur iniquitatem. sic

sic vt eum à vidēdis iis quæ in ipsis sunt aut fiunt, impediāt:
 quū æquē in tenebris vt in luce omnia videat. 35 Et qui- 35 *Neque e-*
 dem parū forsan videri posset metuendum istud Dei iudi- *nim vltā in-*
 ciū, si ab eo liceret appellare, aut si spes esset posse reuocari *hominis po-*
 sententiā, quæ semel ibi lata fuerit. Nunc verò tale est iudi- *testate est vt*
 ciū Dei, vt reuocari nō possit aut retractari. Non enim est *veniat ad*
 in potestate hominis, post quā semel iudiciū suū acceperit, *deum in iu-*
 post prolatam semel condemnationis sententiā, vt iterum *diciū.*
 possit venire ad Deum in iudiciū, quasi appellando à sentē-
 tia priori, & nouā instituendo litem pro acquirenda senten-
 tia meliori: quemadmodū fieri solet inter homines, vt quū
 semel contrariā sibi & ingratam acceperint sententiā, rur-
 sus in iudiciū procedant, de nouo litem instituētes, sub spe
 cōsequendæ melioris sententiæ. Nō est omnino hoc in ho-
 minis potestate, vt sic possit semel latā Dei sententiā iterū
 in ius vocare, spe retractandi: quoniam nō est iudiciū altius
 ad quod possit fieri appellatio, & ipsā diuini iudicij sentētia
 per se est irtractabilis. 36 Quemadmodū autem iustitiā 36 *Conteret*
 suā Deus commendat, in eo quod etiam magnis principi- *multos, et in*
 bus non parcit, neq; regibus præcipuis: ita commendat eam *numerabi-*
 dē in hoc, quod nec multitudinē quantumuis numerosam *les.*
 hominū reueretur, si quando eorum peccata per diuinam
 iustitiā veniant puniēda. Vnde euenit nonnunquam di-
 uino iudicio, vt multi valde, quasi absq; numero secundum
 humanam æstimationem, plaga aliqua vel pluribus simul pla-
 gis consumantur, vtpote bello, fame, vel peste, aut huiusmo-
 di malis, propter peccata sua. 37 In quorum locum succe- 37 *Et stare*
 dere faciet alios; vtpote filios ac nepotes, loco parentum, *faciet alios*
 aut alios extraneos in illorum locum & officium surrogan- *pro eis.*
 do. Quemadmodum in diluuiū impiorum vniuersitatē in-
 terfecit, & loco illorum iusti Noë posteritatem vbique lo-
 corum dilatauit: in altero quidem, id est, perdicione priorū,
 iustitiæ seueritatem: in altero autem, id est, aliorum substitu-
 tione, misericordiæ benignitatem demonstrans. 38 Vide. 38 *Novit e-*
 licet quia nouit Deus omnia opera impiorum, non quidem *nim opera*
 vt approbet scientia approbationis, sed vt condemnet no- *eorum:*
 titia reprobationis. 39 propter hoc expendens eorū ma- 39 *Et idcir-*
 litiā, iusto suo iudicio subitò diem eis conuertet in no- *co inducet*
 ctem, tempus prosperitatis in tempus aduersitatis, tempus *noctem,*
 sanitatis & vitæ, in tempus infirmitatis & mortis:

- 40 *Et con-* 40 sicq; subito in nocte, in aduersitate & inopinato siue
terentur. inexpectato tēpore eos perdet penitusque cōsumet: corpus
 quidē dissoluens in puluerē, animā verō missurus in aternā
 gehennam. 41 Quanquā autē multi illorū essent in loco
 41 *Quasi im-* videntium, quanuis multi eorum occuparent loca piorū ho-
pios percus- minum atq; fidelium, qui videbantur hominibus esse pij &
sit eos in lo- agnoscetes colentēsq; Deum, & vt videntes prudētes atq;
co videntiu. sapientes habebantur ab hominibus: ipse tamen qui omnia
 nouit & intima cordiū scrutatur, sciens quales & qui essent,
 percussit eos quasi impios siue pro impiis: quoniam vt im-
 pios eos agnouit, simul cum impiis & impiorū more eosdē
 puniuit. 42 Quorū quidē peccatū eō grauius fuit & mi-
 42 *Qui qua-* nus excusabile, q̄ nō ex ignorantia aut ex infirmitate huma-
si de indu- na in vno fortē aut altero Dei praecepta fuerint transgressi,
stria recesserunt ab eo, sed (quod est scelus maximi pōderis) ex industria & à pro-
 posito cū matura deliberatione siue deliberata voluntate,
 se separauerunt, & quasi vultū mētis affectūsque sui auerterūt
 à Deo. 43 De industria quoq; noluerunt intelligere, & af-
 43 *Et om-* fectarunt nescire, omnes vias siue mandata dei: noluerunt
nes vias e- intelligere vt bene agerent, imò voluerūt nō intelligere, vt
ias intelli- malē agerent liberius, vtq; sine remorsu aliquo aut retinacu-
gere nolue- lo cōscientiæ possent quæcūque viderentur mala liberē o-
rent. perari. 44 Videlicet, vt postquā ab oculis eorū profusus
 44 *Vt per-* elōgata esset cōsideratio Dei & mandatorū eius, sine omni
uenire face- misericordia possent opprimere egenos & pauperes, pupil-
rent ad eum los & viduas, & alias huiusmodi miserabiles personas, qui-
clamorem bus non est in hoc mundo auxilium vel patrocinium: vt il-
egeni, & au- los (inquam) possent liberē sine remorsu opprimere, vexa-
diuēt vocem re, spoliare, deuorare, donec vsq; ad Deū peruenire faciant
pauperum. clamorē illorum pauperū & egenorū, de nimia oppressio-
 ne affectuosissimē ad eum clamantium. Clamat enim in cœ-
 lum vox eorū qui sic iniuste opprimuntur in terra, & Deus
 voces sic clamantium exaudit, vt opportuno tempore eos
 quidē qui affliguntur liberet de oppressione, eos verò qui
 affligunt graui feriat animaduersione. 45 Quod autē ple-
 45 *Ipsa enim* nam habeat potestātē Deus sic iudicandi & exercendi vin-
concedente dictam in omnes, satis est manifestum. Cū enim ipsi pla-
pacem, quis cuerit quempiam in pace & prosperitate temporali atq; spi-
est qui con- rituali custodire, & verā alicui pacem cōferre & cōseruare,
condemnet? nemo vel dæmonū vel hominū tam potens inueniri possit,
 qui

qui contra Dei voluntatē illi nocere poterit. Si enim deus *Rom. 8.*
 pro nobis quis contra nos? Dominus illuminatio mea & s̄a. *Psal. 26.*
 lus mea, quem timebo? Si Deus est qui iustificat, quis est qui
 condemnet? 46 Quum verò ecōtrariò ille voluerit, exi 46 *Ex quo*
 gentibus id nostrorū peccatorū demeritis, vultū suum beni *absconderit*
 gnum à nobis auertere, & lætam faciē suam quā à peccato- *vultum suū,*
 ribus auertit à nobis abscondere: quis hominū suo ingenio *quis est qui*
 vel arte aliqua eò pertingere poterit, vt iterum videat faciē *cōtemplatur*
 eius in iubilo, vel cum aliqua consolatione siue gaudio eius *eum?*
 vultum contempletur, eo modo quo pij & iusti filij illū pa-
 tris sui gratissimū vultū maxima cū exultatione cōtemplan-
 tur? Hoc est: Quum iratus fuerit aduersus aliquē Deus, vo-
 lueritq; pro peccatis suis illū percutere, nō poterit ille vllō
 consilio vel auxilio humano iram Dei effugere, vel in gra-
 tiam redire, nisi post actā prius peccatorū pœnitētiam, Deo
 iterum placuerit cum in gratiam recipere, & lætam ei faciē
 rursus ostendere. 47 Ipse nimirum dominus est & iudex 47 *Et super*
 vniuersalis, potestatem habens atq; imperium super omnes *omnes gen-*
 gentes siue nationes, quantumuis barbaras, potentes aut nu- *tes, & super*
 merosas, & super vniuersa regna terræ quātumuis vasta aut *omnes ho-*
 lata, aut quantiscunq; diuitiis prædita vbicunq; locorum *mines.*
 fuerint sita, siue ad orientem, siue ad occidentem, siue ad se-
 pentrionem, siue ad meridiem: & super omnes omnino ho-
 mines vbicunq; locorum aut quocūque ritu viuētes, vni-
 uersalem ipse habet potestatem. 48 Ipse etiam est, qui se- 48 *Qui re-*
 cundum dictamen iustitiæ suæ, ad puniēda peccata vulgi *gnare facit*
 siue populi, reges nonnunquam & principes infideles ad re *hominem by*
 gnorum gubernacula prouehit, qui nomine quidem reges *poctitā, pro-*
 appellantur, duces & principes, patres quoq; populorum & *pter peccata*
 defensores videri volunt, iustitiæq; ministri, quum nihil sint *populi.*
 minus, imò oppressores potius, & perditores populi, iusti-
 tiæque subuersores se exhibēt. Cuiusmodi principes quum
 dolerent ferunt populi, gemuntque sub eorū imperioso do-
 minio, meminisse debent peccatorum suorum, quibus hoc
 meruerūt, vt tales pestes pro principibus acciperēt, Deū-
 que (cuius est mutare reges, & instituere alios pro aliis) de-
 precari, vt principes probos secundum cor suum ipsis præ-
 ficiat. 49 Hæc itaque quæ iam audisti postquam ego lo- 49 *Quia er-*
 quutus sum ad Deum siue pro Deo, ad eius iustitiæ defen- *go ego loquor*
 sionem, aut coram Deo sub ipsius iudicio, nihil nisi meram *tus sum ad*
 loquens

Deū, te quo- loquens veritatem, volo & vicissim locū concedere respon-
que nō pro- dendi, ne videat magis verbis te obruere, quā veritate ip-
bibebo? sū convincere. 50 Vnde si in aliquo eorum quæ iam à me
 50 *Si erravi,* dicta sunt errasse me iudicaueris, cupio à te redargui, & de
tu doce me. veritate meliora certioraq; edoceri. Si iniquum aliquid vel
Si iniquita- impium, vel erroneū me loquutum esse cōprobaueris, sile-
tē loquutus bo posthac, neque addam loqui plura huiusmodi. Præstat
sum, vltiā enim bene silendo vera discere, quā malè loquendo falsa
nō addam. docere. 51 Verūm etiam si ego in verbis prædictis loquu-
 51 *Nunquid* tus essem aliquam iniquitatē vel falsitatem, quæ meritò esset
à te Deo ex- redarguenda, illam tamen non expeteret à te Deus, non te
petit eam? requireret fieri iudicem meum & reprehensorem, nō quæ-
 52 *quia dis-* reret ipse per te vindicari de mea falsitate. 52 eo q̄ ipse
plicuit tibi. Deus tibi displicuit, quia ipsum Deum exosum habuisti, si-
 mulque iudicia eius execratus es, quemadmodum tuis ver-
 bis blasphemis satis indicasti. Vnde quum tu prior illū ode-
 ris & aduersus eū blasphemaueris, nō cupit deus per te cor-
 rigi aut redargui, etiā si quid ego falsum dixerim: nec ad eī
 rem tu videris idoneus, qui Deum tibi non placere, & malè
 contentum te esse de eius iudiciis, apertè satis iam antè de-
 monstrasti. 53 Tu enim cœpisti hanc disputationē: tua ver-
 ba blasphema & impia, quæ ab initio disputationis hucusq;
 loqui non desisti, me ad loquendum compulerūt, propter
 zelum iustitiæ Dei, quē tu blasphemas: non autem ego prior
 incepi ex memetipso hanc disputationem, sed coactus &
 quasi inuitus loquor quæ loquor. Vnde etiam si quid erro-
 neum loqui me contigerit, ero ego plus quā tu excusabi-
 lis, imò in te potissimū culpa meī quoque errati recideret,
 qui me tuis impiis sermonibus ad loquendū cogis. 54 Ni-
 54 *Quod si* qui melius, verius aut certius tu noueris, quā
qd nosti me- hilomin⁹, si quid melius, verius aut certius tu noueris, quā
lius, loquere. quæ ego iam dixi, aut quo putes te posse destruere ea quæ
 55 *Viri intelli-* iam dixi, conceditur tibi locus eloquendi & proferendi ea.
gētes loquā 55 Magis tamen optarē negotium esse mihi cū hominibus
tur mihi, & sapientia & intellectu maiori præditis, cum huiusmodi viis
vir sapiens intelligentibus & sapientibus vellem miscere sermonem, ta-
audiat me. les mallem vel audire ipse vel alloqui, quā Iob istum ho-
 56 *Iob autē* minem (vt videtur) insipientē & stolidum. 56 Iob enim
stultē loqui iste verbis suis declarat, non admodum intelligentem aut fá-
tus est, et ver- pientem se esse, qui tam stultē loquutus sit contra Deū im-
ba illius nō pias blasphemias, & tam irrationabiles effutierit querimo-
 nias: &

nias: & verba illius non sonant rectam mētis institutionem, *sonant disci-*
 non ex mente disciplinata & recta fide instituta videntur *plinam.*
 proficisci, sed ex animo potius indisciplinato & intimora-
 to: sapiuntque impiam hæreſim, & peruerſam de Deo iudi-
 tiſque eius exiſtimationem, in corde latentem. Sic enim vi-
 detur loquutus, quemadmodum homo Dei fidem non ha-
 bēs, qui ſine timore loquitur de deo blaſphemias, quicquid
 in mentem venerit 57 Propter quod oro te domine deus, *57 Pater mi,*
 pater vitæ meæ, qui me ſicut & omnes homines ad imaginē *probetur*
 tuam crealti, vt iſtam blaſphemum & tam impia garriētē *Iob vſque*
 Iobum ad finem vſq; probes, id eſt, tam diu & tam grauiter *ad finem,*
 corripias, donec tandem vi dolorum & vexatione dante
 intellectum cogatur agnoſcere æquitatem iudiciorum tuo-
 rum, & velit nolit, ſilere ab huiusmodi blaſphemiis, ac præ-
 teritorum ſuorum peccatorum agere pœnitentiam.
 58 Ne ceſſes affligere hominem iſtum tam impium, nō de- *58 Ne de-*
 ſinas verberare illum, qui ſuprà omnia peccata ſua priora *ſinas ab ho-*
 quæ ante plagā iſtam commiſit, magna proculdubio & mul- *mine iniqui*
 ta, vtpote pro quibus tam graui meruit plaga puniri, inſu- *tatis qui*
 per etiam nunc adiicit apertam blaſphemiam, perinde qua- *addidit ſu-*
 ſi nō ſuffecerint illa priora tam multa & tam magna pecca- *per peccata*
 ta, quæ antè commiſerat, niſi etiam nunc horrendum iſtud *ſua blaſphe-*
 blaſphemiæ ſcelus adieciſſet. Hunc igitur tantisper afflige, *miam.*
 donec cogatur loqui humilius, & ſupplex deprecari veniā:
 ſicque in chamo & freno durè maxillas eius conſtringe, do-
 nec ad te approximet. 59 Nos etiam pro noſtra virili ad *59 Inter nos*
 eius conuerſionem interim non ceſſābimus agere quod po- *interim con-*
 terimus, ſtringentes vrgentēſque eum validis argumentis & *ſtringatur: et*
 rationibus, duris quoque increpationibus eum, ſuper im- *tunc ad iudi-*
 pietatibus ſuis redarguentes, vt vel tandem confuſus erube- *cium prono-*
 ſcat ita licenter contra deum ſoluere linguam ſuam, eumq; *cet ſermoni-*
 tam petulanter prouocare ad iudicium, quemadmodum ha- *b^o ſuis deū,*
 ſtenus fecit, deum accuſans iniuſtitia, & quaſi eum in ius
 vocans, vt ſe quidem iuſtum, deum verò iniuſtum, poſſit o-
 ſtendere.

TRIGESIMIQUINTI
CAPITIS ELUCIDATIO.

Cap. 35.

1 *Ignitur Eliu
hæc rursus
loquutus est.*

2 *Nunquid
æqua vide-
tur tibi tua
cogitatio, vt
diceret, iusti-
or sum Deo?
3 Dixisti enī,
Non tibi plu-
cet quod re-
etum est, vel
quid tibi pro-
derit si ego
peccauerō?*

4 *Itaq; ego
respondebo
sermonibus
tuis.*

5 *& amicis
tuis tecum.*

6 *Suspice cæ-
lum & in-
tere.*



Ilente viro sancto ad tam gloriosum & vehe-
mentem disputatorē, ne in immensum verba
excrefcerēt, si illi ad singula respōderet, prose-
quēs Eliu sermonē, dixit: 1. Nūquid illa cogi-
tatio & persuasio cordis tui, si re ipsam atten-
tius expēdas, æqua, iusta & bona tibi videri potest & proba-
ti, ex qua paulo antè disputās in verba tā impia & blasphem-
a prorupisti, vt diceret te iustiorē esse Deo? vocē sanē tam
horrendā, vt vix aures eā ferre possint humanæ. 3 In ver-
bis nanq; tuis suprā prolatis, frequētius id visus es indicare,
3 Dixisti enī, quod non amet Deus iustitiā & innocentiam, eo q̄ tam inno-
cētes (ex quorū numero iactas te esse) quā nocētes, æquē
affligat & cōsumat & multa sic cōtra Deū loquit̄ es, quasi
ipse peccata hominū cupiat & quærar, ad suā aliquā utilita-
tē ex eis capiendā. Ista enim tu satis apertē visus es indicare,
quū te ipsum contendis esse innocentē & iniuste percussam
à Deo sine culpa: quū contra Deū conquereris, q̄ innocen-
tē te post studiosissimē omnē iustitiā obseruatam, vt hostē
nihilominus habuerit, & vt inimicū sit crudeliter persequu-
tus: item quū suprā visus est dicere, quod ipse propter osten-
tationē potentix suæ sic te afflixerit, quōd; vt te affligeret
occasiones cōtra te quæsiuit, ponendo in neruo pedes tuos
& omnia tua vestigia considerando, aliāq; huiusmodi mul-
ta nimis licenter tu protulisti, in quibus impiæ huiusmodi
sententiæ satis apertē videntur indicatæ. 4 Posteaquā igitur
tu verba eiusmodi impia cōtra Deum effundere non es
veritus, & isti tui amici qui aliquousq; tibi resistere cœpe-
runt, suo nūc silentio tibi videntur conuiuere & cōsentire,
volo ego pro zelo diuinæ iustitiæ, secundū facultatem meā,
redarguere te qui ista ausus es asserere cōtra Deū: 5 simul-
que tecum istos tres amicos tuos, qui cōtra conscientiam in
præiudicium veritatis silendo tibi cōsentire videntur: & ea
quidē in re, in qua nullus est dissimulandi locus. 6 Et pri-
mū quidē maiestatis diuinæ altitudinē te iubeo cōsidera-
re, quæ vel sola consideratio meritō te deberet ab eiusmodi
improbissimis sermonibus cōpescere, ne tā vilia de Deo
tam

eam excelso loquereris. Suspice enim cœlū, & diligenter at-
 tende illius tū altitudinem tu latitudinem infinitā, & solidi-
 tatem incōparabilem: 7 & aërem ipsum hunc altissimum 7 *et con-*
 cū vniuersis cœlestibus ordinibus, qui humano patent con *templare a-*
 spectui, ad firmamentum vsq; diligenter cōtemplare: 8 *vt thera.*
 vel ex hac cōtemplatione tantæ latitudinis & sublimitatis, 8 *quod al-*
 tantæq; soliditatis & claritatis, discas altiorem esse Deū, & *tior te sit.*
 teipso & omni creatura: vtpote cuius gloria longè transcen-
 dat nostrā humilitatē, suprā aërem & cœlos eleuata: vt sic er-
 ga illum debita affici discas reuerentiā, dēq; tanta maiestate
 loqui assuescas reuerentius. 9 Cōtra autē illud quod tu vi 9 *Si peccauit*
 sus es dicere, Deū ex nostris peccatis suam quærere vtilita- *vis, quid ei*
 tē, dico ego, q̄ sicut nemo illi valet suis peccatis obesse, ita *nocebis?*
 nec prodesse, neq; peccando neque aliud quodcunq; ei do-
 nando. Nam siquidem tu peccaueris in aliquo contra eum,
 nō illi aliquid inferes nocementi, quasi per hoc aliquid ei
 decedat vtilitatis vel cōmodi. 10 Atque etiam si multipli 10 *Et si mul-*
 cata fuerint iniquitates tuæ aduersus proximos tuos, ita vt *tiplicatae fue-*
 nemini quod iustum est facias, agāsque cum omnibus iniu- *rint iniquita-*
 stē, nihil tamen mali poteris inferre Deo, sic vt ei per te ma *tes tuæ, quid*
 li aliquid accedat vel adueniat. Cū enim Deus eiusmo- *facies contra*
 di sit, vt ei nec boni aliquid auferrī, nec mali aliquid inferri *eum?*
 possit: non contingit autem aliter cuiquam nocere, nisi vel
 bona auferendo vel inferendo mala, cōstat hominem neq;
 peccando neq; alia quacunq; ratione Deo posse nocere.
 11 Sicut autē per iniustitiā suam nemo ei potest inferre no- 11 *Porro si*
 cumentū, sic ecōtrariō per iustitiam suā nemo ei potest ad- *iuste egeris,*
 ferre commodum. Quid enim à te accipit ille cōmodi, ex eo *quid dona-*
 quod tu iustē & benē viuis? Aut quid dare illi tu possis per *bis ei: aut qd*
 man⁹ tuas? aut ipse quid potest accipere de manu tua quod *de manu tua*
 ante non habuerit? Bonorū enim nostrorū ipse nō indiget: *accipiet?*
 nō accipit de domo nostrā vitulos, neq; de gregibus nostris *Psal. 15.*
 hircos. Omnia quæcunq; offerre illi possumus, ab ipso habe-
 mus, & de manu ipsius accepimus ea: vt nostris donis vel bo-
 nis nō possit in aliquo ditior euadere aut beator, qui ex sua
 natura sibi est sufficientissimus, nullius rei indigens vel indi-
 gere potens. 12 Multū quidem & variis modis nocere po 12 *Homini q̄*
 test homo homini, proximo suo, simili sibi, si impius fuerit & *similis est*
 sine timore Dei vitā agat: bona ei auferēdo quibus ad com *tui, nocebit*
 modam vitæ sustentationem indiget, aut mala inferendo in *īpietas tuæ*
 quibus

- 13 *Et filium hominis adiuvabit iniustitia tua.* quibus durum est vitā agere. 13 Similiter is qui iustitiæ & æquitatis est amans, multū prodesse potest sua iustitia homini proximo suo. In multis enim adiuuare eum potest, cōsilio & auxilio, vt bona sibi cōuenientia acquirat, mala sibi discōueniētia effugiat. Ita quidē mirū in modū potest homo homini, vel per iustitiā suā prodesse, vel per iniustitiā obesse: vt meritō proverbio vulgato celebratū sit, hominē homini deum esse: rursūq; hominē homini esse dēmonium. Ipsi autem deo, nullius obesse valet iniustitia, nullius prodesse iniustitia: multō verò minus, ex hominis iniustitia aliquā poterit accipere sibi vtilitatem. 14
- 14 *Propter multitudinē calumniatorum clamabunt.* Quantū verò homines sibi inuicem nocere valeāt per suam iniustitiam, satis manifestē quotidiana docet experientia, in clamoribus pauperū & afflictōrū, qui cū circūueniuntur & opprimuntur à calumniatoribus, fraude & dolo cōtra iustitiam se opprimentibus, gemunt sub pondere, & pro vindicta clamant in cælum.
- 15 *Et eiulabunt propter iram brachij tyrānorum. Et nō dixit. Vbi est deus, qui fecit me?* 15 Et cū à violentis tyrannis per potentiā supprimuntur, miserē eiulant præ amaritudine doloris, propter violētiam sibi illatā, cū se vidēt tantā pati iniustitiā, nec tamen posse inuenire vindictā. Et (quod valde mirandū est) nec sic tamē homines plerique tāta pressa angustia ad deum student respicere, adque eius confugere auxilium. Non leuant oculos suos ad Deum, vt in fide clament ad Deū, & dicant: Vbi est Deus? surge Deus, & iudica causam meam, ac libera me de manibus opprimentium. 16
- 16 *qui dedit carmina in nocte.* Deum (inquam) isti cæci non respiciunt nec invocant, tūc etiā cum maximē opus esset: cum tamen ipse vnicus sit consolator afflictōrum, homines in aduersitatibus, quasi in nocte & nubilo degentes, ita sua visitatione & cōsolationibus lætificans, vt etiā cātare eos faciat in gaudio, & gratias agere in cordis lætitia, in medijs aduersitatibus. Qui itē tantā gerit curā hominū, vt in noctis silentio & quiete hominibus tradat, vel per uisiones externas, vel per reuelationes internas, sua dogmata, quæ carminibus describi solent à sapiētibus. Qui etiā sic omnia suaviter disponit & vigilanter ordinatq; administrat, vt nocturno tēpore, quādo altē dormiunt homines, ipse quasi vigiliat & excubias seruans gallos aliāsq; auiculas ad cantandū suscitet, quādo adhuc in stratis suis stertūt homines. 17
- 17 *Qui docet nos, super iumenta terra.* Ipsum (inquā) prouidissimū nō inuocāt deū, qui tamē quān sit peculiariter amās nostri generis, & quān beneficis erga genus nostrum,

nostrum, ex eò manifestè ostendit, q̄ nos solos inter omnes
 corporales creaturas fecit rationales, ad imaginem & simili-
 tudinè suã, qua ex parte capaces nos fecit disciplinæ & in-
 structionis suæ, in quo omnia simul excedimus genera iu-
 mentorũ gradientium super terram, aut piscium in aquis na-
 tantium. 18 Peculiari quoq; instructione sua nos erudire
 dignatur excellenter, super omnia volatilia aëris: non solum
 nos dirigendo in officiis naturalibus, quemadmodũ aues &
 cætera bruta naturali quodã ductu dirigit & agit animãtia,
 verum etiã rationali disciplina & instructione peculiari, tam
 naturali quã gratuita in obseruatione præceptorũ suorũ
 erudiendo, quod nulli facit animalium, nisi homini soli. Do-
 cet etiã nos Deus super iumenta & volucres, siue per ea,
 aut ex eis, aut in eis: quia ex cõsideratione illorum docemur
 agnoscere dei potentiam, sapientiam & bonitatem, eiũsque
 admirabilem prouidentiam. 19 In hac autem infidelitate
 sua & cæcitate, homines isti dei prouidentiam nolentes cõ-
 siderare, etiã cum clamauerint de tribulationibus, quas ex
 oppressione tyrannorũ sustinent, non tamen merebuntur
 exaudiri à domino: 20 Idq; ob ipsorũ superbiã: quia vi-
 delicet nõ in humilitate se subdũt diuinę prouidentię, neq;
 infide supplices ad eam confugiunt, sed in superbia sua con-
 temnunt Deum, eiũsq; prouidentiam negãt & blasphemãt,
 quẽadmodum suprã te fecisse audiuius. 21 Non itaque
 Deus quoslibet indifferenter exaudiet quomocũque cla-
 mantes, nõ sic frustra exaudiet illos, etiã qui indigni sunt ex-
 auditione, sed illos exaudiet, qui propter humilitatẽ & fidẽ
 suam ex qua procedit eorum oratio, merentur exaudiri.
 22 Neq; sic indifferetẽ & sine discrimine omnes exaudiet,
 sed intuebitur ipse vt index & testis, singulorũ causas, actio-
 nes & studia, vt videat qui sint meritò exaudiẽdi, & qui re-
 pellẽdi. Tu ergo vt apud Deum exaudiri merearis, vide ne
 de prouidentia & iustitia Dei in corde tuo dubitationem
 vllam dominari permittas. 23 Imò etiã si ascẽdat in cor
 tuũ talis aliquãdo cogitatio, vt apud temetipsum incipias di-
 cere: Ecce nõ cõsiderat deus res humanas, nõ potest fieri vt
 Deus curam gerat rerũ humanarum, quæ tã inæqualiter &
 secundũ faciem iniquẽ videntur administrari. 24 Cũ
 talia (inquam) apud temetipsum cœperis cogitare aut dice-
 re, caue blasphemis eiusmodi cogitationibus locum conce-
 da:

18 & super
 volucres cœ
 li erudit
 nos.

19 Ibi clamo
 bunt, & non
 exaudiet.

20 Propter
 superbiam
 malorum.

21 Non ergo
 frustra au-
 diet deus.

22 & omni-
 potens cau-
 sas singulo-
 rum intue-
 bitur.

23 Etiam cũ
 dixeris, non
 considerat.

24 iudicare
 coram illo.

- das: sed continuo sistens te ipsum iudicio eius, quasi ante tribunal & in conspectu seueri iudicij eius, temetipsum reprehende & redargue, tanquam indignè de Deo sentientem & loquentem. 25 Quòd si forsitan nò statim argumenta videas prouidentia iustitiæque illius, expecta paululù, donec tempus veniat in quo illà tibi demòstret appertius. Quamuis enim ad tempus interdù dissimulet, vel peccata punire, vel opera bona remunerare, opportuno tamen tēpore eius
- 25 *Et expecta eum.* Quòd si forsitan nò statim argumenta videas prouidentia iustitiæque illius, expecta paululù, donec tempus veniat in quo illà tibi demòstret appertius. Quamuis enim ad tempus interdù dissimulet, vel peccata punire, vel opera bona remunerare, opportuno tamen tēpore eius
- 26 Nūc enī æqua & prouida iustitia in his apparebit. 26 Licet enim pro hoc tēpore, vel nò statim in ipso facto, Deus hominē puniat, ostendendo & exercendo in eū iram suam: & licet nūc nò ita grauitè puniat scelera hominū vt secundū rigorem diuinæ iustitiæ viderentur punienda, in futuro tamen quando palàm fiet exactū de singulis iudiciū, tunc apparebit ira furoris eius & vindicta intolerabilis iudicij eius: tunc apparebit quàm grauitè hominū impietates puniet, itēmq; quāto premio hominum opera bona remunerabit. 27 Cū igitur hæc ita se habeant, certūque sit ex istis, Dei prouidentiam ad humanos actus extendi, & optimè res humanas disponere in maxima iustitia, manifestum est, quòd Iob iste vanè & stultè os suū aperuerit ad obmurmurandum diuinæ prouidentia atque iustitiæ: videretur indoctè & sine scientia vera diuinarum rerum verba multiplicasse, nimis impiè loquens de occultis & æquissimis Dei iudiciis.
- 27 *Ergo Iob frustra aperuit os suū, & absq; scientia verba multiplicat.* to premio hominum opera bona remunerabit. 27 Cū igitur hæc ita se habeant, certūque sit ex istis, Dei prouidentiam ad humanos actus extendi, & optimè res humanas disponere in maxima iustitia, manifestum est, quòd Iob iste vanè & stultè os suū aperuerit ad obmurmurandum diuinæ prouidentia atque iustitiæ: videretur indoctè & sine scientia vera diuinarum rerum verba multiplicasse, nimis impiè loquens de occultis & æquissimis Dei iudiciis.

TRIGESIMISEXTI CAP.

ELVCIDATIO.

Cap. 36.
 1 Addēs quoq;
 Eliu, hæc lo-
 quutus est:
 2 Sustine me
 paululū, et in
 dicabo tibi.
 3 Adhuc enī
 habeo, quod
 pro Deo lo-
 quar.



Dhuc autem perstantibus in silentio Iob cum amicis, nihilq; ei respōdentibus, persequutus est disputator iste vehemens orationem suā: & quasi de nouo sermonē exorsus est, in hūc modum: 2 Si qua tibi, o Iob, reuerentia diuinæ maiestatis, exigo à te vt paululū adhuc sustineas, & quæ mihi supersunt dicenda patienter, vt cœpisti, ad finem vsq; audias. 3 Habeo enim præter ea quæ iam dicta sunt, alia quædam auditu digna & proposito negotio bene accommoda, quæ pro defensione diuinæ prouidentia & æquitatis, quam tu calumniaris & impugnas, plurimū valeant, & pro illius defensione proferre in mediū ea desidero.

4 Et quoniam valde mihi curæ & cordi est hoc negotium, 4 *Respetam*
 volo nō leuiter hac in re agere, sed à longe & ab alto repe *scientiā meā*
 tens, ac velut ex fundamēto resumens, declarabo scientiam in p̄ncipio, et
 meam, quā de rebus diuinis habeo: ad hoc videlicet, vt illū *operatorem*
 qui me fecit secundū corpus & animā, creatorē & operato *meum proba*
 rem meū, ab iniustitia (quæ ei falsō à te imputatur) vindicē, *bo iustum.*
 & iustum cōprobem: quē cum vt operatorē siue creatorem
 meū considero, omni iure ad ipsius defensionem obligatū
 me esse agnosco. 5 Debebis autē meritō tu meis patienter 5 *Veri enim*
 auscultare sermonibus, quoniā veritatē in se merā contine- *absque men-*
 bunt, nullo cōmixtam mendacio: sicut feci hactenus, ita etiā *dacio sermo-*
 posthac, nihil nisi meram synceramq; eloquar veritatē, eui- *nes mei,*
 tato, pro virili omni procul mendacio. 6 Neque dubito, 6 *et perfecta*
 cū ad finem vsq; sermones meos audieris, & scientiam meā *scientiā pro-*
 de rebus diuinis plenē intellexeris, quin illam meā facilē sis *habetur tibi.*
 tuispe probaturus scientiam. 7 Quoniam autem tu supra 7 *Deus po-*
 in multis verbis tuis hoc visus es iudicare, q̄ deus nō ex iu- *uentes nos*
 stitia te puniat, sed quasi ostentare in te & contra te volens *abiicit.*
 potentiam suam, quasi propter suam vtilitatē & ostentatio-
 nem te plaga ista percusserit (videlicet vt in te qui potens
 eras & magnæ authoritatis ante plagam istam, suæ potētix
 robor clarius ostentaret) ad confutandam istam tuam fal-
 sam persuasionem, illud tibi vt certum & indubitatum affir-
 mo, Deū nequaquam abiicere, odire aut persequi homines
 potētes nobiles aut diuites, quatenus huiusmodi sunt: ita vi-
 delicet vt eos propter suam potentiā nobilitatem aut diui-
 tias habeat odio, aut persequi velit. 8 Est enim & ipse ex 8 *quū & ip*
 sua natura potens diues & nobilis, imō omnis potētix & *se sit potens.*
 dominationis principiū, rex regū existens & Dominus do-
 minantiū. Vnde fieri nō potest, vt ipse quenquā odiat, ea ra-
 tione quia potēs est: alioqui quod in se diligit, in aliis odi-
 ret, quod diuinę repugnat naturę, quę creaturā secundū id
 in quo sibi assimilatur nō potest nō diligere, cū sit similitu-
 to fundamentū amoris. 9 Potentes ergo vt huiusmodi nō 9 *Sed nō sa-*
 odit deus nec persequitur, sed impios vt huiusmodi exo- *nat impios.*
 sos habet: & eos q̄ huiusmodi sunt, non amat nec saluat nec
 in p̄senti eis gratiæ suę dona conferens, nec in futuro do-
 na gloriæ, si in impietate sua permanserint. Solum enim pec-
 catum est, quod deus in hominibus odit, eò quòd secundū
 illud sit homo prorsus ei dissimilis, qui nec impietatem in se
 vllam

10 & iudiciū vllā habet, neq; author vel cooperator est eius. Si ergo vi-
pauperib⁹ tri- deatur potētes aliquos odio habere aut persequi deus, non
buet. eos persequitur, vt potētes sūt aut diuites, sed vt peccatores
sunt & trāsgressores iustitiæ. 10 Itē quia p pauperibus iustā
suo tēpore vindictā reddit in illos à quib⁹ oppressi fuerint,
ob hoc scilicet nō rarò cōtingit potentes puniri grauiter à
deo, nō quia potētes odiat, sed quia p pauperib⁹ ab illis vio-
lēter oppressis ipsi incūbit cōtra illos iudiciū facere, vt po-
te patri pupillorū & iudici viduarum. 11 Ab iis autē qui in
veritate sectātur iustitiā, vniciq; quod suū est iusta & quita
tis lance reddere satagētes: quicūque tandē illi fuerint, siue
pauperes siue diuites, siue potētes, siue plebei, nūquam beni-
gnissimus deus oculos suā puidā miseracionis benignique
respectus, quo filios suos & electos aspicit in bonū, auferet
vel auertet: sed firmabit ī & super huiusmodi misericordes
illos oculos gratiæ suæ, sollicitissimā semper & vbiq; eo-
rū curā gerens, vt eos in omnibus studiis suis salubriter diri-
gar, & in omnibus periculis diligēter custodiat. 12 Quod
autē istos benignitatis suæ oculos etiā à potētibus nō aufe-
rat, ex eo liquidē apparet, qd etiā reges ac principes iustitiæ
studiosos propter iustitiā suam exaltat, & in throno suo re-
gio inq; principatu suo cōfirmat, vsq; in multas lōgē post
generatiōes, quasi in perpetuū, quādiu filij parentū imitātur
iustitiā. 13 Illicque in regno cōstituti, erigūtur, exaltātur,
honorātur & magnificātur à Deo, ita vt fiant dominātes &
imperātes aliis, crescātq; sub manu ipsorū regna & imperia,
propter ipsorū iustitiā. In futuro quoq; sæculo, eos, qui hic
iustitiæ studēt, dei puidā miseratio, sicut in hoc sæculo nun-
quā derelinquit, ita neque tūc derelinquet: imò tūc eos ma-
ximè saluabit, cōstituens eos reges & principes, vt regnent
corā eo in sæcula sæculorū: & illic tūc patebit eorū exalta-
tio & gloria, qui donec in hoc mundo viuerēt, viles habe-
bātur & cōtēptibiles in oculis hominū. 14 Quod si etiam
nō nunquā ob peccata suā, cōtingat reges & potētes diuino
iudicio ad magnā deuenire humiliationē & contēptum, ita
vt in captiuitatē & quasi seruitutē redacti, ferreis cathenis
vinciātur, & funib⁹ quibus pauperes & seruilis cōditionis
homines ligari solēt, ne sic quidem oculos miseracionis suæ
prorsus ab illis auertet deus: sed prosequetur eos beneficen-
tia suā, etiā vsque ad extremā hanc angustiam. 15 Nimirū illis
sic

11 Non aufe-
ret à iusto o-
culos suos:

12 & reges
in solio col-
locat imper-
petuum,

13 et illic eri-
guntur.

14 Et si fue-
rint in carbe-
nis, & vin-
ciantur funi-
bus pauper-
tatis,

15 Inducabit

te patri pupillorū & iudici viduarum. 11 Ab iis autē qui in
veritate sectātur iustitiā, vniciq; quod suū est iusta & quita
tis lance reddere satagētes: quicūque tandē illi fuerint, siue
pauperes siue diuites, siue potētes, siue plebei, nūquam beni-
gnissimus deus oculos suā puidā miseracionis benignique
respectus, quo filios suos & electos aspicit in bonū, auferet
vel auertet: sed firmabit ī & super huiusmodi misericordes
illos oculos gratiæ suæ, sollicitissimā semper & vbiq; eo-
rū curā gerens, vt eos in omnibus studiis suis salubriter diri-
gar, & in omnibus periculis diligēter custodiat. 12 Quod
autē istos benignitatis suæ oculos etiā à potētibus nō aufe-
rat, ex eo liquidē apparet, qd etiā reges ac principes iustitiæ
studiosos propter iustitiā suam exaltat, & in throno suo re-
gio inq; principatu suo cōfirmat, vsq; in multas lōgē post
generatiōes, quasi in perpetuū, quādiu filij parentū imitātur
iustitiā. 13 Illicque in regno cōstituti, erigūtur, exaltātur,
honorātur & magnificātur à Deo, ita vt fiant dominātes &
imperātes aliis, crescātq; sub manu ipsorū regna & imperia,
propter ipsorū iustitiā. In futuro quoq; sæculo, eos, qui hic
iustitiæ studēt, dei puidā miseratio, sicut in hoc sæculo nun-
quā derelinquit, ita neque tūc derelinquet: imò tūc eos ma-
ximè saluabit, cōstituens eos reges & principes, vt regnent
corā eo in sæcula sæculorū: & illic tūc patebit eorū exalta-
tio & gloria, qui donec in hoc mundo viuerēt, viles habe-
bātur & cōtēptibiles in oculis hominū. 14 Quod si etiam
nō nunquā ob peccata suā, cōtingat reges & potētes diuino
iudicio ad magnā deuenire humiliationē & contēptum, ita
vt in captiuitatē & quasi seruitutē redacti, ferreis cathenis
vinciātur, & funib⁹ quibus pauperes & seruilis cōditionis
homines ligari solēt, ne sic quidem oculos miseracionis suæ
prorsus ab illis auertet deus: sed prosequetur eos beneficen-
tia suā, etiā vsque ad extremā hanc angustiam. 15 Nimirū illis
sic

sic i
faci
cog
feco
scel
tra
15
fuer
min
17 S
dix
ripic
intel
pitu
se ist
sic ag
nalin
poen
cord
aio d
posth
corre
uerit
studu
quā i
de ca
pculo
in pra
magis
residu
cio &
cūdū
lrauit
occaf
raji p
turpit
in max
hos co
ferient
iudici

sic in captiuitate tā vili & forte tā miseranda cōstitutis, hāc eis opera co-
 faciet misericordiā, & interi⁹ p̄stabit illuminationē, vt re- *rum, et scele-*
 cogitātes dies & annos suos p̄teritos, expēdāt opera quæ *ra eorum:*
 fecerunt quū adhuc essent in prosperitate sua: & intelligēt
 scelera sua maxima & plurima, quibus & cōtra deū & con-
 tra homines grauiter nimis & multipliciter peccauerunt.
 16 quōd scilicet non sicut debuerant in māsuetudine p̄- *16 quia vio-*
 fuerint suis subditis, sed tyrānicē & violēter eis fuerint do- *lenti fuerūt.*
 minati, cōtra iustitiā per vim potētiae suae eos opprimētes.
 17 Sicq; illis in aduersitate positis, benignitate misericor- *17 Reuelabit*
 diae suae Deus cordiū aures animiq; auditū aperiet eos cor- *quoque aurē*
 ripiendo & arguēdo interius de antē patratīs sceleribus, vt *corū, vt cor-*
 intelligāt & agnoscat peccatorū suorū multitudinē & tur- *ripiat:*
 pitudinē, quibus hāc Dei iram meruerūt, sciantq; iustē pati
 se ista propter p̄terita facinora sua pessima. 18 Illis autē *18 et loque-*
 sic agnoscentibus peccata sua, loquetur in illis De⁹ sua inter- *tur, vt reuer-*
 na inspiratione, siue etiā externa nōnūquā admonitione, vt *tatur ab ini-*
 p̄nitentiā agētes de pristinis omnibus peccatis suis, ex toto *quitate.*
 corde ad ipsū cōuertātur, peccata p̄terita simul oīa ex
 aīo detestātes, & p̄posito firmo, q̄ virtutis sunt atq; iustitiae
 posthac sectari decernētes. 19 Et quidem hāc dei benignā *19 Si audie-*
 correptionē atq; visitationē, si potētes illi hūiliter accepta- *runt, & obser-*
 verūt, occasionēq; tantā p̄nitentiā sibi ad salutē cōuertere *uauerint,*
 studuerint, vt audiāt vocē domini, tā exterioribus flagellis,
 quā internis inspirationib⁹ vocātis ad p̄nitentiā, ipsūque
 de cætero & p̄cepta ei⁹ diligēter obseruēt, cedet hoc eis
 p̄culdubio in bonū, & salutē, non solū in futuro, sed etiā
 in p̄senti sæculo, ita vt restituti in statū pristinū, vel etiā
 magis floridū. 20 post actā p̄nitentiā, dies & ānos vitæ suae *20 comple-*
 residuos cōpleāt in magna fœlicitate & gloria, in multo gau- *būt dies suos*
 dio & honore, nō solū secūdū animā interius, verū etiā se- *in bono &*
 cūdū exterioris fortunæ splēdorē: quēadmodū crebr⁹ mō *annos suos*
 strauit in plerisq; experiētia. 21 Si verō post tantā salutis *in gloria.*
 occasionē, post tā efficacē correptionē & eruditionē, obdu- *21 Si autem*
 rati p̄manere elegerūt, nolintq; peccatorū suorū agnoscere *non audie-*
 turpitudinē aut p̄nitentiā agere, cedet hoc eis p̄culdubio *runt, transi-*
 in maximū malū. Quia enim per virgam, qua solet Deus si- *bunt per gla-*
 dios corrigere delinquētes, noluerūt emendari, iustē gladio *dium:*
 ferientur hostili, horrendū æternæ damnationis suscepturi
 iudiciū, quo transibūt à vita tēporali ad mortē sempiternā,
 à luce

22 & confu-
mētur i stul-
titia,

à luce mūdi huius ad tenebras inferni, à modicis & momen-
taneis delitiis ad inastimabilem luctū & tormēta perpetua,
22 Sicq; propter suā stultitiā miseri isti cōsumētur & per-
dētur, perditiōne sempiterna, eō q̄ nec prosperis nec aduer-
sis sapiēter vsi fuerint, neq; toties & tā efficaciter a deo mo-
moniti vōluerint respicere. Vnde manifestū est, q̄ deus po-
tentes nō abiiciat vt huiusmodi quū etiā post peccata plu-
rima ad pœnitentiā eos recipiat, & pristinae cōditioni re-
stituatur. Nihilomin⁹, si impij sint & in impietate sua obstina-
ti permanere elegerint, ita eos quidē abiiciet deus, verūm
nō quatenus potētes sunt, sed quia impij & impœnitentes
obduratiq; in malitia. Quod si fortē interdū videātur aliqui
ex eis ad deū clamare in aduersitatibus, qui tamē non libe-
rantur, id ego arbitror illorū hypocrisi & simulationi impu-
tandum. 23 Eos enim qui duplucos sunt animo, & simula-
ti fictiq; & astutu hypocritæ: qui in aduersis fingūt quidē &
exterioribus gestibus atque vocibus simulant, se pœniten-
tiā agere & deū inuocare, nō tamē ex animo illi fidūt neq;
ex corde ad eū cōuertuntur, hi, nihil mirū si nō exaudiātur:
cū tales sua hypocrisi & simulatione magis exasperēt quā
leniant aut mitigēt iracundiā dei, qui nō extēdora respicit,
sed corda intuetur, nihilq; peius odit quā fictionē & hy-
pocrisim: cum sit ipse perfectē vera & simplex, imō veritas
mera & simplicissima simplicitas. 24 Neque huiusmodi,
quū etiā in maximas aduersitates dei iudicio inciderint, ita
vt etiam vinculis alligati iaceant, oculos suos ad deū leua-
būt: vt eū ex animo inuocēt: propter quod, nihil mirū est, si
nō exaudiātur. 25 Meritō igitur isti sic obdurato animo
permanentes in malitia, non consequentur à deo miseri-
cordiam, sed exorta subita aliqua tempestate morti traden-
tur: secundū corpus quidem, morte corporali deficient, vbi
cōmotio aliqua vel tumultus vel impetus vulgi aut princi-
pis alicuius subitō fuerit exortus: secundū animā verō mor-
ti tradentur æternæ, terribili illa sententia diuini iudicij in
modum tempestatu horribiliter super eos insonante, vt di-
catur eis: 26 Discedite à me maladicti in ignem æternum.

23 Simulato-
res & calli-
di, prouocant
iram dei:

24 Neq; cla-
mabunt, cum
vinculi fuerit.

25 Morietur
in tēpestate
aīa eorū.

26 & vita
eorū inter ef-
fremminatos.

Sicque eorū vita diuino iudicio, tā corporalis mūdi huius,
quā spiritualis ipsius animæ, qua beatē vixissent in futu-
ro sæculo, si iustē vixissent in præsentī, vel egissent pœniten-
tiā, deficient atque peribit inter homines manifestē impio;

& quos passim omnes reprobât atq; cõdemnant: cuiusmodi
 sunt homines molles & effceminati, qui nihil agût boni, nec
 aliud quàm carnis explent voluptates, comessando, potitã-
 do, scortãdo, & huiusmodi alia faciendo. Istis ergo superbis
 cõtẽptores iustitiæ & Dei, qui neq; iustè viuere volût, neq;
 correpti agere pœnitentiã, sic diuinæ iustitię seuera ultione
 perdentur. 27 Verùm eos qui humiles sunt & pauperes
 spiritu, in humilitate Dei pœceptis obedientes, aut certè si
 peccauerint ad correptionem diuinæ miserationis agentes
 pœnitentiã peccatorũ pœcedentium, istos de angustia &
 tribulatione sua humiliter & ex corde sincero inuocatus
 Deus eripiet. 28 Sicq; eos in tribulatione per internã suã
 inspiratione erudiet, vt nõ mediocre cõmodũ & profectum
 salutis ex correptione illa reportent. 29 Non est igitur
 quare tu desperare debeas, quasi nolit Deus tibi parcere, e-
 tiã si pœnitentiã agas. Indubiè enim si plagis istis eruditus ex
 animo agere velis pœnitentiam, ab omnibus malis te libe-
 rabit, & omnibus bonis te adimplebit. Eripiet scilicet te ab
 omni tribulatione & anxietate, & peculiariter à dãnatione
 inferni: cuius est quidẽ os angustũ, tum ratione duri diffi-
 cilisq; accessus siue ingressus in ipsã, quia per corporale mor-
 tẽ (quæ est omniũ terribiliũ terribilissimũ) quasi per os siue
 ostium trãseunt mali ad damnationem inferni: tum ratione
 cõtinentiæ & constrictionis quantum ad exitũ, eò qd nemo
 inde possit egredi. 30 Idem tamẽ os angustum, simul est
 & latissimũ, vt dici meritò possit latissimè angustũ, ratione
 infinitæ capacitatis: quoniã in retinẽdo latissimus est infer-
 nus quotquot aduenerũt capiens, & nunquã dicens sufficit,
 quasi subtus nullum habeat fundamentũ siue fundũ: quẽ ad-
 mododũ dolium pertusum aut saccus pertusus, non habens
 subter se fundamentum vel fundum, infinite capax est, sine
 determinata vlla mensura. 31 Nõ solũ autẽ à malis te li-
 berabit, verum etiã bonis adimplebit, faciẽtq; te requiescere
 à laboribus, & sincerè delectari: quemadmodũ ij qui mensẽ
 accumbũt, omnigenis & pinguisimis delicatissimĩsq; ador-
 nate ferculis. Faciet te & ï presenti tẽpore requiẽ habere, in
 delitijs bonæ conscientiæ, quæ est quasi iuge conuiuium: &
 post vitã istam, æterna & perfecta perfrui beatitudine, illi
 accumbentẽ mensæ, vbi adipe siue pinguedine diuinitatis
 sãciabuntur omnes electi. 32 Causã tuã apud deum venti-

27 Eripiet
 de angustia
 sua pauperẽ

28 Et reue-
 labit in tri-
 bulatione
 aurem eius.
 29 igitur sal-
 uabit te de
 ore angusto
 latissime,

30 & non
 habentẽ fun-
 damentum
 subter se.

31 Requies
 autẽ mensæ
 tua erit ple-
 na pingue-
 dine.

32 Causa tua
 quasi impij

- iudicata est:* lata est & examinata: & sic de te coram tribunali diuini iudicij iudicatum est, sicut de homine impio: talis contra te data & lata sententia, vt tanquã homo impius punireis pro peccatis tuis. 33 Eãq; sententia cū ex diuino iudicio contra te lata fuerit, debebis tu, si sapiens, causam tuã vt iudicata est, & iudiciũ quo cõtra te iudicatũ est, patienter de manu domini suscipere, tuã volũtatẽ diuinã sententiã cõformãdo, & peccatis tuis istã plagã imputando. 34 Cũ verò sic, accepto patienter domini iudicio, tibi cõtigerit pristinã cõditioni restitui, caue diligenter, ne iterum pecces aliquo illorũ peccatorũ, quibus verisimile est te istã plagã prius commeruisse. Videlicet hoc tibi imprimis cauendũ est, quẽadmodũ & vniuersaliter omnibus quibus cõmissum est iudicariẽ potestatis officium, ne ex vlla passione iracundiã, odij, rancoris, inuidiã, aut qualibet auersione inordinata, mouearis ad grauandum siue opprimendum aliquem iniquo iudicio.
- 33 *causam iudiciumque recipies.*
- 34 *Nõ te ergo superes ira, vt aliquem opprimas.*
- 35 *nec multo do- norum inclinet te.*
- 35 Ex altera quoq; parte cauendum est, ne propter respectũ proprij cõmodi, propter respectũ ad munera quorũcũq; etiã fuerint, vel quantũcũq; opima, aut ad fauorẽ siue gratiã potentũ, declinari & auerti permittas affectũ tuũ à vero & iusto iudicio. Ab his enim duobus, imprimis liberos esse oportet eos, quibus cõpetit iudicariẽ potestatis officium, ab ira & respectu munerũ. Impedit enim illa animũ ne possit cernere verum: & munera excæcant oculos prudentum.
- 36 *Deponere magnitudinem tuam absque tribulatione:*
- 36 Deponere præterea debebis, & longẽ à te abiicere omnem magnitudinẽ & superbiã animi, quã frequenter ipsis iudicibus est occasio magnã iniustitiã, illam (inquã) deponere debebis, etiã si nõ cogaris, sine vexatione & tribulatione, ex vltronea voluntate, ex cordis affectu humilitatem & animi modestiã induens, quẽ ipsis iudicibus maximo est ornamento. 37 Deponere quoque debebis omnes illos qui cõfidunt in robore & fortitudine sua, qui ex cõfidentia suã potẽtiã alios conãtur opprimere, & vim inferre proximis. Istos deponere primũ quidẽ è corde tuo eos amouẽdo, vt nõ talibus faueas, neq; auxilium vel patrocinium impẽdas, imò nec ob eorum respectũ vel fauorem quicquam aliter quã iustitia dictauerit, agas. Deinde, quantum in te est, humiliã illos atq; in ordinẽ vitã cõmunis cõmunisq; iustitiã coge, ne cõtra ius & æquum aliquid possint, etiam si tentent, in proximos & conciuẽs suos. Huiusmodi enim homines violentos

lentos, debet iudex officij sui autoritate compescere & pro
 hibere. 38 Deinde & hoc tibi erit attendendum, ne dormi- *38 Ne pro-*
 tando & ociando tuasque voluptates quaerendo, diu pro- *trahas no-*
 trahas noctem, ita vt tumultuantes populi surgant pro eis *stem, vt ascē*
 siue propter eos. Ne tandiu dormitaueris atque cessaueris, *dant populi*
 donec cum tumultu & seditione insurgant ciues & plebs, *pro eis,*
 propter violētias diuitū à quibus opprimuntur: sed inuigilan-
 dum est diligētē, & tēpestiuē prouidendū, vt potentū, qui
 vulgus populi opprimere querūt, reprimatur malitia & vio-
 lētia, priusquā ad impatientiā adactū vulgus in seditionem
 vertatur cōtra illos. Cū enim nō fiat huiusmodi seditiōes
 tumultus & insurrectiones populares, sine maximis ciuitatū
 & cōmunitatū periculis, summē prouidēdū est praefectis &
 iudicibus, ne ipsi dormitādo & negligēdo, huiusmodi malo
 praebāt occasionem. 39 Postremō cauere tibi quā solli- *39 Caue, ne*
 citissimē debebis, ne posthac iterū ad iniquitatē istā pessi- *declines ad*
 mam blasphemiae declines, vt ei cōsentias, quemadmodum *iniquitatem.*
 nūc fecisse probaris. 40 Hāc enim iniquitatē omniū pessi- *40 Hāc enī*
 mam tu cōepisti sequi & amplecti, post miseriam plage huius, *cōepisti sequi*
 qua percussus es à deo, quasi querēs in ea tuā cōsolationē, *post miseriam.*
 vel cōtra deū, qui te percussit, quasi vindictā. Ab hac igitur
 sollicitē teipsum obseruare debebis, ne fortē iterū aliquādo
 in eandem recidas pestem, omnibus piis maximē execran- *41 Ecce de⁹*
 dam. 41 A qua quidē blasphemiae iniquitate, meritō ho- *excelsus ī for-*
 mines debet compescere ipsa consideratio diuinæ maiesta- *titudine sua:*
 tis, quae supereminet omnibus. Ecce enim deus ipse excel-
 sus est & supereminēs in fortitudine roboris sui, superemi-
 nens omnibus & supereuincens omnia, ita vt nulla creatura
 illius possit fortitudini resistere vel coequari. 42 Quem- *42 & null⁹*
 admodū autē supereminet fortitudine, sic etiā sapientia an- *ei similis ī le-*
 tecellit atque prudētia, ita vt inter omnes legislatores siue *gislatoribus,*
 gubernatores communitatum, qui inter homines habētur
 sapientissimi & prudentissimi, qui per sapientiam suam leges
 condunt pro tempore & loca ad populi bonū regimē accō-
 modas, & per prudētiam suam iustē pacificeq; moderari sub-
 iectos sibi populos norūt, nemo ei possit cōparari vel coe-
 quari: cū omnis humana sapiētia, prudētia atq; experientia
 cū illius sapiētia collata, nō aliud sit quā guttula quaedam
 modica comparatione ad immensum pelagus, & arena exi-
 gua in cōparatione montis altissimi. 43 Vnde, cum sit ipse *43 Quis po-*

- teris scrutari vias eius?* tam superexcellēs, quis suo ingenio creato & finito præsumat posse se ad profundū vsq; exhaustire, siue ad plenū comprehendere occulta consilia atq; iudicia eius, quibus administrat mundū, & peculiariter res humanas?
- 44 *Aut quis audeat & dicere, operatus es iniquitatem?* Aut quis tan tæ erit cōfidētix siue audaciæ, qui quasi ex autoritate præsumat illius facta diiudicare, vel iniquitatē aliquā ei impunitare, vt per increpationē ei dicat, q̄ in hoc aut illo peccauerit? Constat sanè, neminē tātæ autoritatis inueniri, neq; inter homines neq; inter angelos, cūm Deus ipse ex sua natura sit impeccabilis: atq; etiā si peccaret ipse, nemo tamē inueniri posset superior, qui per autoritatē eū posset arguere vel corrigere.
- 45 *Memēto, q̄ ignores operus eius,* Debet autē homo ad excitandam in seipso debitā erga Deum reuerentiā, & præsumptionē refellendam, illud attentius & crebrius considerare, quod neq; opera ipsa Dei, imò nec vnum aliquod vel minimū ex omnibus Dei operibus, etiā sensui nostro subiectis, valeat penitus cognoscere, & omnem quæ de eo haberi potest scientiā assequi: ita vt ipsa quam fortē de eo haberi cōtigit scientia, cōparatione ad ea quæ adhuc ignorantur & latent in eo, ratione nimix suæ imperfectionis, quædā ignorātia vel nesciētia meritò possit appellari: potiūsq; opera ipsa Dei ignorare dicamur aut nescire, quā scire vel cognoscere.
- 46 *De quo ce cinerēt viii.* De ipso tamē siue Deo siue opere Dei, iam antè viri egregij, homines in rebus diuinis atq; humanis admodū eruditi, philosophi, theologi & poētæ insignes, poēmata vel carmina plurima, quātūm ad humanū spectat iudiciū, eruditionis plena, conscripserūt atq; ediderunt: neq; tamē quicquam vidētur, ea quæ expressa sunt illorū libris, cōparatione ad ea quæ adhuc de illo & operibus illius canenda aut scibenda supersunt. Tametsi enim multa illi iā scripserint & cecinerint, longè tamē plura supersunt de Deo operibúsq; eius mirabilibus, quæ nemo hactenus suis libris inscripsit. Vnde si neque ipsa Dei opera oculis cōspicua possit homo satis cognoscere, ipsum Deū inuisibilē & iudicia eius occulta quomodo præsumet inuestigare vel etiā arguere?
- 47 *Omnes homines vident eum,* quidē homines rationis beneficio vtētes, aliquatenus eū agnoscere possunt, & cognitiōe aliqua saltē tenui & imperfecta ad eū pertingere: cōsiderantes in creaturis quasi in speculo creatorē, in opere artificem quasi in ænigmate cōtemplantes: quoniā inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intelle

Et cōspiciuntur: & à magnitudine rerum visibilium potest creator vtcūq; videri. 48 Attamē nemo potest illū perfe-
ctè sicut in se est cognoscere, quæadmodū ea cognoscimus quisque in-
quæ propè videmus, nostris oculis proximè obiecta: sed co-
gnitione admodū imperfecta & nimis exigua scientia, quæ-
admodū ea quæ longè à nobis distant, & quæ à longinquo
respicimus admodū tenuiter & imperfectè cognoscimus.

49 Ecce enim Deus nimirū magnus est & supereminēs: ma-
gnus in potētia, magnus in sapiētia, magnus in bonitate, ma-
gnus in iustitia, magn⁹ in misericordia, deniq; in omni per-
fectione magnus, imò optimus & maximus. 50 Pērq; hāc
superexcellentiā incōparabilis magnitudinis, superat ipse &
superuincit omnē nostrā scientiā, ita vt nulla humana scien-
tia plenè eū possit assequi, vel ad eius cōprehensionē ascen-
dere. 51 In annorū quoq; numero & durationis lōgitudi-
ne, superat omnia creata: cum sit eius duratio æterna, nullo
annorū numero æstimabilis, cōprehensibilis, aut numerabi-
lis. 52 Quam quidem diuinæ magnitudinis excellentiā, in
non paucis naturæ operibus facilè aduertet, quisquis ea at-
tētius cōsiderauerit. Ipse enim est, qui è locis humidis & a-
queis vapores aufert, educit ac fufsum trahit in aërē: qui per
actionē frigoris in media aëris regione fortius operātis, ver-
tuntur in guttas aqueas, quæ pluēdo decidunt super terram.
Contrā etiā, quū vult, prohibet guttas pluuiarū, ne cadāt su-
per terrā: vel ad dandam hominibus cōmodam serenitatē,
vel ad inducendā eisdē (ob suorū peccatorū demerita) in-
cōmodam sterilitatē. 53 Effundit quoq; super terrā, ad fœ-
cundandū eam & irriganda terræ nascentia, copiosās & fœ-
cundas pluuias: in tanta vtiq; abūdantia, vt videantur in mo-
dum gurgitū impetuose desuper cadere, aut super terrā de-
fluere, ad implendos torrentū alueos. 54 Qui quidē gur-
gites hymbrium aut pluuiarum, desuper effluunt è nubibus
aquosis in aëre pendentibus: quæ nubes, vniuersam aëris ca-
pacitatem videntur implere, & terræ latitudinem, omniāq;
in ea cōtenta desuper prætexere vel cooperire, dum se lon-
gè latēque in omnes aëris partes extendunt, singulas quo-
que partes terræ sic opperiant pluendo, vt nullus vsquā lo-
cus inueniatur, qui non aqua rigatus appareat. 55 Rur-
sum verò aliās, quum serenitatem dare voluerit, & pluuiosam
auram in lætam siccāmque permutare, cum nubes prius

48 Vnus-
quisque in-
uenitur pro-
cul.

49 Ecce De⁹
magnus,

50 vincens
scientiā no-
stram.

51 Numerus
annorū eius
æstimabilis,

52 Qui au-
fert stillas
pluuiæ,

53 et effundit
hymbres, ad
instar gur-
gitum.

54 qui de nu-
bibus fluūt,
quæ præte-
xunt cuncta
desuper.

55 Si volue-
rit extēdere
nubes quasi

- 56 & fulgur rare lumine suo desuper,* tempore pluuiali dēfatas & cōpactas, nūc rarefacere, disten-
 dere siue extendere, ad eū modū quo extēditur quān fieri
 potest latissimē & fufissimē tentoriū aliquod. 56 Nubibus
 verò sic latē extēsis, voluerit deide lumine suo desuper ful-
 gura, .i. liberos absque impedimēto densarū nubium solis ra-
 dios, per nubes rarefactas & tenues, desup effundere ab axe
 solis: 57 tāta subitò orietur inde auræ serenitas & aëris to-
 tius claritas, vt ipsas quoq; maris extremitates, quæ prius a-
 tris nubibus & horrēda tēpestare obduci videbātur, nūc se-
 renitas maxima & summa claritas perfundat. Cōtiā etiā, si
 dēsis & aqueis nubibus aërē opplere atq; obducere volue-
 rit, quasi tētorio quodāi illis se occultādo iuxta humanisē
 sus æstimationē: ac deinde per exhalationē calidā siccāque
 inter frigidā nubis latera inclusā, fulgura emittere cū toni-
 truo voluerit, sicca illa exhalatiōe frigidā nubis latera vio-
 lēta cōcussioe prūpēdo (vnde fulgurea nascitur post toni-
 trui sonū istāmatiō) poterit de^o subito ipsas quoq; maris ex-
 tremitates fulgure huiusmodi & tēpestare, nō minus quān
 terrā, perfundere & cōfundere. 58 Per hæc enim, .i. per nu-
 bes & pluuias, per serenitatē & tempestatē, per hymbres ful-
 gura & huiusmodi, ipse deus populos gubernat, regit & iu-
 dicat: benefaciēdo per ea bonis, vt rerū omniū ad vitā ne-
 cessariarum accipiant abundantiam: malos autem terrendo
 & puniendo, vt rerum omnium patiantur egestatem, atque
 etiam quæ videbantur habere, perdant. 59 Et his mediis
59 & dicit escas multis mortalibus. escas commodas ē terra progigni facit atque subministrat,
 non tantūm hominibus, quibus educit frumentum de terra
 ad confirmandum cor hominis, & vinum ad lætificādam ip-
 sum, verū etiam aliis iumentis & bestiis, quibus scēnum & her-
 bam producit in pratis & mōtibus. Neq; verò paucis tantū
 hominib⁹ ac bestiis, in vna aliqua gēte aut parte terræ, escas
 necessarias ille subministrat, sed multis omnino & plurimis,
 in quacūq; portione terrę habitātib⁹ vel pascētibus. Om-
 nia enim ab illo expectāt, vt det eis escā in tēpore opportu-
 no: ipsoque manum suā aperire, implētur omnia bonitate.
- 60 In manibus abscondit lucem:* 60 Idem ipse lucem istam corpoream solis huius, quātum
 quidem ex se omnibus in commune lucentem, quādo vult
 abscondit & subtrahit ab oculis hominum, perinde quasi in
 manibus suis eam absconderet: ad eū modum quo homines
 candelam aut faculam modicā accensam manibus suis pos-
 sunt

sunt obtegere, ne videatur splendor eius: sic nullo negotio potest Deus quasi in manibus occultare lucē, vel quādo per tēpus noctis eā subtrahit, vel etiā tēpore diurno per nubiu densarū interpositionē, inter solis rotā & aspectū hominū.

61 Rursumq; vbi voluerit splendidū solis iubar terræ restituere, vel post noctē reducturus diē, vel post tēpestatē redditurus serenitatē: ex ipsius p̄cepto, decreto & ordinatione rursus illa aduenit, & cū maiori gratia post aliquantā absentia iterū sese mortalibus ostētat.

62 De hac autē luce, luce in quā spiritali & diuina, cuius hęc corporalis & solaris lux imago quēdā est & symbolū: de hac, in quā, luce spiritali & diuina charis suis & amicis, i. hominibus iustis & piis, annūciat & testificatur sua interiori inspiratione optimus Deus, hoc eos docens intus in eorū cordibus:

63 quod lux ista sit preciosus quidā thesaurus, & singulare quoddā peculū maximi pretij, quo ipse suos donat, exornat nobilitatq; dilectos, per eius lucis infusionē homines diuine participes naturæ efficiens: nunc quidē in luce imperfecta fidei & spiritalis gratiæ, post verò in luce perfecta clarę visionis & beatę gloriæ.

64 Hoc itē annūciat & inspirādo p̄dicat suis amicis, q̄ ad lucē illam, si modò velint, possint cū auxilio & cooperatione diuinę gratiæ (quæ nunquā electos destituit) per liberi sui facultatē arbitrij ascendēdo mēte & affectu, pertinere. Quicumque enim nunc in valle hac lachrymarū ascensionēs voluerunt in corde suo disponere, mentēq; & affectum ad lucē illam extendere, ascendent quidē & pertingēt ad eam, eamq; ex benignitate Dei adipiscuntur, vt nunc latentur in gratia, post verò satientur in perfecta gloria.

61 & p̄cipit ei, vt rursus adueniat.

62 Annūciat de ea amico suo.

63 quod possessio eius sit,

64 & ad eā possit ascendere.

TRIGESIMISEPTIMI.

CAPITIS ELUCIDATIO.



Ista quæ modò breuiter perstricta sunt, mirabilia Dei opera aliāque huiusmodi tam magna sunt tam profunda & inscrutabilia, vt cū ea subinde attētius mecum recogito, expauescat p̄æ admiratione nimia intra me cor meum, & quasi palpitando cōmoueat de loco suo: maximē dū illud recogito, quod amicis suis de lucis beatę possessione reuelat, eo quòd stupendum

Cap. 37.

1 Super hoc expauit cor meum, & emouit est de loco suo.

- nimis videatur, hominem creaturam vilem & fragile de terra puluere natam, ad tantæ gloriæ sublimitatem posse con-
- 1** *Audiet autem conditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem.* scendere. **2** Inter cætera autem diuinæ virtutis opera, valde terribilis est vulgaribus hominibus tonitruus sonitus: quâdo videlicet audiunt homines super terram habitantes, a conditionem siue sonitum horribilem, quasi Dei irati & iram suam terrore vocis declarantis, & sonum horribilem quasi de ore Dei procedentem. Quemadmodum enim homines grauiter irati voces emittere solent horribiles, & clamores atque boatus, præ indignatione nimia: ita humano iudicio videtur Deus, dum tonat in nubibus, quasi iratus clamare siue boare, ad declarandam iram & indignationem suam. **3** *Connes cælos ipse considerat,* siderat autem ipse & videt singula vbique, sicut supra cælos, ita etiam infra omnes cælos, quæcunque geruntur vel in aëre vel in terra: & administrante eo, vbique fiunt quæcunque fiunt. **4** *& lumen illi super terminos terra.* Terram vniuersam ab oriente vsque in occidentem, à septentrione vsque ad meridiem, ipse perfundit & illustrat claro lumine quod desuper ab axe solis, astrorumque cæterorum effundit super terram, nonnunquam etiam lumine fulgureo, quod simul cum tonitruus voce apparet. **5** *Post eum rugiet sonitus.* Quasi post eum aut sub eo, in inferioribus istis nubibus, quæ longe infra altitudinem sunt cæli supremi, in quo residet deus, contingit sæpius audiri rugitum horribilis sonitus tonitruus, unde terreantur mortales, quemadmodum quum rugitum emittit leo, & expauescunt ad eius rugitum animalcula cætera.
- 6** *tonabit voce magnitudinis sue.* Sic tonat ipse voce sua magnifica, ad declarandam magnificentiam & terrorem maiestatis suæ. **7** *& non inuestigabitur, cum audita fuerit vox eius.* Neque tamen postquam ista eius vox tonitruus fuerit audita poterit inuestigari aut determinatè cognosci siue comprehendere, vbi nam formata sit, vel unde venerit, aut quò vadat, aut quomodo sic formata sit. Vocem enim tonitruus facile quilibet audit, sed nescit homo determinatè cognoscere autem qui modum ipsum huius tonitruus, & cætera quæ in eo sunt mirabilia penitus considerare. Neque etiam Deus ipse postquam tonauerit voce ista magnitudinis suæ, poterit per huius vocis vestigium inuestigari & inueniri ab hominibus, ad eum modum quo solent homines facile eos perquirere & inuenire quorum voces audiunt. **8** *Tonabit deus in voce sua mirabiliter.* Ad hunc modum inquam, tonabit Deus quasi voce sua terribiliter, ita vt expauescant non solum animalia bruta, quæ ad auditum illius se concludunt intra antra sua, nec audet præ metu tonitruus

trui egredi, verū etiam homines præ timore delitescētes in domibus & interioribus cubiculis suis. 9 Ipse, inquā, Deus 9 *qui facit qui nō solū in vno hoc admirabilē se præber, sed etiam alia magna et in plurima facit opera, tā magna & admirāda, vt nemo ea peni scrutabilia, tus intelligere & peruestigare possit suo ingenio, eo q̄ nimīū superexcedāt captū omnis creaturæ: 10 Ipse videlicet 10 Qui præ- est, cuius præcepto, decreto, & ordinatione, nix ipsa certis cipit niui, vt anni tēporibus desuper cadit super terrā, eamq; cooperit, descendat in pro utilitate terrę nascētū: vt terra frigidissimis tota oper- terram. ra niuibus, intra se calorē seminalē multiplicet, semina quo- que in terra delitescētia melius mortificētur ad proferendū fructū multiplicē, ac deinde resoluta in aquā niuis materia, terrā ipsam ingrediatur & fœcūdet eam. 11 Præcepto itē & 11 et hyemis ordinatione eius, hyemales pluuiæ cōsuerudinarie & regu pluuiis. lariter per singulos annos veniūt: ad hoc vt terra per æstatem vigore suo & pinguedine exhausta, per actionē nimij caloris, & propter fructū quos protulit abūdantiam, suam iterū pinguedinē vbertatēque recipiat, ad proferendū ventura quoq; æstate fructus cōsimiles. 12 Hymbres quoque 12 et hymbri mittit suo tempore copiosos, hymbrem matutinum & se- fortitudinis rotinum, prout nouerit expedire ad fœcunditatem terrę & sua. terræ nascētium profectam: quos ipse in sua fortitudine immittit super terram, vt melius terram intrent, & ad radices vsque penetrent, quo fortius emissi fuerāt super terrā.*

13 Ipse est qui singulis hominibus singulas imprimit & ve- 13 Qui ma- lut inscribit atque insculpit naturales inclinationes: in ma- nu omnium nu eorum, id est, vi operatiua signando per quandam natu- hominum si- ralem dispositionem, vt singuli faciliē intelligant & aduer- gnat, vt no- tant suas operationes atque exercitia, quibus velut à natura uerit singuli & ordinatione diuina sunt destinati, alij ad alia, quidam vi- opera sua. delicet ad agriculturam, quidam ad artē fabrilem, alij ad negotiationes, alij ad exercitia liberalium disciplinarum, alij ad militiam, alij ad rerum publicarum administrationem. Nemo enim inuenitur mortalium æquē ad omnia appositus, sed naturaliter singuli ad quædā peculiari tractu ducuntur: vt si ad illa animū adiecerint, duplō fœlicius in illis versentur, quàm si ad alia se cōuerterent, ad quæ non ita naturali dispositione sunt habiles. 14 Ipso quoque instigāte at- 14 Ingredie- que agente, irrationales bestia: sua sibi norunt inuenire la- tur bestia la- tibus, vel in petrarū cauernis, vel in terræ foueis, aut alibi, tibus suis, pro

Et in antro suo morabitur. pro conditione suæ naturæ, vbi se conseruare & à noxiis custodire melius valeant: sicq; in istis suis antris siue latibulis cōmorantur & habitant, quemadmodū in domibus suis morantur homines, vbi suos fœtus progignūt & educant, seq; ac suos fœtus ab iniuria pluuiarū & frigoris defendunt, & à

15 Ab interioribus egredietur tempestas. conspectu venatorū abscondunt. 15 Ipso itē disponente, frequētius progreditur vêtus aliquis tempestuosus, vel aura surgit pluuiosa, ab interioribus austri, id est, à regione meridionali, in qua cōspicius est polus australis siue antarcticus, qui nobis semper est absconditus, nunquam super nostrum

16 Et ab arcturo frigus. apparet hemisphæriū. Ab hac enim interiori regione australi, vêtus surgere solet calidus & humidus, pluuiosam auram inducens nostris regionibus. 16 Contrā verò, à polo arctico siue septentrionali opposito, ex regione septentrionali ventus plerunq; oritur frigidus & siccus, qui pluuiosam aurā prohibet & siccitatem inducit cū frigore, iuxta cōditionē regionis vnde proficiscitur, quæ propter elongationem

17 Flate deo cōcrefcit gelu solis est insigniter frigida. 17 Quum placuerit Deo emitte super terrā ventum aliquē frigidum & ad congelationem idoneū, cuiusmodi sunt vëti septentrionales per hyemem flantes, statim aquæ cōcrefcere incipiunt & congelari, ita vt super aquas concretas ambulare possint, absque im-

18 et rursus latissimè fuerit aqua. mersione homines. 18 Quū verò iterū Deo placuerit glaciem prius concretā dissoluere in aquā, minimo negotio statim illud faciet, solitūmq; fluxū aquis restituet, faciēs aquas prius cōstrictas loco & coangustatas, ob concretionē & cōpactionē ipsius gelu, quod minorē occupat locū, post resolutionē in aquā per varia loca diffundi latissimè, quemadmodum fieri solet flante vëto meridionali: qui quum ex natura sua calidus sit & humidus, valde idoneus inuenitur ad dissolutionē huiusmodi faciendam, quemadmodū contrarius

19 Frumentum desiderat nubes. ventus septentrionalis ex sua natura aptus est cōgelationi. 19 Ex eiusdem Dei prouenit ordinatione, vt frumentū ipsum nubes desideret siue requirar, si bene proficere & marurescere debeat: partim quidē ob necessariā pluuiarū irrigationē, quam subinde frumentū pro bono suo profectu desiderat, & quam nubes ipsæ administrat, partim verò, propter obumbrationē & obnubilationē, qua plurimū indigent frumenta & segetes, ne immodico solis ardore consumantur, priusquā ad maturitatē debitā perueniant: id quod faciliè futurum

rurum esset, si continuò solis radij immediatè super segetes
 toto suo ardore caderent, & nõ essent intermediae nubes,
 quæ solis ardorè temperarèt, segetibusq; tolerabile & pro-
 ficuum redderent. 20 Nubes quoq; ipsæ Deo sic dispo- *20 & nubes*
 nente, ad vtilitatè segetum, lumen suũ quod à sole & astris *spargunt lu-*
 accipiunt, sic vt dictũ est contemperatum super terrã & ter *men suum.*
 ræ nascentia effundunt. 21 Vagantur autè istæ nubes, duce *21 Que lu-*
 Deo, per vniuersam longè latèq; aëris regionè, perlustrãtes *strant cuncta*
 omnia in circuitu, de loco ad locũ, de regione in regionè, *per circuitũ,*
 actæ & impulsæ ab impetu suo: quocunq; scilicet placuerit *quocunq; eas*
 omnipotentij Deo, qui eas dirigit & circumagit, deducere *voluntas gra-*
 vt illi appareant, & illam operiãt fecundentq; terrã, vbi ip- *uernatis du-*
 se eas apparere voluerit: 22 vt illic suũ operentur esse- *xerit,*
 ctũ, quemcunq; eas Deus voluerit operari super terrã, plu- *22 ad omne*
 uiam dando, vel niuè vel grandinè, vel tonitrua & fulgura: *quod praece-*
 vel ad ostendendam suã beneficentiã & dilectionem in bo- *perit illis su-*
 num iis quos diligit, vel ad exercendam iram aduersus eos *per faciẽ or-*
 quos odit. 23 Facit autem nubes huiusmodi suũ operari *bis terrarũ.*
 effectum, nonnunquam quidem in vna aliqua tribu vel re- *23 siue in*
 gione peculiariter, sic vt non eueniat consimilis effectus in *vna tribu,*
 vicinis tribubus siue regionibus: vt cum in hoc territorio
 pluvia fit vel grando, tonitrua & fulmina: in locis autè cir-
 cumiacentibus horum nihil percipitur. 24 Interdũque *24 siue in*
 nubes suum operantur effectum in ipsa sua terra vnde exha- *terra sua, si-*
 latae sunt, siue per euaporationem eductæ: interdum verò *ue in quocũ-*
 in locis nõ suis, sed alienis & multum distantibus, quo pro- *q; loco mise-*
 pelluntur à ventis, aut constellationibus cœlestibus trahun- *ricordie sue*
 tur, vbicunq; videlicet Deo placuerit illas ferri & inueniri, *eas inserit*
 ad ostendendam misericordiam & benignitatem suam, vbi *inueniri.*
 ipse nouit magis esse commodũ vel necessarium effectum
 eiusmodi, ad vtilitatem exhibendam hominibus terræ illius
 inhabitatoribus, & suam beneficentiam demonstrandam:
 quemadmodum frequenter euenit, vt nubes in locis mari-
 timis exorta siue extracta, Dei volũtate longè illinc propel-
 latur in locum aliquem remotum, vbi magna est pluuia in-
 digentia, vt ibi suam effundat, qua est grauida, pluuiam.

25 Vides, õ Iob, quàm sint admiranda & stupenda ista o- *25 Ausculta*
 pera Dei: Ausculta proinde diligèter ad ea, dum tibi per me *hæc Iob: sta*
 enarrãtur, consistensque intra temetipsum, erecta mente in *& conside-*
 cœlos & affectu in Deum eleuato, contemplare mirabi- *ra mirabilia*
 lia Dei.

lia opera Dei tui, vt vel sic illum discas effectu debito reuereri, neque tam licenter vltra aduersus illum tuas proloquaris blasphemias. Tu enim quis es, qui illum in ius voces, aut ad disputationem prouoces, qui neque istorū quæ quotidie ante oculos nostros fieri cernimus operum Dei, pos-

26 Nunquid scis quando præceperit deus pluuiis, vt ostendant lucē nubium eius? 26 Neque enim tu prænoscere vales, quum nubes aliquas videris aquo-
 fas, quādo Deus præcipiat pluuiis vt soluantur ex eis & descendant è nubibus in terram: vt postquam euacuata fuerint nubes pluuiis, ac per euacuationem talem rariore effecta, incipiant ostendere terris splendidum solis lumē, quod terris effundere non poterant, donec pluuias & aquas in se continerent, quæ propter suam densitatē opacas reddebant

27 Nunquid nosti semitas nubium. 27 Neque item nosse tu potes nubium in aëre semitas, quò videlicet tendant, aut per quam viam, aut vbi sistent effectumque operabuntur suum: nihil horum tu determinatē & perfectē vales cognoscere, quū tamen ante oculos tuos videas nubes in aëre volitantes.

28 magnas & perfectas scientias? 28 Multò minus cognoscere tu vel assequi vales magnas illas & perfectas scientias de rebus aliis scibilibus, quæ longè magis videntur à sensu humano elongatæ,

29 Nōne vestimenta tua calida sunt, quum perstrata fuerit terra austro? 29 An non hoc per experientiā didicisti, quod flante vento meridionali ex regione australi, super terram, vestimenta tua quodam calore siue tepore moderato videantur perfundi? eo quòd ventus ille ex conditione naturali regionis vnde procedit, calidus sit & humidus. Cuius quidē miraculi, licet faciliè experiaris veritatē, difficillimè tamen exactam poteris reddere rationē. Quid verò tibi tantā præstare potest cōfidentia, vt cū Deo sic disputare cōtēdas?

30 Tu forsitan cū eo fabricat⁹ es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. 30 An tu forte illū adiuuisti in prima rerū omnium creatione, vnà cum eo fabricādo siue creando cælorū moles, qui omnes in tanta sunt soliditate cōditi, incorruptibiles, imputribiles & impassibiles, vt quasi ex ære fusi videri possint humano iudicio, eo quòd apud homines fusa ex ære videantur solidissima,

31 Ostēde nobis quid dicamus illi. 31 Quòd si te existimas tantæ sapiētiae atq; sciētiae, vt cōfidas te sufficere ad disputandū cū Deo, eūque audeas ad disputationē prouocare, doce etiā nos quæso hōne vir, quomodo illi dignè loq; possimus, aut quomodo sufficere valeamus ad disputandū cum illo

illo
 cere.
 tiā v
 cū e
 ratē,
 mu
 verò
 ista e
 sum.
 dine
 plica
 sensi
 liqua
 tamen
 disci
 obm
 sibili
 rare,
 dere
 14
 stē
 iacti
 pœn
 niq;
 sicut
 tur à
 corp
 ter e
 bilo,
 & su
 vide
 etian
 aër p
 tur in
 pora
 vide
 quis
 pert
 possi
 tenā.

illo & respondendū ei, quē admodum te cōfidis posse sufficere. 32 Nos enim nō tantam nobis ipsi arrogamus sapiētiā vel sciētiā, vt cōfidamus posse nos dignē loqui Deo, vel eū eo disputare: sed nostrā agnoscimus ignorantia & cæcitatē, qua sic obtenebratū est nostrum ingenium, vt nō audeamus nostrā sapiētiā diuinæ sapiētiæ comparare. 33 Imò verò quis corā Deo enarrare & penitus explicare sufficiat, ista etiam crassa & corporalia, quæ paulo antè ego loquutus sum. Quis eorū quæ iam dicta sunt, de nubibus, pluuiis, grandine, tonitruo, & huiusmodi, perfectā rationē & naturā explicare poterit apud Deū, quum tamen sint nostris exposita sensibus? Tamen enim homines apud homines inter sese, aliqua scire & enarrare se posse iactitent de huiusmodi, nihil tamen dignū de eis loqui possumus corā Deo, quē admodū discipuli inter sese magnā ostēntes sciētiā, corā magistro obmutescunt, & loqui quippiā erubescunt. Quod si ista sensibilia & quotidiana nemo valet sufficienter corā eo enarrare, quomodo occulta Dei iudicia quis poterit cōprehendere, aut coram eo de illis vel contra illa dignē loqui?

34 Quod si quis audeat etiā præsumatq; coram deo perfectē eloqui omnia, & rationes operū suorū reddere se posse iactitet, dabit idubiē præsumptuosus eiusmodi suę superbix pœnas, quoniā deuorabit, cōsumet, ac perdet eum, dānatio nīq; obnoxium faciet sua iactabunda præsumptio: quoniam sicut perscrutator maiestatis, ita & enarrator eius, opprimetur à gloria. 35 Nunc verò, homines mūdi huius, vix ipsam corporalē lucē sufficienter videre possunt, imò verò frequenter eam videre nō possunt, vt pote per noctē aut tēpote nubilo, per impedimentū nubiū, quantò minus illā spirituales & superexcellentissimā diuinæ maiestatis lucem præsument videre & explicare posse? 36 Frequēter enim accidit, clarē etiam lucente die, vt subito superueniente aliquo accidēte, aēr paulo antè serenus & lucidus, cōdensatur atq; cōpingatur in nubes densiores & frigidiores, per quas lumen corporale solis huius occultatur & absconditur, ne possit clarē videri ab oculis mortalium. 37 donec rursus ventus aliquis vehemens ad dissipandum nubes idoneus impetu suo pertransiens, nubes illas tollat ac dissipet, vt rursus videri possit solis lumen. 38 Solet autem huiusmodi ventus serenās siue aura serena (quę auro similis est pulchrē rutilāti)

32 Nos qui p
pe inuolui-
mur tene-
bris.

33 Quis nar-
rabit ei quæ
loquor?

34 Etiam s
loquutus fue
rit homo, de-
uorabitur.

35 At nunc
non vident
lucem.

36 Subito
aēr cogetur
in nubes,

37 & vētus
transiens fu
gabit eas,

38 Ab aqui-
lone aurum
venit.

ELVCIDATIO

ab aquilonari siue septentrionali plaga procedere, quæ quæ sit frigida & sicca, solet pluuiosas nubes per vêtos à se missos dispergere, & pro humiditate (quam cōtrarius inducit meridionalis ventus) siccitatē inducere, ac post auram pluuiosam & nubilā, siccā & serenam restituere. 39 Propter quæ omnia, tam magna & mirabilia, quæ cōsiderantur in variis operibus Dei, debet ipsa etiā nostra laudatio, quā à Deo habemus vel ad deum, esse cū formidine, vt cū timore & tremore eum laudemus. Nō solū enim nō disputare cum eo cōtētiōse audebimus, vt tu ausus es: sed neq; quum laudare tantū eum voluerimus, tanta libertate vti debēbimus, quāta tu vsus videris in reprehendendo iudicia eius: sed cum magno potius tremore est ipse laudādus à nobis, diligēter cōsiderantibus, ne etiam inter laudandū indignè quicquam de eo dicamus, imò q̄ dignè & sufficiēter de eo nil dicere possumus. 40 Idcirco autē cū formidine debet esse nostra laudatio, quoniā dignè eum & sufficiēter nullus intellectus humanus inuenire aut cōprehendere potest, estq; cognitio nostra, qua illū nobis videmur apprehēdere, nimīū imperfecta & sufficiens. Vnde sicut dignè eū cognoscere nō possumus, ita neq; dignè & sufficiēter laudare: vt meritō sicut in eius cognitione siue inuestigatione, sic & in ei⁹ laudatione, debeamus trepidare, eò q̄ nō minus p̄sumptuoso laudatori quā p̄sumptuoso inuestigatori, sit periculi. Nam sicut interdum euenit, p̄scrutatorē maiestatis opprimi à gloria, & tunc maximè excæcari, quū se putat scēlicissimè inuestigare & p̄scrutari occulta diuinitatis, ita cōtingit p̄sumptuosum laudatorē, tunc maximè blasphemare, quum laudare magnificè Deū existimat. 41 Quod autē dignè nec inueniri nec laudari à nobis possit deus, in causā est maiestas superexcellētis magnitudinis eius. Est enim ipse superexcellenter magnus in omnibus, nempe in fortitudine & iudicio & iustitia, quæ in deo pulchrè & ex æquo sunt cōiuncta: ne fortitudo sine iudicio & iustitia crudelis & tyrānica, aut iudiciū sine fortitudine inefficax existimetur, sic que in cæteris itē perfectionibus omnibus quæ Deo attribuuntur, magnus est & superexcellenter maximus: 42 ita vt nulla omnino perfectionum eius sufficiēter ab intellectu creato cōprehēdi possit vel enarrari. Propter hāc videlicet superexcellētia illius tātæ maiestatis, quicūq; sunt inter homines

39 & à Deo
formidolosa
laudatio.

40 Dignè eū
inuenire nō
possumus.

41 Magnus
formidine,
& iudicio,
& iustitia:

42 & enarrari
non potest,
Ideo timēbunt eum
viii.

quantalibet

quãtalibet siue autoritate siue potetia siue eruditione præstãtes, iure timere debet illũ ac reuereri, qui tã immenso interuallo omnẽ superat creaturã 43 Neq; solũ non audebunt impudetia aduersus deũ ora soluere, vt in faciem ei maledicant, quẽadmodũ tu facere præsumpsisti, sed neq; cogitare de eo audebunt viri sapientes, nisi cum magna formidine & reuerentia, solliciti semper ne indignũ aliquid Deo vel in cogitationibus suis ascribãt, aut vanũ aliquid de deo sibi persuadeãt, vt meritò te pudere vel nũc tãdẽ debeat tuẽ illius impudentiã & irreuerentiã, qua præsumpsisti etiã ore & lingua apertas contra Deum proferre blasphemias.

43 & non audebunt cõtemplari omnes qui sibi videtur esse sapientes.

TRIGESIMIOCTAVI CAP.

ELVCIDATIO.



Ost longam disputationẽ & cõcertationem verborũ, primũ quidẽ ipsius Iob aduersus tres amicos, & eorundem aduersus illũ, ac deinde Eliu iunioris simul contra omnes, peculiarius tamen & vehementius aduersus sanctũ Iob:

Cap. 38.
Respondens autẽ Dominus ad Iob.

post sic excitatã nõ solũ plagis vlcerũ, verum etiã puncturis amarulentorũ verborũ, ipsius patientiã: tandẽ vox Dei summi iudicis dirẽptura litẽ & cõrentioni sinẽ positura interuenit, ne in immensum disputatio humano spiritu protraheretur. 2 Quæ quidẽ vox, vt maiestatem & magnificentiã aliquo modo præ se ferret eius cuius repræsẽtabat personam, quasi per turbinem & tempestuosi tonitruu reuerendũ sonitum formata est, ad Iob ipsum vt dei amicũ eiũsq; colloquio præ cæteris maximẽ dignũ, directã. Et primũ quidẽ, breuissimo verbo, quasi per indignationẽ, Eliu illum nimia præsumptione viro sancto insultantem compefcuit, dicens:

2 De turbine, dixit:

3 Quid sibi vult iste iunior sine intellectu & fructu verba multiplicans? Quis iste est, qui sic graues sententias indoctis & imperitis inuoluit sermonibus, rhetorico fastu ea quæ alioqui planissimẽ dici poterant obscurans ostetationis gratia, qui etiam licet nonnullas sententias auditu dignas protulerit, nihil tamen ad rem siue præsens negotium egit prolixis sermonibus: quasi cum blasphemio negotium agens, cũ longẽ absit ab animo blasphemandi, is aduersus quẽ agere se existimat. Sileat amodò verbosus iste & gloriosus disputans.

3 Quis est iste inuoluit sententias, sermonibus imperitis?

- tator, nec ultra vanū infumat in disputando laborem. Quod primū ita breuissimis verbis confutato, dehinc ad ipsum Iob sermonē dirigit simili ferē modo per increpationem & exostulationē, eō q̄ aliquanto licētius cōtra deū visus fuisset loqui, ad disputationē eum prouocādo, aliāq; huiusmodi liberius loquēdo, ita vt grauiter in ea libertate fuissent scādalizati audiētes amici. Conuersus itaq; ad Iob, ita eū velut exostulando alloqui cœpit: Tu quidem, o Iob, iam antē cum amicis tuis loquēs, ausus es in disputationem me prouocare, dicēs: Loquere, & respōdebo tibi, aut certē loquar, & tu responde mihi. Item, Disputare cū Deo cupio. Aliāq; plura huiusmodi secundū exteriorē faciē nimis liberē protulisti. Nunc igitur, si cōfidis te posse mecū disputando cōtendere, age præpara te ad disputationē: surge & accinge lumbos tuos, quasi rem magnā & arduū opus aggressurus, vt facere solent ij qui ad itinera vel opera quælibet difficulta se parant. 5 Ego enim ad declarandā excellentiam magnitudinis meæ (cui tu si non animo malo, tamen verbis minus cautē prolatis visus es nō parū derogare) Ecce interrogabo te de multis meis operibus, & de rationibus singulorum: tu, si poteris, mihi responde interroganti de singulis. Et si quidē omniū operū meorū istorū quæ in mundo sensibus obiiiciuntur, potueris mihi plenam reddere rationē, tum forsitan habebis idoneus ad disputandū mecū de occultis iudiciis meis, de quibus in disputationē me prouocare voluisti. Si vero nō valueris, vt certē nōn valebis, ad interrogationes meas, imō ne ad vnā quidē ex tā multis quas proponam, de sensibilibus & corporalibus operibus meis, sufficienter respōdere, fateri debebis, multò minus idoneum te esse ad disceptandum mecum de occultis meis iudiciis. 6 Primum igitue te interrogabo, vbi tum eras tu, cū ego ponerē fundamenta terræ, cū ego firmarē terrā super aquas, & fundarem firmāmq; collocarē super stabilitatē suā, vt nō inclinari possit in seculum seculi, vel quando terram ipsam posui in infimo loco respectu totius mundialis machinæ, vtpote omnium elemētorum grauissimum, nouissimum, & prorsus immobile, quasi pro fundamento & centro totius machinæ mundialis. 7 Responde audacter & expone hæc mihi interroganti, si confidas tantam habere intelligentiam, vt sufficientem te reputes ad disputandum mecum, Si nondum tunc substi-
- 4 Accinge
sicut vir lumbos
tuos:
- 5 Interroga-
bo te, & re-
spōde mihi,
- 6 Vbi eras
quando po-
nebam fun-
damenta ter-
ræ?
- 7 Indica mi-
hi si habes
intelligētā.

tunc subsistebas in rerū natura, cum ego tanta opera cōderē: tu quis es homuncio vilis, ab heri & nudius tertius natus, qui mecū audeas disputare? 8 Dic item mihi, si nosti: quū 8 *Quis potest terra fundaretur in principio, quis mensuras eius certas & determinatas secundū longitudinē, latitudinē, & profunditatem posuit? tu ne, an ego, aut alius quispiā? videlicet vt ipsa tantæ esset longitudinis & nō amplioris, tantę latitudinis & non amplioris, tantę profunditatis & nō vltioris.* 9 Vel 9 *vel quis quis super ipsam terrā lineam, normā siue regulam extēdit, vt secundū debitam reſtitudinē & proportionē fabricaretur in omni dimensione sua, ad eum modū quo artifices cemetarij, in cōponendis suis ædificiis, linea & norma dirigēte operis reſtitudinē & proportionē vtuntur, ne qua partiū ædificij ab ordine debito excedat.* 10 Enarra item mihi, 10 *Sup quo quod sit fundamentū solidū super quo bases terræ fundatæ sunt: id est, quomodo aut super quo sit in sua firmitate stabilis collocata: quemadmodum in ædificio quolibet stabili, quod ad longiorē durationē extruitur, necesse est bases siue columnas subiici ædificio, easque fundamento alicui stabili desuper inniti, quod pondus vniuersum ædificij sustēter.*

11 Aut quis lapidē angularē in fundamēto collocauit, quē admodū in fundamento ædificiorū solet lapis poni angularis, qui diuersos ædificij parietes in vnū coniungat & cōtineat? Vidisti (inquam) tu sic fundari terrā, ad eū modū quo vides cōstrui à fundamentis ædificiū quodlibet ab artificibus, vt possis mihi explicare, & quis artifex ille fuerit qui terrā fundauit, & quomodo in sua ædificatione processerit, vt de his interrogāti mihi possis reddere rationē, quē admodū potest homo explicare rationē & ordinē operis eius, quod ipso spectante à fundamentis est ædificatū? 12 Vbi (inquā) 12 *Aut quis demisit lapidē angularem eius? Cum me tunc eras, aut quis tunc artifex terrā fundabat in principio creationis rerū, quando me simul & concorditer quasi vno concentu laudabant & magnificabant astra matutina: stellæ videlicet firmamenti omnes, in limpiditate & claritate sua mirabili, statim post formationem suā, quasi primo manē surgētes, ac gloriā opificis sui in se clarissimē demonstrātes. Illa etiam astra spiritualia, angelici spiritus omnes ex naturæ sue nobilitate, id est, intellectus claritate & affectus puritate, purissimis clarissimisque; stellis meritò assimilandi (qui iam tunc cū cælo empyreo, recenter & quasi primo diluculo mūdi,*

- cōditi fuerāt) omnes simul in nobilitate naturæ suæ me col-
 laudabāt. 13 Quādo peculiari laudis genere, cū inenarrabi-
 li gaudio, mihi iubilabāt vniuersi exercitus angelorū bono-
 rū, qui post eiectionē reproborū, vt filij Dei æterni, in gra-
 tia & gloria meruerūt cōfirmari. Peculiarissimè etiā illi su-
 premorū ordinum angeli, vt Cherubin & Seraphin, qui ob
 singularissimā familiaritatē & vicinitatē cum Deo præ cæte-
 ris inferiorū ordinum, peculiariori ratione dici possunt filij
 Dei: quāquā alioqui generali & verissima appellatione, om-
 nes omnium ordinū angeli, in gratia equè cōfirmati & gloria,
 filij Dei & domestici debeāt nominari. 14 Enarra itē mi-
 hi, si potes, qui alius præter me, elementū maris impetuosis-
 simum suis ostiis cōcluserit, suisq; terminis cōcœuit: quādo in
 maxima aquarū abūdantiā, simul & impetu maximo, subitō
 de nihilo prodiit, de abyssō infinitæ omnipotentis atq; scē-
 cunditatis meæ, quasi de vulua siue vtero: ad eum modum,
 quo ex vtero prodit recēter natus infantulus. 15 Quādo
 statim post creationē ipsius elemēti, ex ascēdētibus inde va-
 poribus, nubes cōponebā, quibus elementū ipsum quasi ve-
 stimētō quodā operiebā: & quando nebulosa caligine leui-
 ter super ipsum eleuata, quasi fasciis quibusdam ipsum ob-
 uoluebā, ad eum modū quo mater natū recēter infantulū
 statim vestimētō operit, & fasciis infantilibus inuoluit. Quā-
 do etiā tenebris, quæ erāt super faciē abyssi antequā creatū-
 tur lux & luminaria, quasi caligine quadā obuoluebā & ope-
 riebā mare, velut infantilibus quibusdam fasciis. 16 Tertia
 insuper die distinctiōnis rerū, quando aquas prius totū
 terræ circulū ex naturali sua dispositione ambientes, cōgre-
 gari iussi in locū vnū vt appareret arida, circūdedi tunc &
 circūsepsi illud certis terminis, quos eidē cōstitui, prohibēs
 ne vltra præfixos illos terminos siue limites trāsirent aque
 maris, ad operiendū partes terræ habitabiles, quas alioqui fa-
 cillimè operirēt, si nō meo præcepto intra præfixos sibi ter-
 minos tenerētur cōstrictæ. 17 Et quomodo magna diligē-
 tia includūtur sæua animalia & custodiūtur, ostiis, ferris, ve-
 ctibus atq; repagulis: sic elemētum istud seuissimū, maximè
 post exclusionē à loco suo natiuo, multa diligētia ego cōcœ-
 citum & quasi captiuū teneo, veluti ferreis quibusdā ostiis
 & vectibus atq; repagulis, ne vllum sit periculū ab eo inha-
 bitatibus super terrā: nisi vbi mihi visum fuerit, exigentibus
 pecca-

13 & iubila-
 ret omnes fi-
 lij Dei.

14 Quis con-
 cluserit ostiis
 mare, quan-
 do erūpebat
 quasi de vul-
 ua procedēs?

15 Cū pone-
 re nubē ve-
 stimētum e-
 ius, & caligi-
 ne illud qua-
 si pannis in-
 fantiæ obuol-
 uerem?

16 Circūdedi
 illud termi-
 nis meis,

17 & posui
 vectem &
 ostia:

peccatis hominum, vel alia de causa, aliquando aperire ostia,
aut vectes amouere. 18 Et quomodo dominus seruo pre- 18 *Et dixi:*
scribit via certam quam egredi eum nolit, certumque terminum quem *vsq; huc ve-*
transire eum nolit: sic ego mari prescripsi viam, & certos termi- *nies, & non*
nos designaui, vt ex meo precepto siue ordinatione possit *procedes am-*
& debeat suis temporibus hucusque. i. ad certos & definitos *plius,*
terminos pertingere, vbi nihil nocumeti inferat terram habi-
tabili & terrænascensibus: vltra verò pertransire, ad incom-
modandum hominibus & terrænascensibus nequaquam possit.
19 Cogiturque ex mea voluntate & ordinatione intra semet- 19 *& hic co-*
ipsum & sibi constitutos limites, superbos & quantumuis in- *fringes tu-*
tumescetes fluctus suos cõfringere, adeo vt quauis interdum *mentes flu-*
altissimis & superbissimis fluctuum elationibus mare ipsum *ctus tuos.*
terræ vniuersæ minuetur interitum & oppressione, vt videatur
fluctibus suis iam iam terram habitabilem operiturum, mea tamẽ
virtute prohibete nõ possit quod minabatur efficere, sed cogitur
in seipso aut ad prefixos sibi aggeres fluctus illos cõfringere.
Qua quidẽ in re mihi placet admirabilem meam potentiam
virtutem hominibus ad oculum quam patentissimè demonstrare:
vt ex mirabilibus quas cernunt maris elationibus, mirabilem
discant esse in altis dominum, cuius solius virtute & iussione
potentes illæ maris elationes, quæ toti terræ minari videntur
oppressionem, ita subito & facile in seipsos cõfringuntur
& cõquiescunt, vt nihil valeant neque vicinis terris inferre
nocumeti. 20 Nūquid tu postquam ortus siue natus fuisses, 20 *Nūquid*
precepisti diluculo, sic vt tuo imperio & nutu surgat dilu- *post ortum tuum*
culum? aut nūquid tu auroræ locum suum assignasti, vt sciat qui- *precepisti di-*
bus anni partibus, vbi & quibus cœli locis debeat apparere? *luculo, & o-*
quæ admodum facio ego, cuius precepto suo tempore per sin- *stendisti au-*
gulos dies primum diluculum surgat, & aurora suo tempore appa- *roræ locum*
ret, nunc citius, nunc tardius, iuxta diuersas anni partes, & iuxta *suum?*
uarietatem signorum per quæ sol graditur: quorum quædam sunt
velocioris ascensionis, alia tardioris. 21 Nūquid tantæ pote- 21 *Et tenui-*
statis es tu, vt extremas terræ partes eiusque quatuor angulos *sti cõcutiens*
in manibus teneas, ad cõcutiendum siue cõplodendum eas cum *extrema ter-*
vuleris, ita vt etiã impios homines vita ipsa indignos, pro *ra, & excus-*
tua voluntate possis ex ea excutere siue perdere: ad similitu- *stisti impios*
dinem hominis qui vestimentum alicuius extremas oras siue angu- *ex ea?*
los in manibus suis tenens atque cõquassans, pulueres & fordes
qui in eo hæret excutit? Certum est, quod meæ sint hæc pote-

ELUCIDATIO

statis, nō tuæ. Ego enim in manu mea habeo fines terræ, & extrema eius cōquasso, cōmoueo atq; cōturbo, cum uolue-
ro: vel terramotū faciēdo, vel diluuium inducēdo orbi, vel
incendiū superfundēdo, vel alia qualibet plaga insolita or-
bē feriēdo: quibus modis homines peccatores ego, quasi si-
ne omni negotio, excutio & eiicio de terra ista uiuentiū;
quā meā potestātē atq; in impiōs seueritatē, & in præteritis
generationibus aliquādo ostēdi, utpote in diluuiō generali
& in incēdio Sodome, aliāsq; itē in futuris generationibus

- 21 Restitue- ostendā. 22 Quod ubi cōtigerit, mirabili immutatione re-
tur ut lutum
signaculum:* stituetur tūc siue cōuertetur signaculū Dei, ut lutū: homo,
inquā, qui secundū animā rationalē diuinā in se gerit ima-
ginē, superueniēte tali Dei ultione, conuertetur in lutū ter-
ræ, vnde secundū corpus, alterā sui portionē formatus fuerat.
Ipsa quoq; tēporalis securitas & sc̄licitas, in qua se confir-
matus existimabāt impij, & quasi signaculo quodā obsigna-
tos, tūc apparēte iudicio Dei subito cōuertetur in nihilū, &
prorsus auferetur ab eis. 23 Et quēadmodū vestimentum
cōsistere per semetipsum nō potest in sua rectitudine, ex-
tēsiōe & proportiōe, nisi quādiu sustētatur ab ipso qui eo
vestitur: ubi verò id exuerit, mox statū sitūque suū quē vi-
debatur habere perdit, & in terrā cōcidit: sic impius qui sta-
re videbatur donec manu Dei benigna sustēteretur, eadē se
subtrahēte collabatur in puluerē, per corporis mortē. Sicut
itē vestimentū stabit vel perdurabit ad tēpus exiguū, post-
modū verò vetustate cōsumetur & comedetur à tinea: sic
impij ad tēpus viuere videbūtur, postmodū verò in corru-
ptionē vertētur & putredinē, à peccati pessima tinea cōsu-
mēdi, & perdēdi in dānationē sempiternam. 24 Tunc (in-
quā) subito apparēte iudicio ultionis, auferetur ab impijs vi-
ta ista præfens morte commutāda: itē & prosperitas omnis
tēporalis, in æternā cōmutāda miserā. 25 Nihilq; in illo
die prodesse valebit quælibet potētia seculi huius, quando
brachia quantūuis excelsa & gloriosa cōfringentur, quādo
robur omne creaturæ quātumlibet in hoc tēpore visum fue-
rit egregiū, superabitur, cōculcabitur, & prorsus ad nihilum
redigetur per superexcellētē brachij mei fortitudinē, quod
potētissimos etiā potest de sedibus suis eiicere, & humiles
cum voluerit exaltare. 26 Nonquid tu aliquādo ingressus
es profundū maris, & in extremis profunditatibus eius de-
ambu-

ambulaſti? quæadmodũ ego profundiffima maria ad fundũ *profundum*
 vſque nouiſſimũ penetro, & latiſſima vaſtiſſimaque maria *maris, & in*
 quaſi terrã ipſam perãbulo: æquale habẽs, ſicut in omni ter- *nouiſſimis*
 rã latitudine, ſic & in omni maris pfunditate imperiũ equẽ *abyſſi de-*
 omnibus præſens, eſſentia, præſentia, & potentia mea: æquẽ *ambulaſti?*
 adimplẽs omnia, ſicut terrã, ita & maria. 27 Neque tibi pa- *27 Nunquid*
 tẽt portæ mortis ſiue inferni, vt per eas poſſis inducere & *aperta ſunt*
 educere quos volueris: quæadmodũ mihi portæ illæ patẽt, *tibi portæ*
 vt domino ſuo & poteſtatẽ habẽti ſuper locũ illũ puni- *mortis,*
 nis impiorũ: ita vt pro mea volũtate illic poſſim includere
 impios, & rurfum de limbo purgationiſq; loco educere pi-
 os, quæadmodũ portæ carceris præfecto ſiue iudici patẽt, vt
 poſſit ſua autoritate per eas intrudere in carcerẽ noxios, &
 quos dimittendos iudicauerit, liberẽ educere. 28 Neq; tu 28 *& oſtia*
 illa tenebroſa & horrida oſtia tenebroſi illius & teterrimi *tenebroſa vñ*
 carceris infernalis vidifti vnquã, aut noſti vbinã ſita ſint, *diſti?*
 aut quomodo ſit per ea exit⁹ vel introit⁹, quæadmodũ ego 29 *Nunquid*
 optimẽ noui. 29 Sed quid opus eſt de illis infimis loqui? *conſideraſti*
 Nec ipſam quidẽ quã inhabitas & de qua formatus es, ter- *latitudinem*
 rã, ſatis noſti, quãtã ſit lõgitudinis vel latitudinis. Nõ enim *terra?*
 poteris tu vno ſimul intuitu cõtẽplari vniuerſam terrã la- *30 Indica mi*
 titudinẽ, quæadmodũ ego vno ſimul aſpectu ſimplici illam *hi, ſi noſti om*
 cõtprehendo: neque etiã per intellectũ certa & perfecta co- *nia in qua*
 gnitione aſſequi tu vales, quantã ſit ipſã tota lititudinis. *via lux ha-*
 30 Ad hæc, ſi cõfidis te noſſe omnia, vt mecũ ſufficiã diſpu- *bitet, & te-*
 tare, & de ſingulis interrogãti mihi reddere rationẽ, indica *nebrarum*
 mihi, vbinã ſit locus determinatus & præciſus habitationis *quis loc⁹ ſit?*
 ipſius lucis: & quĩs ex aduerſo ſit determinatus atque præ-
 ciſus locus tenebrarũ, vbi abinvicẽ diuiduntur lux & tene-
 bræ: 31 vt ſic vnũquodq; poſſis reducere ad ſuos deter- 31 *vt dicas*
 minatos limites, & vniciq; ſic præciſẽ ſuũ aſſignare habi- *vnũquod-*
 tationis locũ, & intelligas exactẽ ſingulas ſemitas vel ſingu- *que ad ter-*
 los angulos habitationis eius, tam lucis quã tenebrarum. *minos ſuos,*
 Quæadmodũ norũt homines ea quæ ſibi familiaria ſunt exa- *& intelligas*
 ctẽ diſtinguere, & ſingulis ſuos terminos locaque determi- *ſemitas do-*
 nata aſſignare, dicẽtes: Hæc huius eſt domus, illa illius: hæc *mus eius.*
 eſt huius poſſeſſio vel prædiũ, illa illi⁹: vide an ſic poſſis mi-
 hi determinatã & præciſam inuenire & aſſignare diſtictio-
 nem inter lucẽ & tenebras, vt ſic probetur perfectio ſciẽtię
 tuæ. Si enim i luce & tenebris, quę quotidie ſub oculis tuis

32 *Sciebas tūc ꝑ nasciturus esses, & numerū dierū tuorū noperas?* versantur, id nequeas præstare, multò minus in aliis multis occultioribus id poteris, quæ latet aspectū tuū, vel nū ita familiariter se quotidie tibi offerūt. 32 Dimissis interim aliis, de teipso te interrogabo sermonē. Cū ego lucē & tenebras abinuicē distinguerē, & cætera ònia de quibus te suprā interrogavi formarē, sciebas tu tū tēporis vel hoc ipsum quod ali quādo nasciturus esses, aut quot esses annis super terrā vi-

cturus tū scire poteras? Quod si certū est, nihil horū de teipso tūc scire te potuissē, cū nōdū subsisteres in rerū natura; quomodo præsumere posses, te illa scire occulta, quæ tūc ego antequā tu natus esses sine te operabar? Aut quomodo me cū inire disputationē audeas, qui nūc cū ego tā mira facerē, neque hoc ipsum scire poteras, an aliquando esses nasciturus?

33 *Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti,* 33 Nosti tu, unde ego tantā cū voluero per singulos annos habeā niuium atque grandinū copiā, quibus vniuersam terrā superficiem longē latēque operio, & quibus pro libito vtototies voluero? An fortē aliquādo ingressus es thesauros occultos vel subterranea penaria, in quibus huiusmodi niuium grandinūque abundantiam habeā repositā, ac semper ad manū paratā, ad eū modū quo solent homines illarū rerum quibus frequēter indigēt atque vtuntur magnā habere apud

34 *qua præparavi in tēpus hostis, & in diem pugnae & bellū?* se copiā in penariis & solariis cōseruatam? 34 Ascēdisti tu aliquādo ad ista mea solaria, aut in penaria descendisti, aut thesauros istos aspexisti niuiū & grandinū quæ ego semper habeo ad manū quasi præparata, quoties eis vti voluero, maxime in diē hostis, in tēpus pugnae & belli: quādo mihi placuerit in hostes meos per huiusmodi exercere vtionē, vel iræ meæ demonstrare terrorē? Veluti cū iactis desuper grandinū globis magni pōderis hostes meos interficio, vel perterrefactos in fugā cōuerto, aut cū terrænascētia per grandinis vehemētioris impetū deuasto, intermixto nōnūquā gradini fulgure cōburēte: aut cū superabūdās niuiū copia, post subitā aquarū resolutionē magnis dānis afficit homines, tam in domibus quā in agris, aut cū nix intēpestiua vel nimii diuturna, terrā sterilē reddit, aut cū ob niuis abūdantiam & diuturnitatē, scæua animalia fame afflictā in ciuitates aut villas erūpūt, dānaque hominibus multa ī pecoribus inferūt: alisque huiusmodi variis modis, iram meam & terrorem aduersum

35 *per quam viā spargit* homines peccatores ostēto. 35 Indica etiā mihi si omnia nosse te existimes, per quā viā, per quos sulcos, aut per quos canales

canales, diuidatur, dispergatur vel dispersiatur lux ipsa super terram: ite & æstus qui à cœlestibus corporibus in inferiora venit, per quas vias & sulcos deriuetur, & quasi transfundatur ad infima terrę: in tali quidẽ distributione & diuersitate ordinata, vt in terris quibusdã plurimũ lucis atq; æstus, in aliis verò minimũ, aut ferè nihil, in aliis verò mediocri mensura, sentiatur. 36 Quis præterea, tu ne an ego pluuiis illis quæ maxima celeritate velocissimoq; cursu, quasi præcipientes feruntur in terrã, suũ illũ impetuofum fluxũ dedit: & quãdo si mul auditur vox tonitruu terribiliter sonãtis in aurib⁹ mortalũ, quis viã dat voci huic terribili, vt ex tam lóginqua regione aëris, per tantã distantiã, ad aures vsq; hominũ, tantã efficaciam suæ operationis, peruaniat? 37 Quis inquam (nisi ego) in tãta abundãtia & impetu è nubibus facit hymbre decidere, vt nõ solum ad agros prata & hortos, quæ coluntur ab hominibus, pluuia perueniat, verũ etiam ad loca inculta & ab hominibus minimè habitata: ad loca videlicet deserta & inaccessa, vbi videri nõ possit Deus pluuiã suã mittẽs, ab aũquo homine adiutus, quũ illic nemo hominum commoretur, qui terram illam colat, vel aliquo artificio irriget. 38 Adeo, inquam, vehementem & copiosã pluuiã, vt ab ea impleatur & copiosè admodum irrigetur terra prorsus inuia hominibus, & ab eisdem desolata, quam nec inhabitant nec pertranseundo calcant homines: nimirum prorsus eis incognita & inusitata: vt etiam illa terra per pluuiã fœcundata, herbas diuersas, partim ad terræ ornatum, partim ad pastum animalium syluestrium in ea commorantium, producat. Qua in re, supereffluentem liberalitatem bonitatis meæ & diuitiarum mearum superabundantiam patenter demonstro, in eo quòd non solum terras ab hominibus habitatas pluuiis meis impleo & irri-go, verum etiam locis desertis & quæ hominibus non sunt in vsũ aliquo, eas nihilominus superinfundo: vt quasi prodigus diuitiarum mearum videar, quia illic vbi minimè opus videtur & nullus vsus, meas diuitias prodigam, & quasi sine delectu impendam. 39 Quis alius, præter me, author est & causa efficiens prima atque præcipua earum omnium impressiõnum atque immutationum quæ generãtur in aëre? Quis, inquam, alius præter me pluuiã posset efficere? quã ego ex vaporib⁹ fursũ eleuatis in media aëris portione

lux, diuiditur æstus sunt per terram?
36 Quis dedit vehementissimo hymbrũ cursum, & riam sonantis tonitru?
37 Vt plueret super terram absque homine, in deserto, vbi nullus mortalium commoratur.
38 Vt imple-ret inuia & desolatam et produceret herbas vi-rentes?
39 Quis est pluuiæ pater

- 40 *vel quis
genitrix stil-
las roris?* 40 Et quis præter me suauem posset rorem efficere, ac per stillulas modicas leniter terris herbisq; superfundere vel potius superaspergere, quæ ego verno potissimum tempore, ex vaporibus paucioribus & rarioribus aliquatulum à terra subleuatis, in infima aëris regione, per superueniētes nocturnum frigus, non excellens sed temperatum, facio generari, ac deinde per stillulas modicas paulatim leniterq; decidere, quasi ad ablauctandū terræ nascētia, quæ eo tempore quasi in infantria quadam & teneritudine molliori consistūt, lenioriq; tali egent nutrimento. 41 Quis alius præter me de sua virtutis efficientia siue fecunditate, quasi de quodā vtero, producit glaciē, quæ ex aqua mirabili modo cōcrescit? & quis gelu quod desuper ex aëre & ex influentiā cœlestium syderū producitur super terrā, format, nisi ego? Ego enim sum, qui & grandinē facio, & pruina, quæ per cōgelationē ambę fiunt, ex superexcellēti frigore: prior quidē, in altiori aëris portione, ex crassiore & copiosiore materia: posterior vero, in inferiori aëris regione vicinior ad terram, ex materia pauciori & rariori. Et generaliter quodcūque gelu & glacies quælibet, ex aquarū quarūlibet cōcretionē, non nisi ex meæ virtutis efficientia procedit. 42 Videlicet me volente, ministerio acerbi frigoris & cōstellationū cœlestium ad effectū huiusmodi disponentium, aquæ ex natura sua maxime molles & fluidæ, cōcrescunt, cōgelantur & indurātur, vsque ad lapidum duritiē, ita vt ipsis quoque lapidibus durior illa ex aquis cōgelata substantia appareat. 43 Neque solū vbi aquarum paucitas est vel angustia, huiusmodi fieri potest congelatio, verum etiam illic vbi est latitudo & profunditas maxima, ita vt etiam lata admodum flumina & profunda, quasi quædā maria, secundum totā suam superficiem siue latitudinem eo modo congelentur atque cōstringantur, vt quasi lapis vnus aut pavimentum lapideum vno lapide stratum videatur. Idque in tanta nonnunquam duritie & soliditate, vt per eam sicut per stratā lapidibus viam publicā, transire possint homines & iumenta, & plaustra quælibet graui onusta pondere. 44 Ista quidē tanta & tam stupenda in inferioribus istis, ego & solus ego operor: neque tu vel alius quisquam præter me ista potest efficere. Quod si ista tibi nondum sufficiant, interrogabo te & de cæteris admirandis

randis operibus meis, quæ in supernis operor, si fortè in illis te mihi putas æqualem. Interrogabo itaque à te, num stellas illas septem pulchro lumine micantes, quas pleiades nominat atque vergilias (eò quod verno orientur tempore in tauri capite, & nauigationis bonæ præbent initia) poteris tu coniungere sic adinuicè, quæadmodum ego illas cõiunxi cum eas formare ab initio: aut efficere poteris, vt sibi inuicem sint viciniore propiusque accedant adinuicè, quàm ego eas cõiunxi: aut alium situm tu eis dare poteris, quàm disposui eis ab initio? 45 Aut poteris tu dissipare siue destruere gyrum cõstellationis illius, quæ circa arcticum siue septentrionalè polum vertitur, & ab eo arcturus nominatur, nostro semper patens aspectui. Poteris tu efficere vt constellatio illa arcturi non ultra circũgyretur per arcticum polum? aut poteris efficere, vt stellæ illæ septem abinuicem diuidantur, aliũque obtineat situm vel ordinem, quàm à me acceperunt à principio?

46 Tunc ille es, cuius ordinatione & prouidentia stella illa matutina solis prænuntia, à claritate proprii luminis qua inter cæteras stellas pulchrius refulget, item & à solis claritate quam præcurrendo nuntiat, lucifer appellata, suum in ortu tempus obseruat? 47 Aut tu ille es, qui stellam vespertinam occasus solis prænuntiam, hesperum siue vesperum dictam, consurgere siue oriri facis super plagam occidentalem, qui vt finis consideratur longitudinis terræ, quæ ab oriente incipit & in occidente terminatur? Sicut enim lucifer apparet in oriente iuxta solem iam iam oriturum, ita oritur hesperus siue vesperus in occidente, iuxta solem mox occasurum.

48 Deinde, quantum ad cæteras stellas attinet, siue erraticas siue fixas, nunquid nosti tu ordinem illum quem adinuicem astra ista seruant in cælis? & nunquid rationem eorum exactam possis tu assignare siue explicare super terram, quo videlicet ordine adinuicem sita sunt illa astra in diuersis orbibus, & quibus motibus ferantur, & quibus, cõiungantur aut opponantur coniunctionibus aut oppositionibus, vel quæ sit diuersorum astrorum adinuicè in influendo & operando conuenientia aut disconuenientia? 49 Nunquid sicut ego tonitruorum voces edo in nubibus, & cum tonitruis vel post tonitrua pluias copiosas & vehementes, sic petrus aquæ etiam tu poteris in nebula vel in nubibus eleuare vocem, vt ibi tones mecum voce horribili: ita post editam tonitruum

cem

- cem, erumpentes pluvia in impetu suo tibi obuiam procedant, teque prae multitudine & impetus vehemētia totum operiant? 50 Nūquid autoritarē tu habes & potestatem super fulgura, vt mittere ea possis quocūque volueris, & illa tibi obediāt: sicut ego potestatem habeo fulmina edere, quoties & vbicunq; voluero, & quò voluero mittere, ad ostēsiōne irae & executionē vindictae meae: ipsaq; obediētissimē mihi subiiciūtur, illuc recta & sine mora proficiscētia, quò à me fuerint emissā, quēadmodum pergit sagitta eo quò dirigitur à sagittate? 51 Et quēadmodū seruus emissus à domino, post fideliter peractū opus ad quod fuerat emissus, reuertitur ad dominū, partim ad renūtiandū quod egerit, partim ad offerendū nouū obsequiū sic (vt humanū ali- quid dicā) fulmina à me eiacula postquā perfecerint effectū ad quē emissā fuerāt, quasi re bene gesta, desinūt ultra id quod sibi constitutū est quicquā agere, & quasi ad dominū reuertūtur nuntiare quid egerint, & noua offerre obsequia: vt si quid ampliū alibi sit peragendū, vna opera perficiant:
- 52 Quis potest in visceribus hominis sapientiam? 52 Quis praeter me alius, in intimis viribus hominis posuit sapientiam & intelligentiam, talem creas hominē secundū animā intus inhabitantē, & secundū vires eius intimas, quibus Dei in se gerit imaginē, vt capax sit sapientiae & intelligentiae rerū tam diuinarū quā humanarū? 53 Et quis alius volucris gallo indidit hanc naturalem intelligentiā siue aestimationē imaginationemq; phantasticā, vt sic noctis tempora obseruare possit atque distinguere suae vocis cātu, perinde quasi horologiū aliquod in capite gerat, aut ante oculos cernat horarum indicem? Tam enim exactē obseruat & cantu suo distinguit noctis horas, naturali quadā industria & impressione imaginaria, vt vix homo ipsum possit hac in re imitari, per omnē quē gerit nocturnā sollicitudinem. 54 Quis alius, praeter me, perfectē cognouit aut enarrare poterit omnem rationem & ordinem caelorum, vt omnium eorū quae in caelestibus orbibus vel astris sint vel gerantur possit reddere exactam rationem? cuius videlicet sint naturae, cuius efficientiae siue influxus in haec inferiora, quomodo differenter & tamen regulariter orbis & astra moueantur, & alia huiusmodi infinita, quae in caelestibus considerantur mirabilia, quorum omnium solus ego exactam noui & reddere possum rationem. 55 Et illum caeli suauissimum cōsentum
- 50 Nunquid mittes fulgura, & ibunt.
- 51 & reuerentia dicent tibi, assum?
- 52 Quis potest in visceribus hominis sapientiam?
- 53 Vel quis dedit gallo intelligentiam?
- 54 Quis enarrabit caelorum rationem.
- 55 & conce-

tum dulcissimamque harmoniam, id est, ordinatissimam con-^{trum cæli}
 sonantiam siue concordiam, quæ ex mea ordinatione inue-^{quis dormi-}
 nitur in cælo, in tanta tamen orbium & astrorum multitu-^{te faciet?}
 dine atque varietate, quis poterit impedire, efficereque vt
 consonantia illa interturbetur, ac pro ea introducatúr ma-
 lè conueniens dissonantia siue discordia? Aut illum suauissi-
 mum concentum consonamque laudationem ciuium om-
 nium cælestium, nocte ac die iubilantium gloriæ meæ, quis
 poterit prohibere & interturbare? 56 Qui quidem cæli 56 *Quando*
 concentus ab exordio mundi sic perdurat, quãdo terra for-^{fundebatur}
 mabatur simul cum cælo, quando in ea de abundantia diui-^{puluis in ter-}
 næ sæcunditatis puluis, effundebatur infinitus, quasi atomo-^{ra, & glebæ}
 rum infinita congeries, vnde terra componeretur: & quan-^{compinge-}
 do ex pulueribus minutissimis crassiores glebæ, per humidi-^{bantur.}
 tatem quandam & viscositatem, compingebantur. Quem-
 admodum autè hæcenus de multis operibus meis, quæ sur-
 sum atq; deorsum operor in excellentia virtutis meæ, te in-
 terrogavi, cum non possis vel ad vnum ex omnibus respon-
 dere, ita volo dehinc peculiariter de variis animalium spe-
 ciebus tecum disputare, earumque varias condiciones quas
 illis naturaliter indidi, proponere, vt etiã in his, meæ poten-
 tiæ, sapientiæ & bonitatis videas argumenta, & profundior
 tibi insculpatur meæ superexcellẽ & incõparabilis maiesta-
 tis reuerentia. 57 Et primùm quidẽ interrogatũ te velim de 57 *Nunquid*
 læna, quãdo catulos generauit, nunquid tu ille es, qui læ-^{capies lænae}
 næ ipsi prædam capis, aut qui prædam illi paras quã capiat, ^{prædam, &}
 tantum vtique vt sufficiat tam ipsa quàm ipsius catulis, vt ^{animam ca-}
 animam eorum adimpleas eorumque appetitui satisfacias? ^{tulorum eius}
 58 quando adhuc in antris catuli delitescunt, nondum va-^{implebis.}
 lentes egredi per ætatis impotentiam, quando incipiunt iam 58 *Quando*
 præparare se ad rapinam, incipientes ab insidiis quas stru-^{cubant in an-}
 unt animalibus minoribus, in specubus suis delitescentes, ^{tris & in spe-}
 vt si quod fortè innocentius animalculũ videant præteri. ^{cubus insi-}
 re, mox irruant & rapiant in antrum suum, cum nondum ^{diantur?}
 audent palàm ad apertam venationem egredi. Non enim
 tu ille es, à quo sic læna cum catulis suis nutritur, sed ego
 ipse sum, ad quem catuli leonũ rugiunt vt rapiant, & quæ-
 rant à me escam sibi, sicut & à me omnia expectant, vt dem-
 illis escam in tempore oportuno. Ego (inquam) qui passer-
 culis & aliis minutilis volatilibus provideo modica & pauca
 granula,

granula quibus enutriantur, qui bobus & equis provideo herbam terrae & hominibus frumeta, quae comedant, idem ego leonibus eorumque catulis iuxta suae naturae desiderium, de cibo laetiori & copiosiori sufficienter provideo, praeparans eis praedam in dies singulos, ad sustentationem sui suorumque foetuum sufficientem: sic unicuique animalium speciei multum aut parum, delicatiora vel rudiora, iuxta naturae propriae conditionem providens.

59 *Quis praeparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, 60 vagantes eo quod non habeant cibos.*

59 Quis item alius praeter me, coruo post eductos ex ovibus pullos cibum suum praebet, quomodo tam se quam suos pullos enutriet: quando pulli ipsi famelici crocitate sua & voce lamentabili defectumque sonante, iuxta significationem eius speciei, clamant pro cibo, quasi ad deum, qui solus est nutritor omnium, sicut bestiarum gressibus, ita & avium volatilium: 60 vaganturque pulli in nido huc illucque circumspicientes, sicubi escam viderint idoneam, eodem quod famelici cibum expectent. Quis, inquam, coruo sic famelicam in nido habet familiam, pro se & sua familia cibum providet competentem & sufficientem, (nec enim quibuslibet vescuntur corui, nec modicis sunt contenti, ut aliae pleraeque aves mansuetiores) nisi ego, qui do escam omnium carni, etiam pullis coruorum me invocantibus, siue ad me clamantibus: qui pullos ipsos, etiam si a parentibus derelinquantur, veluti alieni, aut expellantur, non tamen derelinquo, sed pascos, sollicitum congruis mediis, donec adolefcant. Nunquid ad ista tu sufficies, qui aegre tibi ipsi cibum inuenire potes, ut te audeas aduersum me contra opponere, & quasi ex aequo mecum disputatione contendere?

TRIGESIMONON CAP.

ELVCIDATIO.

Cap. 39.
1. Nunquid non isti tempus partus ibicium in petris.



2. vel parturientes cervas observasti?

Vnquid nosti tu, sicut ego, determinatum tempus quo pariunt ibices siue caprae sylvestres: quae in petris & rupibus commorantur (unde & rupicae sunt dictae) habitantes in abruptis petrarum, in locis quae sunt hominibus caeterisque, etiam animalibus inaccessibilia, eademque loca mirabili celeritate & agilitate naturali perambulantes, quomodo nam caetera animalia planam terram inhabitant & perambulant? 2. Aut nunquid observasti tu cervas in solitudinibus parturientes, ut eas a partu suo

suo foeliciter expedias, quemadmodu facio ego, qui & ibicu
 in petris & ceruaru in syluis partus obseruo, parturietuibusq;
 adsum quasi obstetricis loco, vt a suo partu foeliciter expe-
 diatur: cu alius illic adsit nemo, quo obstetricate foetus edu-
 catur de earu vtero. 3 Nuquid potes tu exacte cognosce- 3 *Dimmera*
 re tepus determinatu, quado parere debeant, ex supputatio- *sti menses con*
 ne mensu a coceptione, quemadmodu solent mulieres hac *ceptus earu,*
 ratione numerandi pranoscere tepus partus sui: aut scire tu *& scisti tem*
 poteris aliqua ratione tepus determinatu partus earu, quan *pus partus*
 do singulae sint pariturae, vt vnicuiq; suo tepore asistas par- *earum?*
 turienti, partuq; educas & excipias: quemadmodum ego
 singularu partus prasco, & menses a conceptione foetus
 habeo numeratos, vt oportuna hora adsum parturietuibus?
 4 Mea prouidentia & benignitate, meq; velut obstetrice 4 *Incuruan*
 agete, celeriter & facilliter illae expediuntur a partu: no pro- *tur ad foetu,*
 lixos & longos valde habent in parturiendo labores, quales
 in mulieribus cernimus, sed facilliori loge opera absoluuntur,
 dum hora oportuna ad foetu mittendum sese incuruat, quo
 facillius per vulua prodire possit foetus: sicq; non ita multa
 molestia a partu suo expediuntur. 5 Alique nihilominus 5 *& parit,*
 in patiedo dolore sentiunt, propter quod pra dolore rugi- *& rugitus*
 tum, siue clamore aliquem vehementiore emittunt, ipso ma *emittunt.*
 xime partus articulo: sed & post partum nonnunquam rugitu
 aliquem emittunt, quasi pra gaudio & laetitia, quod ab onere
 partus sint foeliciter expedita. 6 Postqua vero pepererint, 6 *Separatur*
 no opus est vt per annos multos apud matre foetus perma- *filij earu, &*
 neant & alantur, sed post paucu tempus separantur foetus a *pergunt ad*
 parentibus, eosq; deseretes sibiipsis propria quaerut pascua, *pascuum:*
 pergetes quo libuerit, & vbi pascua commodiora reper-
 rint: 7 ita separantur post menses pauculos a parentibus, & 7 *egrediuntur*
 non redeunt vltra ad illos, nulla vtuntur vltra cosuetudine *& no reuer-*
 matrum: cum filij hominum per annos multos apud matres *tentur ad eas.*
 suas debeant permanere, multaq; diligentia & longa cura
 educari, priusqua sibi sufficiant. Sic ego illarum foetus modico
 tempore, ad tanta corporis perfectione, mea prouidentia
 noui perducere. 8 Enarra etiam mihi syluestris asini natu 8 *Quis dimi*
 rales coditiones, nuquid a te forte illas acceperit? A quo ha *sit onagrū li*
 bent suam naturalem libertatem asini syluestres, vt liberi *beru, & vint.*
 sint & nullius subiecti imperio, nullisque vinculis aut locis *cula ei quis*
 stringantur: quemadmodum asini domestici, illis tamen si- *soluit?*
 miles

miles artificissima & vilissima seruitute præmūtur? Vnde illis, plus quàm istis, hæc est libertas? An ab hominibus, qui fortè illos, quasi manumissos dimiserūt liberos abire in deserta, &

9 Cui dedi vincula eorū dissoluerunt? 9. Ego enim ille sum, nō tu aut in solitudine domū & ca. bernacula eius in terra falsuginis. alius quispiā tui similis, qui suā eis habitationem naturalem dedi in solitudine, illicq; eis in terra sterili & velut falsuginosa solis exusta ardoribus, mansionis suæ locū assignauit, vt nō cogantur more domesticorum asinorū seruire hominibus: ego eos illic nasci facio in desertis, ibidemq; pascō & enutrio. 10. Vsq; eadeo autē gaudet sua hac libertate onager, vt prorsus nollit suā conditionem cōmuntare cum asino quolibet domestico, quātumlibet benignū nato de minū: imò prorsus cōtemnit, execratur & abhorret hominum cōuenticula, pluris faciens suā solitudinē & quam in ea habet libertatem, quacūq; conditione quæ sibi in ciuitatibus possit obtingere. 11. Nimirum in solitudine agens, nullius domini premitur seruitio, nō cogitur audire minaces & terribiles voces gubernatorū, exigentiū duras operas, neq; illorum verbera sustinere cogitur: quemadmodū miseri domestici asini, durissima ferè quotidie & verba & verbera, fer-

11 clamorem exactoris nō audit. re coguntur, à dominis & exactoribus operatū. 12. Et quū domesticus asinus post laborem grauissimū, quantus ab alio nullo iumentorum suæ quantitatis expectatur vel exigitur, ad præsepe alligatus sæpius esuriant, vel minimo, rudissimo & vilissimo pabulo cōtentus esse cogitur: quod neque olfacere alia iumēta equi aut boues dignarentur, syluestris interim asinus nullius subiectus dominio, liberè vagando per solitudinē, circūspicit montes pascuales, in quibus fecerunt ad pastum suū copiosum videt: 13. sicq; circūspiciēs, loca quælibet pulchro gramine viretia perquirat, vt vbicūque voluerit eligat sibi locū ad pascēdum, in locis maximè virentibus: carpitq; illic, & quasi metit propriis dentibus, de pleno aceruo, imò de virenti campo, quodcūque & quā-

12 Circūspicit mōtes pascuae suæ, tumcūq; voluerit. 14. Qualis autem differentia iam enarrata est asini syluestris à domestico, talis ferè cōsiderari potest animalis quātitate maioris, & à cornu in naribus rhinoceros, siue naricornis, aut à cornu vnico in fronte monoceros, siue vnicornis, appellatur, à boue domestico: inter quæ alioqui secundum quantitatem & figuram nō est ita magna differentia, vt quasi bos quidam syluestris rhinoceros

13 & virentia quæque perquirat. 14 Nunquid volet rhinoceros seruire tibi?

vel monoceros videatur. Istud enim syluestre animal, nulla
 ratione humanæ se patitur subiugari seruituti, vt seruiat ho-
 mini in agriculturæ officijs, quemadmodū bos domesticus,
 vel equus rusticus: 15 neq; similiter alligari se patitur præ-
 sepi hominis, vt pro libito eius soluatur, quādo voluerit ad
 opus ipsam emittere, quemadmodū bobus fit aut equis ru-
 ralibus. 16 Nemo hominū sic rhinocerontē, aut monoce-
 rontē poterit edomare, vt loris vllis aut freno aut chamo al-
 ligari possit, & cōpelli ad terrā aratro profcindēdam, vel ad
 occandum, siue complanandū terram aratro profcissā, gle-
 bas maiores confringēdo, & sulcos complanando, iuxta du-
 catum tuū: te videlicet præcedente siue deducente, & illo
 subsequente, quemadmodū boues duce agricola arant ter-
 rā & occant glebas eius. 17 Quanquā admodum fortis sit
 robore, ita vt etiā domesticum superet bouem (quemadmo-
 dum & syluestris asinus fortitudine superat domesticum) *15 aut mora-
bitur ad præ-
sepe tuum?*
*16 Nunquid
alligabis rhi-
nocerota ad
arādum loro
aut con-
catum tuū?*
*17 Nunquid
fiduciā habe-
bis in magna
fortitudine*
 nō tamen habēt homines fiduciā in illius fortitudine, sic vt
 audeant ad opera sua eum cōpellere: neq; credere ei audēt
 vel cōmittere, vel imponere officia illa agriculturæ, ad quæ
 vtuntur domesticis alijs iumentis. 18 Nemo illi tentabit
 imponere, vt terram aret & colat, aliq; quæ ad agriculturā
 spectant perficiat, vt proferat terra segetes suas, & postquā
 fuerint in area collectæ atque excussæ, vt deinde in horrea
 vehat ad vsum annuū, quemadmodū faciunt boues: qui pri-
 mū quidem terrā præparant arando, occando, simum ve-
 hendo, aliq; oportunitis medijs pro agricolarū voluntate,
 vt apta sit seminationi: deinde autem post maturatas sege-
 tes, easdem demessas in area triturāt, & excussā grana colli-
 gunt, conuehūntq; in horrea. Nihil sanè horū, quisquam cre-
 det vel imponere tentabit illi syluestri rhinoceroti siue mo-
 noceroti, propter inedomabilem eius feritatem, per quam
 mori citius malint, aut etiā perimere eos à quibus vexatur,
 quā in istiusmodi hominū obsequijs libera à natiuitate colla-
 submittere. 19 Mirandæ quoque sunt conditiones natu-
 rales struthionis, inter cæteras aues, quibus in operibus na-
 turæ est admirabilis. Pénas enim habet auis ista, similes pen-
 nis aliarum auium, suis alis ad celerem & excelsum volatū
 vtentium, cuiusmodi sunt herodius, id est, ciconia vel ar-
 dea, & accipiter: de quibus nihil est dubium, quin admo-
 dum celeres sint in volando, pennarum suarum beneficio.

Attamen

*18 Nunquid
credes illi,
quoniam se-
mentem red-
dat tibi, &
aream tuam
congreget?*
*19 Pénas stru-
thionis, simi-
lis est pennis
herodij &
accipitris.*

- Attamen quū similes habeat pennas, non similiter volatu se potest eleuare in aërē. Hoc enim peculiare habet auis ista, vt pennis suis ad volatū vti non possit, sed tantū ad celeriorē cursum. 29 Hoc autem animal, quanquā ita magnæ sit quantitatis, vt quū se erexerit equum & equitē insidentem equo superet altitudine, miræ tamē est stoliditatis, incogitantia & obliuioni, etiā iis in rebus de quibus naturaliter reliquæ aues & animalia cætera sollicitā curam gerunt, id est, in speciei conseruatione & fœtus excubatione atq; educatione. Quū enim cæteræ aues, quarū pulli ex ouis generantur, multo tempore ouis ipsis incubent, eaque calore suo foueant, donec primū in testa formetur pullus, ac deinde educatur in lucē: sola ista auis postquā oua pepererit, nihil agit aliud, de excubando vel fouēdo, nihil nouit, sed in puluere tantū ea relinquit vel arena. 21 Quod quū facit stolidi hæc auis, quū sic sua oua quasi pro nihilo derelinquit in arena, nihilo maiore pro ouo curā gerens, quā pro stercore, dic tu mihi, quis id quod superest perficit, vt ex ouo procedat pullus? quis oua illa sic derelicta à matre, calefacit, fouet, & matris loco incubat, tātisper donec formētur & egrediātur ex eis pulli? Tu ne is es qui hæc facis, an potius ego, qui pro specie illa cōseruāda, suppleo animalis illius incogitantia?
- 22 Tam est stupidū illud & obliuiosum animal, vt postquā oua pepererit & in arenā cōiecerit vel abscondiderit, nullā vltra sollicitudinē gerat pro illis, neq; attendit quòd pedibus transeuntium pulsint cōculcari, aut qd bestia agri syluestresq; feræ ea possint pertrāseundo & perculcando conterere.
- 23 Nullo ducitur peculiari affectu erga fœtus suos: nec illa mouetur affectus teneritudine, siue mollicie, quā cætera animalia naturaliter inditā habent erga fœtus suos: pro quibus & antequam in lucem edantur, & postquam in lucem prodierint, magno affectu sollicitam valde curam gerunt:
- 24 sic (inquam) duro sunt & immoto affectu erga fœtus suos, perinde quasi nō sint fœtus ipsarum proprij: non amplius ad proprios quā ad alienos fœtus trahuntur, nihil volentes impendere laboris, pro illis vel excubandis vel educandis. 25 Si eq; frustra videntur laborasse, quantū quidē in ipsis est: eò quòd oua tantū pariunt, sed incubando ea non fouent, neque pullos inde educere student: quod est rem imperfectam relinquere, & frustra laborasse.
- 20 Quando derelinquit oua sua,
- 21 tu forsità in puluere calesfacies ea?
- 22 Obliviscitur, quòd pes conculcet ea aut bestia agri conterat.
- 23 Duratur ad filios suos,
- 24 quasi nō sint sui:
- 25 Frustra laborant,

26 Facit autē hoc, quod magis mirandum est, nullo timore 26 nullo timore
 fugātis aut impediētis ipsam cogēte, ad relinquendum ova more cogēte.
 sua: quū à nullo impediatur vel phibeatur super ova sua in-
 cubare, & pullos inde educere, sed ex mera incogitantia &
 naturali stupiditate. 27 Nimirū quia Deus omnipotēs ne- 27 *Prinauit*
 gavit illi hāc naturalē sapientiā siue inclinationē, & intelli- *enim eā de*
 gentiā siue industriā istam naturalē ei nō dedit, quēadmodū *sapiētia, nec*
 cæteris dedit animalibus, vt per æstimationē siue phantasiā *dedit illi in-*
 scirēt curā gerere suorū scētū fouendorū atque educādo- *telligētiā.*
 rum. Sic Deo placuit, in hac varietate, suā multiplicē osten-
 tare sapientiā: & qui formicę minutissimo animalculo tan-
 tum dedit naturalis industrię, vt etiā hominibus notabile &
 imitabile prouidētię præbeat exemplū, cōtrā huic tātæ mo-
 lis animali tantā indidit stupiditatē & incogitantia, vt neq;
 illam possit assequi industriā vel æstimationē, quam cætera
 omnia etiam minutissima animalcula naturaliter sentiunt.

28 Tantū verò est secundū corporis molē istud animal, vt 28 *Quū tem-*
 quum tempus iam venerit à natura determinatum, quando *pus fuerit, in-*
 per virtutem solaris caloris pullus fuerit eductus, & in suā *altrum alas*
 qualemcunque staturam adultus alas suas erigat in altū, vt *erigit:*
 illis ad cursus sui vtatur adminiculū: 29 sicque alis suis re- 29 *deridet*
 migando & eas quatiēdo, licet volare per aërem nō possit, *equū et ascē*
 adeò tamen celeriter alarum suarum beneficio & adminicu- *forem eius.*

lo terram percurrit, vt celeritate cursus sui vincat equitem
 equo insidentem, & equum quā voluerit fortissimè ad
 cursum impellentē. Celerius enim currit, pedibus super ter-
 ram gradiētib; & alis extentis in aëre, quā possit equus
 currere in omni fortitudine sua. Altitudine etiam auis ista,
 quum se erexerit, æquat vel superat equū & sessorem eius.
 Denique & fortitudine equitē cum equo vel æquat vel su-
 perat: vt his rationibus, quasi deridere siue nihilipendere
 equum cū sessore videatur. 30 Nunc verò etiam equi ge- 30 *Nunquid*
 nerosi & bellicosi nobiles & verè eximias dotes confidere- *præbebis e-*
 mus. Dic mihi: Tu ne ille es, qui equo suam fortitudinem, na- *quo fortitu-*
 turalem, qua cætera omnia excellit domestica & humano *dinem?*
 vsui seruentia animalia dedisti? Fortitudinem, inquam, tam
 corporis, quæ in equis generaliter conspicitur, quā ani-
 mi, id est, magnitatem & naturalem quandam superbiam
 atque iracundiam, quæ in generosis & bellicosis equis pe-
 culiarius consideratur. 31 Aut tu ille es, qui equi colla 31 *aut circū-*

- dabis collo eius hinnium?* ornasti pulchris iubis, quas huc illucq; velut ostentando superbe iactitant, dum hinniunt: quarum etiam aspectu, in mutua concupiscentiam naturali quodam instinctu equi in equas, & equae in equos exardescunt, & praerardore concupiscentiae, quali in signum amoris, adinuicem hinniunt. 32 Nunquid equum perterrefacies, aut perterrefactum minimo quolibet strepitu suscitabis siue exilire facies ad fugam, quemadmodum suscitatur per turbatae & perterrefactae pauidae locustae, ad quemlibet etiam minimum strepitum? Imo vero strepitu & sonitu magis ad iram excitabitur, & ad irruendum in hostem animabitur. Nunquid item tu equo hanc dedisti naturalem virtutem saltandi, ut possit magnos dare saltus, suisque saltibus per dumos & foueas transcurrere: quemadmodum locustae, pro sui corporis quantitate saltus magnos dat & faciles? 33 Quando ad bellum equus praeparatur, sonitus ille & flatus, siue fumus quasi flammis, quem per nares emittit, in quo gloriatur & animositatem suam ostentat, terrorem incutit hosti contra quem sic animatur, & quasi ignem spirat. 34 Atque interim dum a fessore retinetur in tempus opportunum congressus, quasi dilationem egrum ferens & morae impatiens, terram pedibus quatit, eamque ungula sua fodit siue excavat, quasi requirens in quem sauiat, quando nondum datur cum hoste congressus. 35 Quum vero certaminis hora aduenerit, & ipsum congressus momentum adesse iam percipit, non solum non trepidat vel expauescit hostium cuneos, verum etiam laetatur & exultat, cum magna audacia & animositate, sicut exultat famelicus ad mensam opiparam accedens. 36 Nihil opus est, ut calcari a fessore urgeatur conspectis hostium cuneis ex aduerso venientibus, vltro & ex propria animositate obuiam currit in hostes, totumque impetu in eos irruit, quantumlibet armis instructos aut communiros. 37 Non attendit nec curat quicquid videri possit timendum, nihil pendit omnia belli pericula, arma terribiliter sonantia, hastas vibratas, sagittas volitantes, aliaque huiusmodi. 38 Neque gladium metuit vel aliud quodcumque bellicum instrumentum, ut propterea a cursu suo resiliat: neque etiam vulneribus acceptis, donec virium aliquid in eo remanserit, desistit a persecutione hostium: quin etiam ex gladiatorum ictibus & acceptis vulneribus, redditur ad pugnam ardentior. 39 Terribilis quidem ille videtur sonitus armorum equitis super ipsum insidentis, quando obuiam
- 32 Nunquid suscitabis eum quasi locustae?
- 33 Gloria namque eius terrorem:
- 34 terram ungula fodit.
- 35 Exultat audacter,
- 36 in occursum pergit armatis.
- 37 Contemnit pavorem,
- 38 nec cedit gladio.
- 39 Super ipsum sonabit.

obuiâ eo pergente in hostes arma quassantur:sonât à latere *pharetra, vi*
 pendens,grauida sagittis pharetra:hasta quâ in manibus e- *brabit hasta*
 ques tenet,partim cursus ipsius impetu,partim ex iracundiâ *& clypeus.*
 furore,agitata vibratur:& pensilis clypeus,impetu cursus
 per singulos ferè gressus ad arma impulsus,terribilè emittit
 sonitû. Videntur hæc quidè secundû faciè omnia terribilia,
 & essent proculdubio animalibus aliis,quibus nō est hæc na-
 turalis animositas,terribilia valde:verùm equo generoso &
 bellicoso,nihil est hoc armorû strepitu iucûdius: malût tali
 impetu & strepitu in hostè irruere,quàm otiosè ad præsepia
 pabulû delicatissimû sumere. 40 Interim verò dū præpa- *40 Feruens*
 ratur equus ad prælium,& expectatur hora cōgressus,quasi *& fremens*
 præ iracundia ardens & furens,atq; etiâ vocem fremitus cū *forbet terrâ,*
 spuma ad terrâ vsq; emittens, mordet in indignatione ter-
 ram, & velut sorbere aut vorare ipsam videtur, quasi præ
 moræ impatientia,& quasi dentes parans in hostè. 41 Et *41 nec repu*
 quū cœperit tuba sonare,vt ineatur præliû,nihilificat clan- *tat tubæ so-*
 gore eius,sic vt propterea timeat aut cesset ab animositate *nare clan-*
 ista,nihil profus clangore eius terretur. 42 Imò verò vbi *gorem.*
 audierit sonitû buccinæ,horrificû illud taratantara insonan *42 Vbi au-*
 tis,ad excitandum in prælium animos militum, præ lætitia *dierit bucci-*
 hinnitû emittit,& quasi exultando,heah heah,vocem natu- *nam, dicit:*
 raliter exultationis significatiuâ,proclamar,velut cōtestans *Vab.*
 iam adesse quod expectauerat. 43 Imò tam est ad bellû *43 Proculo-*
 naturali quadâ inclinatione dispositus generosus equus,vt *doratur bel-*
 à longè quasi odorando bellum percipiat,etiâ priusquâ ho- *lum,*
 stes videat:vt quasi naturali quadam industria bellû præsa-
 giar,quemadmodum id quod odoratu percipimus,à longè
 priusquâ adueniat,vel priusquam cōspiciatur subinde per-
 cipimus. 44 Percipit etiâ & quasi intelligere videtur ex- *44 exhorta*
 hortationem ducum exercitus,quando illi iam iam instante *tionè ducû,*
 cōgressu,coram militibus suis animosè perorant,vt eos red *et vlulatum*
 dant audaciores paratiorèsq; in præliû:& quâdo exercitus *exercitus:*
 velut applaudens ducû exhortationi,post finè verborû,in-
 certo clamore quasi vlulatû emittût,se mutuò animâtes ad
 cōgressum. Ista vidètur adnīaduertere generosi equi,per
 naturalè quadâ æstimatiuæ virtutis industriâ:ita vt nō mi-
 nus interdum ab huiusmodi exhortatione ducum & exer-
 citus vlulatu,animètur in in prælium equi ipsi,quàm sèssō-
 res eorum. Et ista quidem de equi natura, spectanda sanè

- 45 *Nūquid per sapiētīā tuā plume- scit accipiter alas suas ad austrum?* & admirāda, sint dicta. 45 Nūc verò de accipitre & aquila, te interrogatū velim: Tu ne ille es, per cuius sapiētīā atq; prouidētīā accipiter, animal rapax plumas accipit: qui vëto meridionali gaudēs, propter tēperiem & suauitatē eius præ ceteris vëtis, alas suas expādit versus austrum, vt melius eo vëto reficiatur? Aut es tu ille, per cuius sapiētīā singulis annis accipitri plumæ mutātur & renouātur, quādo vëto meridionali suauiter flāte, ipse naturali quodā instinctu & industria alas suas expādit versus austrū siue meridiē, vt sic ex beneficio vëti illius plumas nouas accipiat, & quasi reiuuenescat?
- 46 *Nūquid ad præceptū tuum eleuatur aquila, & in arduis ponet nidū suū?* 46 Tu ne ille etiā es, ex cuius præcepto siue prouida dispositione, aquila alarū suarū beneficio in aërem altissimē super omnes alias aues eleuatur, nidūmque suū constituit in locis altissimis & difficillimis, ad quæ (tum propter nimīā altitudinem, tū propter viatū difficultatē) nec hominibus nec aliis animalibus facilē potest esse accessus? 47 Mansionē & habitationē suā eligit in altissimis petris, in silicibus præruptis ac prominētibus, & in rupibus altissimis atq; difficillimis, ad quas nō patet accessus aliquis neq; hominibus neq; aliis bestiis. Quis, inquā, nisi ego aquilæ ipsi hęc dedit agilitatē volatus, vt sic possit super alias aues eleuari altissimē? & quis illā ei cōtulit prouidentīā naturalem, vt nidū suū sic in locis inaccessibilibus cōstituat, vbi nō possit accipere nocumētū ab aliis animalibus? 48 Ex ea autē habitatione in locis altissimis, nō solū habet aquila q̄ tuta sit à nocumēto aliarū bestiarū, verūetiā q̄ cōmodius sibi suisq; pullis possit de cōgruo alimēto prouidere. Inde enim facilius intuētur escā sibi cōmodam, quā prædentur & rapiant, quā si in locis humilioribus habitarent: & oculi earū alioqui admodum acuti visus, eminus & à longē prospiciūt quod sibi venari possint in cibum. 49 Quum verò raptam prædam & mactatam ad nidum suum attulerint, pulli famelici sanguinem lambūt defluentē è mactatis aut discerptis animalibus: sicq; ab ætate prima assuescunt sanguine pasci animalīū, ac deinde carnes eorundem vorare. 50 Tanta autem vigilantia & acutie oculorū specularunt de excelsis illis locis, vt vbicunq; per circuitum longē latēq; cadauer aliquod fuerit, statim ab eis conspiciatur, eoq; cōspecto accurrant quantocius, ad auferendum ipsum & afferendum pullis: eò q̄ multi admodum sint cibi, vt nō possent simul & sibi & pullis suis educandis sufficere,
- 50 *& vbi cū que cadauer fuerit, statim adest.*

sufficere, nisi tanta diligentia venationi escharū intenderent.

51 Quæ omnia postquam dominus ita magnifica voce & verbis multis interrogando proposuisset, in testimoniū suæ incomparabilis superexcellentiæ, silente ipso Iob præ reuerentia domini loquentis, prorsusq; nihil respondente: vt amplius ipsum humiliaret, metumque ei & reuerentiam sui incuteret, & ad manifestam humilitatis cōfessionem eum adigeret, sic eum quasi ad responsionem invitando, imò perurgendo alloquutus est, dicens: 52 Quid tu nūc files, o Iob, & quare nō respondes? Siccine tacere nūc debet & obmutescere loquente Deo, qui paulò antè tam cōfidenter cum Deo quærebat cōtendere, qui disputare cum Deo cupiebat & cum eo stare in iudicio, qui ad solum vsq; Dei optabat peruenire, vt os suum impleret increpationibus, quas coram eo effunderet? Debet is qui tā gloriose se iactitauit priusquā loqueretur Deus, modo apparente & loquente Deo, tam facile conquirere? 53. Imò verò, qui cum Deo cōtendere cupiebat, & quasi arguere eum de iniquis iudiciis vel operibus (quemadmodū ex verbis tuis visus es tu velle arguere Deū) nunc certè Deo palàm cōparente, nō deberet subtere, sed causam suam proponere coram eo, & maximè ipsi prius interroganti respōdere. Qui enim alterū ad certamen vel iudiciū prouocat, eo cōparente nō debet à certamine vel iudicio subterfugere, sed negotiū suū propter quod in iudicium alterum vocauit, cōfidenter prosequi. Tu autem modò prorsus obmutescis, nec ipse me interrogans quicquam, nec interroganti respondens. 54. Tremefactus ad hanc domini exostulationem Iob homo religiosus, qui verabatur omnia opera sua, nō peccatum suum defendere studeuit, nō excusationes quærere in peccatis, vt quæsierant prius mi parentes quum reprehenderentur à domino: sed ad penitentiam & confessionis salutare remedium prudenter statim confugit, culpam agnoscens in excessu sermonis, & humiliter cōfiteus. 55 Agnosco (inquit) domine & cōfiteor, me in verbis supra coram amicis meis prolatis, nimium leuiter & incōsideratè loquutum. Quanquam verba mea illa, quibus sic tam liberè te ad disputationem prouocaui & conqueri visus sum de tuis iudiciis, non ex malitia vel odio cōtra te protulerim, aut animo blasphemadi: hoc tamen agnosco te reprehendente, q̄ non satis timoratè, circumspectè

51 Et adiecit dominus, & loquutus est ad Iob:

52 Nunquid qui cōtendit cum deo, tā facile conquirat?

53 Vtiq; qui arguit deū, debet respondere ei.

54 Respondens autem Iob domino, dixit:

55 Qui leuiter loquutus sum,

45 Nūquid
per sapiētiā
tuā plume-
scit accipiter
expandens
alas suas ad
austrum?

& admirāda, sint dicta. 45 Nūc verò de accipitre & aquila, te interrogatū velim: Tu ne ille es, per cuius sapiētiā atq; prouidētiā accipiter, animal rapax plumas accipit: qui vērō meridionali gaudēs, propter tēperiem & suauitatē eius præceteris vētis, alas suas expādit versus austrum, vt melius eo vērō reficiatur? Aut es tu ille, per cuius sapiētiā singulis annis accipitri plumæ mutātur & renouātur, quādo vērō meridionali suauiter flāte, ipsē naturali quodā instinctū & industria alas suas expādit versus austrū siue meridiē, vt sic ex beneficio vēti illius plumas nouas accipiat, & quasi reiuuenescat?

46 Nūquid
ad præceptū
tuum eleua-
bitur aquila,
& in ar-
duis ponet
nidū suū?

46 Tu ne ille etiā es, ex cuius præcepto siue prouida dispositione, aquila alarū suarū beneficio in aërem altissimè super omnes alias aues eleuatur, nidūmque suū constituit in locis altissimis & difficillimis, ad quæ (tum propter nimiam altitudinem, tum propter viatū difficultatē) nec hominibus nec aliis animalibus facillè potest esse accessus? 47 Mansionē & habitationē suā eligit in altissimis petris, in silicibus præruptis ac prominētibus, & in rupibus altissimis atq; difficillimis, ad quas nō patet accessus aliquis neq; hominibus neq; aliis bestiis. Quis, inquā, nisi ego aquilæ ipsi hāc dedit agilitatē volatus, vt sic possit super alias aues eleuari altissimè? & quis illā ei cōtulit prouidentiam naturalem, vt nidū suū sic in locis inaccessibilibus cōstituat, vbi nō possit accipere nocumētū ab aliis animalibus? 48 Ex ea autē habitatione in locis altissimis, nō solū habet aquila q̄p tuta sit à nocumēto aliarū bestiarū, verū etiā q̄p cōmodius sibi suisq; pullis possit de cōgruo alimēto prouidere. Inde enim facilius intuetur escā sibi cōmodam, quā prædentur & rapiant, quā si in locis humilioribus habitarent: & oculi earū alioqui admodum acutivisus, eminus & à longè prospiciūt quod sibi venari possint in cibum.

47 In petris
manet, in
præruptis si-
licibus com-
moratur, at-
que inaccessi-
bis rupibus.

48 Inde cō-
templatur
escam, & de
longè oculi
eius prospici-
ciunt.

49 Pulli eius
lambunt
sanguinem,

49 Quam verò raptam prædam & mactatam ad nidum suum attulerint, pulli famelici sanguinem lambūt defluentē è mactatis aut discerptis animalibus: sicq; ab ætate prima assuescunt sanguine pasci animalium, ac deinde carnes eorundem vorare. 50 Tanta autem vigilantia & acurie oculorū specularunt de excelsis illis locis, vt vbiq; per circuitum longè latēq; cadauer aliquod fuerit, statim ab eis conspiciatur, eorūq; cōspecto accurrant quantocius, ad auferendum ipsum & afferendum pullis: eò q̄ multi admodum sint cibi, vt nō possent simul & sibi & pullis suis educandis

50 & vbiq̄
que cadauer
fuerit, statim
adeft.

sufficere,

sufficere, nisi tanta diligentia venationi escarú intenderent.

51 Quæ omnia postquam dominus ita magnifica voce & 51 *Et adiecit*
 verbis multis interrogando proposuisset, in testimoniú suæ *dominus, &*
 incomparabilis super excellentiæ, silente ipso Iob præ reue- *loquutus est*
 rentia domini loquentis, prorsúsque nihil respondente: vt am *ad Iob:*
 plius ipsum humiliaret, metúmque ei & reuerentiam sui in-
 cuteret, & ad manifestam humilitatis cõfessionem eum adi-
 geret, sic eum quasi ad responsionem inuitando, imò perur-
 gendo alloquutus est, dicens: 52 Quid tu núc files, ó Iob, 52 *Nunquid*
 & quare nõ respondes? Siccine tacere núc debet & obmu- *qui cõtendit*
 tescere loquente Deo, qui paulò antè tam cõfidenter cum *cum deo, tã*
 Deo quærebat cõtendere, qui disputare cum Deo cupiebat *facile con-*
 & cum eo stare in iudicio, qui ad solium vsq; Dei optabat *quiescit?*
 peruenire, vt os suum impleret increpationibus, quas coram
 eo effunderet? Debet is qui tã gloriose se iacitauit priusquã
 loqueretur Deus, modo apparente & loquente Deo, tam fa-
 cile conquiescere? 53. Imò verò, qui cum Deo cõtendere 53 *Vtiq; qui*
 cupiebat, & quasi arguere eum de iniquis iudiciis vel ope- *arguit deũ,*
 ribus (quemadmodú ex verbis tuis visus es tu velle arguere *debet respon-*
 Deũ) nunc certè Deo palàm cõparente, nõ deberet subtrice *dere ei.*
 re, sed causam suam proponere coram eo, & maximè ipsi
 prius interroganti respõdere. Qui enim alterú ad certamen
 vel iudiciú prouocat, eo cõparente nõ debet à certamine
 vel iudicio subterfugere, sed negotiú suú propter quod in
 iudicium alterum vocauit, cõfidenter prosequi. Tu autem
 modò prorsus obmutescis, nec ipse me interrogans quic-
 quam, nec interroganti respondens. 54. Tremefactus ad 54 *Respon-*
 hanc domini ex postulationem Iob homo religiosus, qui ve- *dens autem*
 rebatur omnia opera sua, nõ peccatum suum defendere stu- *Iob domino,*
 duit, nõ excusationes quærere in peccatis, vt quæsierant pri- *dixit:*
 mi parentes quum reprehenderentur à domino: sed ad pœ-
 nitentiæ & confessionis salutare remedium prudenter sta-
 tim confugit, culpam agnoscens in excessu sermonis, & hu-
 militer cõfiteus. 55 Agnosco (inquit) domine & cõfiteor, 55 *Qui leui-*
 me in verbis suprã coram amicis meis prolatis, nimium le- *ter loquutus*
 uiter & incõsideratè loquutum. Quanquam verba mea illa, *sum,*
 quibus sic tam liberè te ad disputationè prouocauit & con-
 queri visus sum de tuis iudiciis, non ex malitia vel odio cõ-
 tra te protulerim, aut animo blasphemádi; hoc tamen agno-
 sco te reprehendente, & non satis timoratè, circumspectè

- 56 *responde-
re quid pos-
sum?* & reuerenter sim loquutus, vt loqui hominem mortale de-
cer de tanta maiestate creatoris omnium. 56 Ideoq; cul-
pam in hoc meam agnoscens domine, non habeo quod re-
spondeam: non possum nec debeo pro mea excusatione quic-
quam loqui, sed tantum humiliter me accusare. 57 Melius
57 *Manum
meam ponam su-
per os meum.* enim mihi videtur, amodo comescere digito labia & os
meum occludere, vt nec similia posthac loquatur tanta liber-
tatis atque licentiae verba, de quibus iam me reprehendisti;
neq; etiam aliam ad defensionem culpae praeteritae, quibus tuam
iram duplo prouocem. 58 Loquutus sum verbum vnum
atque alterum, verba quaedam in praecedentibus sermonibus
58 *Vnum lo-
quutus sum,
quod vnum
non dixissem.* protuli quae nunc mihi displicent, & de quibus ago poenitentiam.
Dixi inter caetera nimis licenter, velle me tecum disputa-
re, & tecum iudicio contendere, eo quod grauius puniret
quam meruerunt peccata mea, & quod abstulisses vel peruer-
tisses iudicium meum, & alia plura in eandem sententiam: quod
verbum, vt nimis inconsideratum & licetiosius quam deceat
59 *Et alie-
rum:* prolatum, vellem me non dixisse. 59 Dixi etiam alterum
verbum nimium me iustificans, & enumerandis amplifican-
disq; meis iustitiis nimium insistens: cuius etiam me poenitet,
eo quod illa mea opera visus sim quasi in tuae iustitiae dero-
gationem commemorare, qui me tam iustum tam grauius af-
60 *quibus
ultra non ad-
dam.* flixeris. 60 Nolo posthac alia his similia proloqui, ne gra-
uius contra me tuam iram prouocem: sed potius in humi-
litate & silentio praeteritorum delictorum sic agere poeni-
tentiam, vt noua veteribus non adiciam.

QUADRAGESIMI CAP.

ELVCIDATIO.

Cap. 40.
*Respondens
autem domi-
nus Iob de
turbine, di-
xit.*



Vanquam autem hac confessione humiliter Iob
poenitentiam suam veram & sinceram ex animo
declarasset, nondum tamen ab increpatione &
disputatione dominus cessauit: sed vt ad ma-
iorem humilitatem ipsum Iob induceret, suiq; ti-
more & reuerentia profundius cordi ipsius insculperet, qua-
si exprobrando & obiurgando ad illum sermonem prosequi-
tur, cum terrore vocis vt antea, quasi de turbine loquens: ad
cum modum quo praceptor aut pater, discipulum vel filium
quem teneret diligit, propter verbum aliquod irreuerentiae vel
impa-

impatientia, prolixius nonnunquam & acrius voce terribili obiurgat, etiam post agnitam eius penitentiam, seuerius etiam verba ipsa expendens & ponderans quam ex animo illius fuerant prolata, vt magis eum humiliet, atq; ad maiorem sui ipsius reuerentiam inducat. Sic itaq; dominus loqui pergit ad illum. **2** Quid nunc ita cito & tam facile cedis ac obmutescis, qui tam audacter pauloante loquebaris, vltra certiam me prouocas in contentione? Nunc ego te secundo prouoco, vt ad disputationem quam cupiebas te pares, vt accinctis lumbis & omni apparatu quo valueris virum te praebeas, quasi magnum aliquid aggressurus, ad quod pauloante sufficientem te reputabas. Tu mihi prior optionem dedisti, vt vel me interrogante tu responderes, vel te interrogante ego responderem. **3** Nunc ecce adsum ego, interrogaturus te de occultis & mirabilibus operibus potentiae atq; sapientiae meae: tu vide si mihi possis respondere, & singulorum de quibus adhuc interrogaberis exactam reddere rationem.

4 Et primum quidem interrogatum te velim, quid sibi voluerint illa tua verba tam libera tamq; licenter & incircumspecte prolata, quibus tam studiose & vsq; ad excessum conatus es tua defendere & astruere innocentiam, vt meorum iudiciorum aequitati visus sis derogare, meq; vt minus aequum iudicem & quasi tyrannum quendam crudelem accusare & condemnare. Nam quod tuam quidem innocentiam defenderis, non penitus improbo, sed quod tatepore in tuae iustitiae defensione fueris occupatus, tantoq; ea in re excessu vsus, vt verborum tuorum excessu meae videaris derogasse iustitiae, id sane non possum non aegre ferre, & sine reprehensione dissimulare non debeo, quum in iis quae de Deo habentur sermonibus, tanta cautela & sollicitudine debeat se obseruare homo, vt nec propter sui excusationem, nec ob aliam quamcunq; causam, quicquam proferat in quo diuinae maiestati vlla in re videatur iniuriam facere. **5** Quod si te ipsum reputes mihi aequalem, vt meae magnitudini deferre te non oporteat, liceatq; tibi liberè nullo habito meae maiestatis & dignitatis respectu agere & loqui quae volueris, ita vt existimes te aequalis esse mecum potentiae, & similiter posse voce terribili tonare in nubibus, quemadmodum ego in nubibus frequenter edo tonitrua, atq; etiam aliis quum voluero terribiliter loquor è turbine. **6** Age experiamur quid possis: ostende, si

*2 Accinge
sicut vir lumbos tuos:*

*3 interroga
bo te & in-
dica mihi.*

*4 Nunquid
irritum facies
iudicium meum,
& condemna-
bis me, vt ius-
tificeris?*

*5 Et si habes
brachium
sicut deus,
& si voce
similisonas:*

6 circunda te

bi decorem, & in subli- potes, istam tuam omnipotentiam, iudiciis illis quibus ego meam
me erigere. omnipotentiam hominibus, soleo ostendere. Indue te decore
sive ornatu cultumque; regio, assumens tibi in manibus sceptrum,
& in capite coronam regni: & in sublime solium condescende,
unde imperitare possis & potestatem tuam ostendere homi-

7 & esto glo- nibus. 7 Adorna te omni gloria qua poteris, & speciosis-
riosus, et spe simis preciosissimisque; induere vestibus, extremumque; (ut pau-
ciosis indue- cis dicam) adhibe conatum & studium, ut quam accuratissi-
re vestibus. me te exornes, nihil eorum omittens quae solent adhibere re-
ges & principes, ad ostendendam suae dignitatis gloriam & gra-
tiam conciliandam, terroremque; incutiendum hominibus.

8 Disperge 8 Quum vero sic temetipsum omni studio exornaueris, ex-
superbos en tremumque; adhibueris conatum & adminicula omnia, quae pos-
furore tuo, sent maiestatem tibi vel fortitudinem conferre, tum deinde exhi-
be nobis indicia omnipotentiae tuae, qualia ego exhibui ab
initio seculi, & quoties opus fuerit quotidie exhibeo: videli-
cet ut superbos, qui contra praecipua iustitiae insurgunt, & di-
uinam maiestatem praefracta ceruice contemnunt, in vitio iracun-
diae tuae, per iustitiae zelum, dispergas dissipisque in nihilum:

9 & confun- 9 eosque; qui sic inordinate suam quaerunt gloriam, confusione
de eos: & pudore afficias sempiterno. 10 Respice iracundiae vultu,

10 & respi- si poteris, omnem arrogantem, qui sibi ipsi, nimium placens suam vo-
ciens omnem luntatem diuinam aequitati submittere contemnit: & in hoc re-
arrogantem spectu irati vultus tui, eos qui se exaltare volebant ad terram
humilia. usque, imò ad profunda usque; inferni, humilia. 11 Neque; ve-

11 Respice cu- rum personarum sis acceptor, ut solet esse qui inter homines iu-
hos super- dicis funguntur officio: sed absque personarum acceptione
bos & con- indifferenter omnes superbos toruo vultu indignationis tuae
funde eos. respiciens, confunde eos sempiterna confusione, qua digni
sunt, ob praesumptionem suam superbiae. 12 Vniuersosque im-

12 & cõtete pios disperde in loco & statu suo, ita ut felicitate sua & di-
impios in lo- gnitate temporali priuatos in perditionem eos mittas extre-
co suo. mam. 13 Morti eos trade vniuersos simul, quicumque sint

13 Abscõde & quanticumque multitudine vel magnitudine: & in cinere
eos in pul- resolutos, sub terrae puluere eos absconde, ut non ultra appa-
neve simul. reant super terram in loco viuentium. 14 Facies quoque &

14 & facies vultus eorum demerge in foueam: corporales quidem vultus
eorum demer- in foueam sepulchri, spirituales autem vultus sive animas in
ge in foueã. foueam sive profunditatem inferni, ut ultra non fruantur lu-
ce, neque; aeternitatis neque; temporis huius, sed in foueae profun-
ditate

ditate tenebras possideant sempiternas. Ista (inquam) quæ
 ego facio in superbos iudicia, tu (si poteris) eadem exerce.
 15 Quod si ista tu poteris tua virtute efficere, agnosca ego *15 Et ego cõ-*
 te mihi æqualem, æquè ac me ipsum omnipotentè: & confi- *fitebor, quòd*
 tebor ingenuè, q̄ nullius egeas potentia vel virtute, ad fa- *saluare te*
 ciendū quicquid volueris, sed quod te ipsum possit tua ip- *possit dexte-*
 sius dextera saluare, quòd q; ad omnia quæ volueris propria *ra tua.*
 tibi tua fortitudo sufficiat: quæ admodū me saluat mea dex-
 tera, & nullius quacūq; in re indigeo opera vel auxilio. Cõ-
 trà verò, si ista quæ solius sunt diuinitatis opera atque iudi-
 cia tibi nequaquā cõpetunt, vt proculdubiò minimè cõpe-
 tunt, agnoscas oportet, te nõ esse æquiparandū Deo, neque
 ita licenter debuisse cum Deo quasi cū æquali contendere.
 Ad hæc autē, vt amplius tibi meæ omnipotentię maiestas &
 superexcellencia fiat manifesta, præterea quæ suprà tibi in-
 terrogando enarraui opera potentię ac sapientiæ meæ, alia
 quædam magis aperta & miranda placet adiungere, in qui-
 bus peculiare relucet potentię sapientiæq; meæ super excel-
 lentis spectaculū: primū quidem, in elephante omniū ter-
 restrium animalium maximo: deinde in cetō marino, omniū
 marinarum beluarū maximo. 16 Cõsidera (inquam) præ- *16 Ecce be-*
 terea quæ suprà proposita sunt, etiā elephantem ipsum, per *hemo, b,*
 excellentiā quandam behemoth, id est, bestiam vel bestiarū
 bestiam, meritò nominatū, eo q̄ sit omnium bestiarū maxi-
 ma: 17 quem ego in principio creationis & distinctionis
 rerū, sexto demū die, post cætera omnia iam formata & di- *17 quem fe-*
 stincta, tecū simul formaui: quando sexto die, post volatilia *ci tecu. n.*
 & aquatilia iā ante die quinto formata, dixi vt produceret
 terra animā viuentem, iumenta & bestias secundū suas spe-
 cies, & factū est ita: ac deinde, omniū postremo eodē tamē
 die, factus est homo in animā viuentem. Item quem feci te-
 cum, quasi similem aliquo modo, & conditioni naturæ hu-
 manę propinquiorem cæteris bestiis, eo q̄ Elephas inter o-
 mnes bestias proximè videatur accedere ad rationem hu-
 manā: ita vt videatur aliquid habere rationis, propter admi-
 rabilem docilitatem qua cognoscitur cæteris omnibus ani-
 malibus præcellere. Huius (inquam) animalis vnus cõside-
 ratio, abundè tibi monstrare poterit meę potetiæ sapientiæq; *18 foenū qua*
 superadmirabilem excellentiam. 18 Illudque imprimis *si bos come-*
 in hac bestia est spectatu dignum, cū tantæ sit molis & det.
 tanti

tanti roboris, esse nihilominus eam m̄suetā omnino humanam & innocuā, nō viuente ex præda aliorū animalū, quē admodū alia pleraq; animalia lōgē & corporis mole & virium robore minora ex præda mutua viuunt, tam in aqua quā in terra. Non enim carniuora est hæc bestia, sed herbis & fœno in morē domestici & mansueti bouis pascitur, absq; animalis cuiuscunq; nocumento. Quod ita prouidē à diuina sapientia ordinatum est, ne si tātū animal venationi pasceret, terrā vniuersam vbi ipsum agit ab aliis animalū

19 Fortitudo
eius in lum-
bis eius,

speciebus cōtingeret euacuari. 19 Est autem hoc animal præcellentis admodū fortitudinis, quæ maximè in dorso apparet, vbi est lumborū sedes, quū super dorsum suū gestare possit lignearū turriū propugnacula, in quibus inclusi sint viri armati triginta aut quadraginta, desuper pugnātes & magno impetu sagittas, lapides aliāq; huiusmodi in hostes eiaculātes, qui velut ex altis mōtibus pugnare vidētur, ad quā molē, tum ipsius turris tum virorū tot pugnantiū, tum armorū & iaculorū quæ viris tot sufficiāt, tum impetus ipsius quē desuper faciunt pugnantes, nihil dubium quin maxima requiratur & incredibilis fortitudo. 20 Venter quoque, licet infirmior sit & mollior dorso, quod vix vllō iaculo potest penetrari, tamen magna patet etiā in eo virtus & fortitudo subtus iuxta vmbilicū: vbi vinculis admirandis necesse est alligari illa turrita ædificia (quæ admodum cingulis quibusdā sub vêtre alligātur equis sellę superpositæ) ne decidant: quæ sanē ligamina tam validissima atq; durissima, nō posset sustinere inferior ad vmbilicū venter eius, si nō esset admodū insignis ad sufferendum roboris, ita vt aliud nullū animal tam fortem & durissimam ligaturam ferre posset.

20 & venter
illius in vmbilico
ventris eius.

21 Quod si in eadem bestia illas etiam partes contempleris, quæ in cæteris maximè videntur infimæ & molliores, caudam scilicet & genitale membrū, admiraberis in hac bestia etiam istorū excellētiā. Caudam enim habet magnam & proceram, quā cū voluerit stringendo erigit in altum & rectum, perinde ac si cedrum videas eleuari in aëra, arbore procerā planā & altam: sic & crassa mediocriter eius cauda, & fatis procerā, in altūmq; directē eleuata, cum erigere eā voluerit: plana quoq; est & minimè villosa vel pilosa, vt cæterarum bestiarum ferè sunt caudæ. 22 Testiculos quoq; qui in aliis animalibus ferè sunt molles & teneri, habet ani-

21 Stringit
caudā suam
quasi cedrū:

22 nervi testi-
culorū eius

mal istud

mal istud admodum fortes & duros, utpote neruis multis & perplexi durioribus perplexos, siue hinc inde implicitos. 23 Si ossa sunt. eius cōsideres, videbis quasi fistulas quasdam cōcauas, propter medullarum continentiam, aut verius canales quasi ex solido are fusas: solidissima scilicet sunt ossa eius & incuruabilia siue inflexibilia, imò ferè infrangibilia. Talia quidem sunt omnia ossa per totum expansa corpus, peculiariter verò illa ossa crurium siue pedū eius quibus tantum pondus totius corporis innititur, quæ etiā naturaliter sic disposita sunt prouidentia dei, ut flecti vel incuruari nō possint (quæ admodū cæteræ bestię pedes habēt in medio flexibiles) ut velut colūnæ immobiles tanti ædificij pondus melius sustinerent. 24 Quæ autē inter ossa præcipua per totū corpus expansa à natura interpositæ sunt cartilaginee, quarū medio ossa ossibus (quæ adinuicē propter duritiā nimīā cōmodè harere nō possunt) naturali prouidentia cōtinuantur, eò quod partim duræ sunt ut ossa, partim molles & viscosæ ut caro, eę si attentius cōsiderentur, videbuntur propter sui duritiem esse velut laminæ quædā ferreæ, perinde ac si fistulas æneas vel baculos æneos plures adinuicem cōiungas, per laminarū ferrearū intermedium. 25 Hoc animal inter omnia animalia à Deo creata, in quibus Deus perfectionē absolutā potentiæ atq; sapientiæ suæ super terram ostendit, maximū est atq; præcipuū, quo nō est aliud vel mole maius, vel præstantius fortitudine, ut quasi principium videatur viarū dei. i. præcipuū & principale inter creaturas istas corporales, quæ sunt quasi via dei, utpote per quas videtur deus quodāmodo extra se ire, suam bonitatē cōmunicando extra suā substantiam, suā quoq; potētiā & sapientiā foris in operibus declarando. 26 Tam autē est inuicti roboris iste elephas, ut nec ab homine, nec ab alio quouis animali facillè possit superari aut interfici, sed solius Dei manu & potentia interimitur. Ipse qui eum talem ac tantū cōdidit, quando vult applicabit gladium ei. i. deficere eum faciet, & morte concidere in puluerem per senectutis defectum, post annos vel trecentos, vel etiam quingentos ad quātos annos interdum vitam producant ea animalia. Nullius autem creaturę altius virtute facillè istud animal interficitur vel expugnatur, ita ut quasi pro miraculo habeatur, si fortè ab homine contingat peremi elephantum, cuius tamen manu domantur omnia.

23 *Ossa eius
velut fistulæ
arıs:*

24 *cartilago
illius quasi
laminæ fer-*
rea.

25 *Ipsè est
principium
viarum dei.*

26 *Qui fecit
eum, appli-*
*cabit gladium
eius.*

- 27 *Huic mō
res herbas fe
runt.* omnia. 27 Cūm verò tantæ sit molis tantiq; roboris ani-
mal istud, mirū est, simul in eo tantā inueniri mansuetudinē
& simplicitatem innocuā, vt non carnibus velit pasci aliorū
animaliū minorū, tantūmque herbis & graminibus quæ vl-
trò nascuntur in mōtibus & syluis cōrentum viuere, sine vl-
lius animalis nocumento. Vnde cibum illi subministrant, nō
ouium caulæ, aut vitulorū armenta, aut aliorum animalium
greges, vt lupis aut leonibus: non gallinarū aut anserū pul-
li, vt vulpibus: sed montes, qui in desertis sunt locis, cibum
28 *omnes be
stia agri lu-
dent ibi.* illi suum omnem subministrant. 28 Vsq; eadē autem nō
est carniuorum aut rapax hoc animal, adeo que est innocuū,
vt etiam bestia alia minores quæ in agris atque desertis &
syluis nascūtur, liberè possint & audeant cum elephantibus
cōiuere imò corā eis quasi securè ludere, absque vllō me-
tu & periculo. Tam enim nocere elephas nō cupit cæteris
animalibus minoribus, vt si quando cōtingat obuiam ei fie-
ri in itinere conferta gregum agmina, benigna placidāque
manu illa amoueat, vt sibi viam parent, nec eorū quicquam
29 *Sub ym
bra dormit,
secreto cala-
mi, locis hu-
mentibus.* vel ignorās proterat. 29 Quoniam verò animal est ma-
ximæ siccitatis, eo q; maximè abundat melancholia, & quia
in locis nascitur maximè calidis, hinc est quod locum quie-
tis sibi quærit & eligit potissimū sub ymbris: nō in via trita
quæ solis pateat ardoribus, sed in secessibus, in locis semotis
à via cōmuni, vbi arundines crescunt & calami in magna a-
būdantia & altitudine: in locis videlicet humidioribus, iux-
ta amnes vadabiles & minora flumina, quibus maximè de-
lectatur, & circa quæ libenter conuersatur ac pascitur, pro-
pter refrigerium frigoris & humoris temperati, quod in lo-
cis eiusmodi cōmodius inuenit quàm alibi. 30 Illic enim
30 *Protegūt
ymbræ ym-
bram eius.* ymbræ calamorum & arundinum, qui in littore fluminū in
copia & altitudine maiore crescunt, ex omni parte melius
elephantū ipsum obumbrāt, sicque obumbratione sua pro-
tegūt à nimis solis ardoribus, quibus plurimū affligitur, ob
naturalem siccitatem: quæ grauatur in eis, accedentibus so-
lis æstibus. 31 Salices quoque iuxta torrentes in ripis sceli-
31 *circunda-
bunt eū sali-
ces torrētis.* citer crescentes, ad magnā tum latitudinem, tū altitudinem,
quarum rami ex sua natura sunt refrigeratiui, circundabunt
eum ex omni parte & defendent à solis æstu: quemadmo-
dum & cæteræ arborum species, quæ fortè iisdem in locis
nascuntur, refrigerium ei & auxilium hac in re præstant.

Idē ipsum animal, partim ob corporis ingentē molē, ma- 32 *Ecce ab-*
 ximē autē ob excellentē siccitatem melācholicæ cōplexio- *forbebit flu-*
 nis, quæ in eo mirē dominatur, tam est siticulosum, vt post- *uium, & nō*
 quā aquæ plurimū biberit, videatur quasi nihil bibisse. Et *mirabitur.*
 (vt hyperbola quadā sic rem exprimamus) cū aquę magnā
 vim, quasi fluuiū quendā, aut quantum cōtinet fluuius, siue
 lacus integrē, ebiberit, nihil mirabitur, nō videbitur noui a-
 liquid fecisse, nondū videbitur satiatus, plus adhuc potus re-
 quiret. 33 Imō cōfidit se posse ebibere totū fluuium, quan- 33 *& habet*
 tūlibet magnum & cōtinuō fluentem, qualis est Iordanis in *fiduciā, quod*
 terra Iudææ, aut alius quilibet fluuius in sua regione: quē ad- *influat Ior-*
 modum siticulosi multum, dicere assolent, posse se ebibe- *danis in os*
 re, siue exhaurire totū aliquē fluuiū, vel etiā ipsum oceanū. *eius.*
 34 Quanquā autē tātæ sit molis & fortitudinis iste ele- 34 *In oculis*
 phas, patitur tamen admodum facilē se domari, & in serui- *eius quasi*
 tutem hominum redigi: idq; occasione potissimū oculorū *hamo capiet*
 suorū, quibus velut hamo capitur. Venatores enim cum ele- *eum, & in sit*
 phantū capere voluerint, foueā sub terra defodiunt, in quā *ribus perfo-*
 cum ille ceciderit, accedens vnus venatorū vulnerare eum *rabit naves;*
 incipit in oculis, eō quōd illic maximē sit sensibilis atq; pal- *eius.*
 sius: item & nares eius, quæ post oculos sunt tenerior pars
 corporis, instrumentis quibusdā præacutis vulnerat, confo-
 dit ac secat: eo autem sic percusso, alter superueniens vena-
 tor in ira simulata priorē venatorē qui pupugit elephātum,
 percutit & abigit, ne vltra eum vulneret. moxq; elephanto
 porrigit cibum gratum hordei, quo maximē oblectatur &
 facillimē mansuescit: sicq; statim in seruitutē se tradit huic li-
 beratori & benefico pastorī, sessorēque eum & gubernato-
 rem extunc libēter patitur. Hactenus de elephāto omniū
 terrestrium animalīū maximo diximus: super est nūc, ipsum
 quod inter marina supereminet, ad meæ potētīæ firmiter te-
 stimoniū inducere, similiterq; quātum ad proprietates suas
 describere. 35 Quid igitur de leuiathan, siue marino ceto 35 *An ex-*
 tibi videtur, qui in mari est molis immensæ, & quasi sine cō- *trahere po-*
 paratione maioris quā sit elephas in terra, magnitudinis *teris leua-*
 videlicet quatuor, aut sex iugerum, immō montis quasi ma- *than hamo?*
 gnitudinem æquans? Putas ne, quod etiam hunc aliqua ra-
 tione poteris domare & in seruitutem redigere, quemad- 36 *& sine li-*
 modum de elephante iam dictum est? 36 Putas quōd ad- *gabis linguā*
 modū alterius pisciculi minoris, poteris eum de mari hamo *eius?*
 aliq; o

- aliquo quantūvis forti extrahere: aut quod fune aliquo vel cathena possis linguā eius ligare, sic vt per funem istum eū
- 37 *Nūquid extrahas e maris abyſſo?* 37 *Nunquid poterit ab homine domari cetus, ad similitudinem bubali, qui circulo naribus iniecto trahitur ad voluntatem regentium: aut poterit eius maxillam quisquam tam audax, armilla siue pugione perforare, vt funem vel cathenam vel capistrum, vel aliud quodlibet instrumentum ad retinendum atque domandum idoneum, per eam possis trahere ad educendum eum de mari.*
- 38 *Nūquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?* 38 *Putas ne, quod ipse vel te vel alium quemuis hominem timeat, vt multis precibus vti velit tecum, & mollibus blaudisque verbis tibi supplicare, vt ab eius desistas persequutione: quemadmodū solent homines pauperculi multis precibus supplicare violentis & fortioribus se, ne ab eis opprimantur, vel vt ab incepta desistere velint persequutione?*
- 39 *Nūquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum?* 39 *Putas quod illum in captiuitatem poteris redigere, vt cogatur tecum inire pactum de persoluendo redemptionis suae precio, vel de seipso tibi in seruitutem perpetuam tradendo: quemadmodum solent ij qui bello superati sunt, cū victoribus inire pactū de persoluenda redemptione numerorum multorum, si diuites sint aut nobiles, vt dimittantur liberi: vel ad seruitutem seipsos perpetuam obligare, si non habeant quod pro sua redemptione persoluant, vt possint vitam seruare?*
- 40 *Nūquid illudes ei quā si aut, aut ligabis eū ancillis tuis?* 40 *Putas ne, quod sicut passerculus aut bubo, aut alia huiusmodi auicula ab aucupibus capta, funiculo solet alligari, & in ludum pueris qui huiusmodi gaudent, itemque & ancillis fatuellis (quae plerunque his in rebus inanibus similes sunt pueris) propinari, sic etiam posse te tecū alligare fune aliquo, eductūque de mari in domum tuam adducere, & pueris ancillisque tuis deridendum propinare?*
- 41 *Cōcident eum amici, diuidēt eum negociatores?* 41 *Nunquid sicut solent homines, vbi singulare vel rarum aliquid acq̄sierint, amicis peculiaribus illud in partes concisum diuidere, & inuicē sibi in amicitiae testimonium dono mittere: aut sicut negociatores diuidere solēt merces in varia loca, vt cōmodius distrahantur & ipsi lucrentur amplius, sic etiam de cetō isto fieri poterit, vt eum captum ita concidant in frustra, transmittantque sibi inuicem amici, vel negociatores ad varia loca vehant? Nemo certē ita ei proualere poterit sua virtute, nisi fortē ipse sibi casu aliquo minus prospiciat lōgius super terram se proiciens, vnde pro-*

pter aquæ defectum abire non possit. 42 Putas quòd si- 42 Nūquie
 genas nauiculásq̄ue possis implere de pelle eius, cum eum implebis sag,
 excoriareris pellemq̄ue ei detraxeris: aut putas quod gur- nas pelle ei
 gustiū instrumentum piscatorum (id est, fiscellam vimineā) & gurgustū
 in capite strictum & latius in ventre, quod applicare solent piscū capite
 piscatores foramini, per quod transitus est piscium, poteris illius?
 implere capite eius? Nemo certè illi pellem suam ausit, vel
 possit detrahere: atque etiam si detracta esset, non suffice-
 rent piscatorum sagenæ neque nauicula, ad pellem illā tan-
 tam capiendam. Nullum etiam gurgustium contexi valet
 tantę magnitudinis, quo illius caput posset contineri: atque
 etiam si tale inueniretur, propter immensam fortitudinem,
 non eo posset contineri, sed quasi filum aranæ ipsum dis-
 rumperet. Ita sanè nullo modo, nullo consilio, nulla arte, do-
 mari vel capi potest marinus ille cetus. 43 Quòd si quis 43 Pones su
 forè præsumpserit manus illi violētās iniicere, aut quomo- per eum ma-
 docunque ad capiendum, vel domandum manus ei admo- num tuā: me
 uere, is meminerit belli, certò sciat imminere sibi exitiale mento belli,
 bellum, cum potētissimo & insuperabili hoste: & siquidem nec vltiā ad
 sapiat is, qui tale aliquid attentauerit, non pergat in stulto das loqui.
 eiusmodi proposito, non faciat eius rei vltra mentionem
 postquam ceperit, sed retrahat manum quàm celerrimè po-
 terit: quoniam præsentissimū est ipsi & certissimum (si per-
 gat) mortis periculum. 44 Ecce enim spes illius qui con- 44 Ecce
 fidit se posse ceto præualere, præsumpsitque capiendi gratia spes eius fru-
 manus ei violentas iniicere, indubiè frustrabitur & deludet strabitur eū:
 eum: efficiat quicquid velit, nunquam assequetur propo-
 situm, vt illi tam potentissimæ beluæ præualeat. 45 Immò 45 & vidē
 nisi desistat, resiliatque quàm celerrimè à stulto proposito, tibus cunctis
 viuus & saluus abire non poterit: sed à fortitudine immanis præcipitabi-
 ceti superabitur quasi pro nihilo, & in mortem præcipitabi-
 tur atque deuorabitur, vniuersis siue qui à prope siue qui à
 longè assunt velut spectatores huius spectaculi, manifestè
 coram oculis suis id cernentibus, neque tamen profus in
 villo succurrere ei valētibus, aut de ore ceti eum liberare se-
 mel apprehensum.

QVA-

QVADRAGESIMIPRIMI CAPITIS ELVCIDATIO.

Cap. 41.

1 Non quasi
crudelis, si-
scitabo eum.



Emo autem, mihi ad crudelitatem debet impu-
tare, quòd sic illum cetum suscitem siue erigā
atque exaltē tanta fortitudine in mari: nemo
hoc ascribere debet meæ tyrānidi aut crude-
litati, quasi ego id faciā propter odiū hominū
vel aliarum creaturarum. Ad ostensionē nanq; potentix &

2 Quis enim
resistere po-
test vulsi
meo?

terroris mei, nō ad exercitiū crudelitatis, id facio. 2 Nemo
enim mihi potest in faciem resistere, aut ea quæ mihi facere
lubuerit impedire: sed liberè facio ego omnia, quæcunq; mi-
hi libuerint, sine cuiuscunq; impedimento vel obstaculo.

3 & quis an-
te dedit mi-
hi vt reddā
eī?

3 Neque quisquā suis me beneficiis aut donis præuenit, vt
quasi deuinctus atq; obnoxio ei, cogar quæ prior accepi red-
dere, aut ex volūtate eiusdē pēdere, vt nō possim nisi quod
voluerit ille facere. 4 Denique vniuersa quæ sub cælo

4 Omnia q̄
sub cælo sūt
mea sunt.

sunt, quæcunq; mundi huius ambitu cōtinentur, plenissimè
subdita sunt volūtati meæ, vt de eis facere possim quicquid
voluero ad ostensionē gloriæ meæ. Vnde etiāsi cetos cen-
tuplo maiores & fortiores in mari velim ego ad ostensionē
meæ terribilis potentix creare, nemo iure de hoc cōqueri
poterit, vel ad crudelitatem siue iniustitiā mihi imputare: cū
in eo quod iustè & suo iure quis facit, nō possit crudelis re-
putari. Insuper, & in rerū omniū quæ sub sole sunt creatione
& conseruatione, manifesto satis testor iudicio, nō me odio
aut crudelitate affici erga creaturas, sed amore poti⁹ aut be-
neuolentia. Creauī autem cetos istos, sicut & cætera omnia

5 Non parca
ei verbis po-
tentibus, &
ad deprecā-
dū cōpositis.

ad ostensionē terribilis potentix meæ in eis. 5 Quāquam
enim hominū nemo possit præualere in cetum, ego tamen
quū illū voluero perdere, potero vtique superare eū: neq;
ei parca vlla ratione, neque propter verba dura siue commi-
natoria: neque propter verba blanda siue ad deprecandum
cōposita, quibus duobus modis solent nonnunquam homi-
nes se de manibus aduersariorum & de imminente mortis
periculo liberare: Ego enim, quum mihi visum fuerit poten-
tia meæ terrorem in illum ostendere, propter nullius vel

6 Quis velle
labit facie in
dumēti eius?

preces vel minas, parcam illi, perimāque illum liberrima
potestate mea. 6 Nunc autem, terribilem ipsius piscis ma-
gnitudinem & potentiam, membrorumque dispositionem,
ad

ad meæ gloriæ manifestationē, particularius volo describere. Et primum quidem, quis inueniri posset hominū tam potens, qui faciem indumenti eius, i. superficiem vel aspectum pellis eius qua operitur, desuper reuelare siue denudare ualeret per excoriationē, quæadmodū de aliis fieri solet piscibus minoribus, qui excoriare piscem illum audebit vel poterit, ut viscera interiora denudat atq; patefaciat? *7 Aut 7 Et in medio oris eius* quis audebit introire in mediū terribilis oris eius, ut sine periculo spaciatur in illo, & consideret interiorē dispositionē illius, vel ut inde nocumēti ei quicquā inferat, eūmq; expugnet? *8 Portas uultus eius quis* Quis itē vel audebit vel poterit uolēter aperire terribiles ex utraq; parte oris eius cōcauitates, quasi in modum portarū latarū altarūmq; dispositas, aut quis uolenter aperire aut cōfringere poterit à maxillis utrinq; dependentes maximos dentes, instar arborū, ualde terribiles: quos habet ille prominentes terribiliter, ad modū syluestris apri, cæteris & quantitate & acutie insigniores? *9 Per girum dentium eius* Quis (inquā) audebit portas oris eius aperire? quandoquidē in ipsa statim oris apertione dentiū per circuitū oris in modū trūcorum præacutorū dispositio, formidinē & horrore incutit spectantibus. *10 Corpus illius* Corpus autē illius uniuersum apparet quasi seu-
 tis densis & solidis, ac ueluti ex ære fufis, compositum, ita ut *10 Corpus illius quasi seu-
 ta fusilia, &
 compactum* penetrari aut vulnerari ullo iaculo nō possit: cōpactum uita
 delicet squammis magnis densis & duris, sic seinuicē premē-
 tibus, atq; sibiinuicem incūbentibus, quæadmodum in tecto *10 Squammis se
 premētibus.* lateres uidemus seinuicē premere, & super seinuicē incumbere, ut quasi ad medium unius, substituta videatur alia.
 II Coniunguntur enim squammæ istæ adinuicē, & sic cō-
 pinguntur in unum, ut neq; leuissimus uentus possit alicubi cōiūgitur, et
 penetrare, neq; ab intra aliqua respiratio possit per squam-
 ne spiraculū
 mas foras exire, neq; ab extra per easdem uentus aliquis vel *quidem ince-
 dit per eas.*
 aura possit introire: tam est corpus eius squāmis istis se pre-
 mentibus undique clausum & obtectum. *12 Vna alte-
 ri* Adhærent autem sibiinuicem squammæ, uelut naturali quodam visco-
 ri adhæ-
 siue glutino copulata: ita ut abinuicem non possint diuelli *bit, & teneri*
 quæadmodum in lorica, ferrei oculi sibiinuicē indissolubili *tes se ne-
 nexu* nexu cohæret, tenētēsq; se fortiter per naturalem illam con-
 glutinationem, non possunt ylla ratione diuelli abinuicem, *separabunt:*
 quemadmodum in lorica seinuicem illi tenent oculi ferrei,
 ne possint abinuicem separari. *13 Sternutatio* 13 Ostentat autem piscis *13 Sternutatio*



io eius splen-
dor ignis.

iste terribilē aspectū hominibus. Si enim eū sternutare con-
tingat, tanto impetu fit illa sternutatio, vt simul cū ea, pro-
pter nimium impetū & vehemētiā, quasi ignis magni splendor
videatur emicare, quod non mirū videatur in tam immanis
beluæ sternutatione, cum interdū sternutātes homines præ
vehemētia sanguinē contingat in impetu sternutationis eii-

14 Et oculi
eius vt pal-
pebræ dilu-
culi.

tere. 14. Oculi autē eius ob nimiam magnitudinē & calo-
ris flāmei vehemētiā, tantā præbere lucem videntur, ac si
primi inciperet exortus diluculi, quasi cū primū palpebras
suas leuare videtur diluculū. Neq; id mirū, quandoquidē in
nocte media, qui cattorū oculos modicos vidēt, quasi car-

15 De ore
eius lampā-
des proce-
dunt, sicut
tedæ ignis
accense.

bones ignitos videre se existimant. 15. Insuper ex ventris
interioribus, de ore egrediūtur vapores & exhalationes in
magna quantitate & caloris excessu, vt quasi lāpades videā-
tur ardētes, aut tedæ ignis accēse: propter cōpactionē mate-
riæ, & caloris æstuantis vehemētiā. 16. Per nares quoq;

16 De nari-
bus eius pro-
cedit fumus,
sicut olla suc-
cense atque
feruentis.

emittit fumū siue euaporationē copiosā, & compactā,
quē admodū cū olla accēso subtus igne copioso æstuat siue
bullit, euaporationēmq; desuper copiosā & calidissimā
emittit. Necessē enim est, vt in intimis huius tāti piscis, ignis
siue calor sit admodū excessiuus, qui cōcoquere sufficiat di-
gererēq; cibū sufficientem & cōmodū tātæ corporis moli,
tot mēbris tam longē latēq; expāsis. Quemadmodum enim
in magna familia, vbi multi sunt cibandi, nō sufficit ignis co-
quinae exiguus, vt in modica familia: sed magno opus est i-
gne, qui sufficere possit ad coquēdos cibos plurimos: ita in
hac tanta mole, vbi tam multa & magna sunt mēbra cibāda,
nō sufficit calor siue ignis naturalis mediocris, vt in aliis a-
nimalibus, sed igne siue calore copiosissimo est opus intus
in stomacho, qui toti⁹ est corporis coquina & coquus: quā
quidē caloris vehemētiā cōsequitur etiā copiosa inspiratio,
& respiratio per plurimi aēris attractionē & expulsionē, ad

17 Halitus
eius prunas
ardere facit,
& flamma
de ore eius
egreditur.

refrigeriū pulmonis & cordis, ex qua radice euaporationes
istæ quasi igneæ procedunt. 17 Imò tanti est caloris siue
ardoris eius halitus, quē in impetu efflat de intimis visceri-
bus, vt etiam carbonibus inflammandis sufficiat: & omnino
quod de ore eius egreditur, quasi flamma ardens apparet,
propter excessum caloris nimium, forsitan etiam cōmixta pin-

18 In collo
eius morabi-

guedine sulphurea ex vitalibus illius. 18 Peculiariter
autem in collo crassissimo & fortissimo, repositam habet
admirandam

admirandam fortitudinē, qua possit etiam mōtes (si ita lo- *tur fortitū*
 qui fas est) disficere & infulas dissipare. Et quocūque ver- *do, et facient*
 rerit faciē, illic ante eum inuenitur egestas magna, vacuitas eius *præcedit*
 atq; defectus pisciū: partim quia naturaliter ab ipso vt vo- *egestas.*
 ratore fugiūt alij omnes pisces minores, quātū possūt que-
 admodū naturaliter in fluuiis minoribus à facie lupi piscis
 voracis fugiūt ceteri pisciculi, quibus ille solet insidiari: par-
 tim, quia sua voracitate sic omnia per circuitum exhaurit,
 deuorat & absumit, imò attrahit in impetu suę inspirationis
 ad se pisces etiam satis distātes, vt vix quicquā ante se relin-
 quat. 19 Cæterum, mēbra carniū eius, siue partes corporis 19 *Membrā*
 eius interiores sub pelle occulta, mira cōpactione sibi inui- *carnium ei*
 cem cohærent, maxima est in carne eius soliditas, cōpactio *cohærentia*
 atque cohæretia, vt difficillimē carnē eius quicquā noxium *sibi.*
 penetrare possit. 20 Vnde fit, vt cū contigerit mitti à 20 *Mittet cō*
 Deo desuper ex aëre fulmina, que cōtra ipsum directē mit- *tra eum ful-*
 ti vidētur & nō aliō ferri in impetu suo, sed totus ipse impe *mina, & ad*
 tus fulminis in ipsius corpus videtur cadere (veluti quū ad- *locum alium*
 uersus montē aliquē altissimū & immobilē mittuntur ful- *nō ferentur.*
 mina, eūque cursu directo feriūt) nihil tamen ex illa fulmi-
 nis percussione pauescat, aut nocuementi accipiat. 21 Cor 21 *Cor eius*
 enim eius nō solū non emollefcet illo fulminis ictu, verū- *indurabitur*
 etiā indurabitur magis & corroborabitur, quasi lapis durus *tanquam la-*
 & infrangibilis, qui non cedit ictibus percutientiū: stringe- *pis, & strin-*
 turq; cōpingeretur, in crassabitur, & quasi contrahetur ad ma- *getur quasi*
 iorem densitatē, cōpactionē & fortitudinē, ad similitudi- *malleatoris*
 nem ferreæ incudis, quæ quantò amplius à malleatore siue *incus;*
 fabro percutitur, tātò magis intra se cōpacta corroboratur
 & induratur. 22 Cū verò in altū sublatus siue subleuatus 22 *Cū subla*
 fuerit, cū cœperit in altum collum erigere, & quasi ad *tus fuerit, t-*
 prædam deuorandam gulam præparare, timebunt à facie *mebunt an-*
 eius vniuersi qui in mari nauigant etiam fortissimi, sicut geli:
 angeli vel principes; 23 & terrore nimio conturbati per 23 *& territi*
 fugam se expurgare siue expedire à periculo festinabunt, *purgabuntur.*
 nemo vel ex fortissimis nautis, aut militibus audebit præ-
 stolari adueniētem, sed vniuersi terrore percussi aufugient,
 aliam sibi non inuenientes viam salutis aut euadendi peri-
 culi, nisi per fugæ præsidium. 24 Quòd si quis eum ten- 24 *Cū ap-*
 tauerit aggredi gladio, nihil eo poterit efficere, non pote- *prehenderit*
 rit gladius quantumlibet fortis aduersus eū sustinere vel in *eū gladi,* *si*

- stinere, nō po-* conspectu eius cōsistere, vt aliquid efficiat vel inferat illi nō
terit, neq; ha- cum etiā: imō non poterit sustinere, quin statim impetu illius
sta, neq; tho- constringatur, imō neq; hasta neq; thorax neque instrumēta
rax. quæcūq; vel arma bellica, quicquā poterūt efficere, si obii-
 25 *Reputabit* ciantur immensæ fortitudini eius. 25 Neq; enim pluris ille
enī quasi pa- faciet durissimū ferrū, quā leuissimas mollissimāsq; pale-
leas ferrū, et as: neq; æ solidissimū pluris faciet, quā putridū aut fragi-
quasi lignum le lignū. Nihil enim amplius cōtra eū proficies armis quibus
putridū æs. libet ex ferro fabricatis, aut ex ære fuis instrumētis, quā
 26 *Nō fuga* ris. 26 Si aduersus eū sagittas acutas magna vi eiecerit vir
bit eū vir sa- sagittādi peritus, nō timebit à sagittis, neq; ob eas fugiet ve
gitaris, in lut nocumētū ex eis metuēs: lapides grādes & duros, quos
stipulā versi in fundis suis aduersus hostes iaciūt impetu maximo fundi-
sunt ei lapi- bularij, hostēsq; eis prosternunt non paucos, ille nihilo am-
des fundæ. plius æstimabit, q̄ si leuissima stipula straminea aut sabacea
 27 *Quasi sti* iaceretur in eū. 27 Imō durissimi mallei ictū grauissimū
pulā æstima- nō pluris faciet, quā ictū minimū leuissimæ stipulæ: nō ei
bit malleum. plus nocebit ictus ille, qui sufficeret macandis terrestribus
 28 *deri-* animalibus grauissimus, quā iste leuissimus. 28. Quod si
debit vibra- quis equo insidens vel pedes in naui cōsistens, hastam terri-
tem hastam. biliter in eum vibret, prorsus nihil faciet, nihilq; eo terrore
 mouebitur, sed etiā deridebit illum sic hastam vibrātem, &
 contra eū nihil territus veniet in plæliū, ad eum modū quo
 eques à capite ad pedes vsq; armatus nihil metueret eū, qui
 cōtra se stramineū culmum vibraret, aut mollem arundinē.
- 29 *Sub ipso* 29 Ipse ob excellentiā altitudinis suæ videtur sub se despi-
erūt radii so- cere & occultare radios solis, quemadmodū excelsi mōtes
lis. subter se quasi ad pedes montiū despiciunt & abscondunt
 solis radios, quos suo obiectu penetrare & diffundere se nō
 30 *et sternit* patiuntur. 30 Aurū quoq; & omne metallum pretiosum,
sibi aurum quod in mari natat ex deperditis mercibus & nauibus, vel
quasi lutum. alicubi occurrit in scōpulis, pondere sui ventris subter se
 sternit & propellit quasi lutum, nullōq; auri pretio iratus à
 leuitia sua poterit prohiberi, qui & aurū & alia omnia pre-
 31 *Feruescere* tiosa nihil pendit. 31 Commouet ipse nonnunquā sua vio-
faiet quasi lentia mare, nō in superficie solūm, quemadmodū per ven-
ollā, profun- tos cōmoueri solet, sed funditus quasi ab imō, ad eum mo-
dum muris. dum quo in lebetē igni supraposito, propter ignis vehemen-
 tiam, qui intus est liquor ex fundo sursum iacitur cum impe-
 tu,

tu, videturq; surgere ex profundo ipsius ollæ commotio.

- 32 Totumq; ipsum mare in maxima & turbulentissima po-
 net commotione, veluti cum aromatarii bulliendo sua præpa-
 rant ungueta, quæ plerumq; multo ignis feruore vehementi.
 que & longa bullitione præparatur. 33 Cum per mare gra-
 ditur, de loco se mouens in locum alterum, videbis post eum
 in longum spatium relicta quasi semitam quandam albam siue cla-
 ram & lucidam, quemadmodum post naues magnas in loco
 per quem transierint apparet quasi via quedam lucida, vestigi-
 um transitus earum. 34 Ipsumq; mare æstimari siue apparere fa-
 ciet quasi senescens siue canescens, propter abundantiam spumæ
 ex piscis ipsius motu & maris commotione generate, propter
 quam facies ipsa maris canescere siue grifescere videtur, ad si-
 militudinem senilis capitis. 35 Non est vllum animal super terram,
 ex omnibus siue domesticis siue syluestribus, tante potestatis
 atq; fortitudinis, ut possit cum ceto isto marino in ea com-
 parari: cum & leones, & tygrides, & visos, & elephantos, & quic-
 quid inter animalia terrestria insignis esse videtur roboris, lo-
 gissimo superet interuallo, ut nec comparari digna sit illorum
 omnium fortitudo, cum immenso & insuperabili eius robore.
 36 Nimirum sic eum Deus formare voluit fortissimum, sic Deo
 placuit dare ei tam superexcellente virtutem, ut nullum aliud
 animal metueret, nullumq; ei nocere posset: ad manifestan-
 dam scilicet in hoc ceto superexcellentiæ suæ inuictæ forti-
 tudinis, secundum quam omnibus in infinitum supereminet
 creaturis ipse creator, qui hanc tantam creaturam vni contulit
 virtutem. 37 Ipse in maris abyssu gradens, quasi mons qui-
 dam magnus & altus, omnia quantumuis alta & sublimia
 videt & despicit, super vniuersos filios superbiam, id est, su-
 per omne quod superbum est aut excellens, quod in aliqua
 supereminentia videtur gloriari, ipse excellit, dominatur ac
 superuincit in omnibus, siue molis spectes magnitudinem mo-
 tibus æqualem, siue membrorum compositionem dispositionemq;
 mirabilem, siue viuum robur cæteris omnibus formidabile &
 insuperabile. In qua quidem excellentia & sublimitate sua, non
 immerito ut figura considerari potest spiritualis illius leuia-
 than, draconis magni & serpentis antiqui, qui est diabolus &
 satanas: qui propter suæ naturæ dignitatem & conditionis altitu-
 dinem, omnia corporalia superat fortitudine sua, & per suam ma-
 litiam (qua se à Deo voluntarie diuisit) factus est Rex, Prin-

ELVCIDATIO.

ceps, dominus & caput super omnes superbos & impios, siue spiritus siue homines, qui eum imitatur in superbia sua quã primus ipse adinuenit & genuit, de corde suo impio.

QVADRAGESIMISECVN-
DI CAPITIS ELVCIDATIO.

Cap. 42.

Respondens
autẽ Iob do-
mino, dixit:



VM semel iã antè sanctus Iob culpã leuitatis humiliter agnouisset & cõfessus fuisset ingenuè, persisteret nihilominus ipse dominus ad hunc modũ in disputatione sua, interrogãdo & exostulãdo, metuẽs ille nẽ fortè nõ penitus sibi recõciliatũ haberet Deũ, secũdò se humiliat, culpam iterũ confitens: vt gemina humilitatis confessione certiorẽ pleniorẽque obtineret veniã. Sic itaq; domino de turbine

2 Scio, quia
omnia potes,
& nulla te
lateat cogita-
tio.

3 Quis est
iste qui celat
cõsilium abs-
que scientia?

4 Ideo insi-
piẽter loqui-
tus sum:

5 et quæ vl-
tra modũ ex-
cedant scien-
tiam meam.

loquẽti, cũ timore & tremore multo respõdit: 2 Certa fide persuasissimũ habeo, te simul esse & omnipotentẽ & omnisciũ: sic potentẽ, vt nihil nõ possis: sic omnisciũ, vt nihil te lateat quãtũuis occultũ, ne ipsẽ quidẽ humanorũ cordiũ cogitationes siue intẽtiones, quas tu scrutator cordiũ & renũ Deus, omnes sigllatim expẽdis atq; diiudicas. 3 Quis enim ille esset tãtæ præsumptionis, qui aliquod cordis sui cõsiliũ, cogitationẽ aliquã mõtis suæ, cõsideret occultare se posse, absq; sciẽtia & cognitione tua, ita vt ipse illud norit, tu autẽ ignores? Omnia enim nuda sunt & aperta oculis tuis, & nostra omnia tu longẽ exactius habes quã nos ipsi perspecta & cognita. 4 Quoniã igitur tantam tuæ omnipotentię & omniscientiæ maiestãtẽ ex mirabilibus operibus tuis, quæ iã per te prolixè lucidẽque proposita sunt, cõsidero: meam ex aduerso vilitatẽ contemplans, ingenuè agnosco humiliterque iterum cõfiteor peccatum meũ, in eo quod leuiter nimis & insipienter irreuerenterque sim loquutus in disputatione mea, nõ tanta vtens in loquendo reuerẽtia, quantam tuæ maiestatis incõparabilis celsitudo requirebat: 5 quodquẽ illis etiã de rebus leuiter & licenter nimiũ sim loquutus, quæ longẽ superant captũ ingenij mei, vel alterius cuiuscunque mortalis hominis, id est, de diuinis iudiciis, quæ nemo hominum perscrutari potest aut cõprehendere, multò verò minus ea debet reprehendere, aut aduersum ea cõtendere (quod ego secundum superficiem verborum à me prola-

prolatorum visus sum tētare) sed in silentio ea potius debēt
 cū timore & tremore homines reuereri. 6 In hoc videli- *6 Audi, & ego loquar.*
 cet loquutus sum insipienter, quòd suprā nimis licenter te
 prouocauī in disputationē & contentionē, cupiens à te au-
 diti & corā te loqui, quasi ad defensionē meā iustitiæ cōtra
 tuā iustitiā, qua sic me affligebas (vt mihi videbatur) sine
 mea culpa: 7 quæ quidē mea libertas siue licētia tanta fuit *7 interroga
bo te, & res-
ponde mihi.*
 in loquendo, vt etiā apertē prouocare te in disputationem
 ausus fuerim, ita vt vel ego interrogarē & tu responderes,
 vel tu interrogares & ego responderē. Ea enim in loquēdo
 nimia licētia suprā vsus sum, quum dicerem: Voca me, & e-
 go respondebo tibi; aut certē loquar, & tu responde mihi.
 8 Quare autem nunc mihi displiceat nimia libertas & hu- *8 Auditū au-
ris audiui te:
nunc autem
oculus meus
videt te.*
 militer agam pœnitentiā, ratio est, quia licet aliàs frequen-
 ter te audierim quasi auditu auris, interiori inspiratione te
 audiens in me loquentem, ad eum modum quo soles loqui
 in seruis tuis: non tamē hactenus sic te vidi oculis meis, an-
 tequā sic mihi sensibili specie loquutus es, vt nunc mihi in
 specie visibili siue sensibili de turbine loqui dignat⁹ es. Pro-
 pter quod nihil mirū si ad sensibilem tuā præsentiam & tam
 manifestam instructionē atq; increpationē, ampliorē nunc
 erga te gerā reuerētiā, quam ante quum tantū interiori
 auris auditu te cognouissem: vt solent ea quæ etiā sensibus
 offerūtur, fortiorē sui impressionē relinquere, quā ea quæ
 tantū interius mente offeruntur. 9 Eam scilicet ob cau- *9 Idcirco, ip-
se me repre-
hendo, et ago
pœnitentiā.*
 sam, considerans nunc attentē super excellentiam tuā ma-
 iestatis, eidēque exaduerso comparans propriæ condi-
 tionis meæ vilitatem, ex vero corde me ipsum coram te ac-
 cuso, leuitatīque meæ culpam confiteor & pœnitentiā
 ago de nimia leuitate atque licentia mea, qua in loquen-
 do tecum sum vsus: 10 quam quidem cordis mei pœni- *10 in fauilla
& cinere.*
 tentiā, sicut voce confiteor, ita & exterioribus protestor
 iudiciis, aspergens nimirū caput & corpus meum fauilla at-
 que cinere, qui mos est ex animo pœnitentium atq; dolen-
 tium. 11 Postquam verò dominus verba supraposita pro- *11 Postq̄ autē
loquutus est
domin⁹ ver-
ba hæc ad Iob
dixit ad Eli-
phaz The-
maniten.*
 tulisset ad seruū suum Iob, eiūsque confessionē iam secun-
 dō humiliter prolata audisset & acceptasset, penitus ei re-
 missa peccati sui venia, ad amicos deinde sermonem con-
 uertit, præcipueque & signanter ad Eliphaz Themanitē, eo
 q̄ inter eos præcipuus dignitate & authoritate haberetur,

& quia ab eo initiū cœpit cōtradictionis, imò cæteris duobus acrius ac cōtumeliosius in Iob fuerat inuectus. Sic itaq; ad illū cōuersus ait: Vos forsità, tu, inquam, Eliphaz, yôsq; Sophar & Baldath, interim dū ego istū reprehendo, existimatis impunè euadere, nulláq; in vobis culpā inueniri, quæ à me arguatur: forsità etiã in vobisipsis gloriamini quasi victores, eo q̄ ipsum auditis increpari atq; redargui de suæ loquutiōis temeritate. Imò magnã putatis vos apud me iniuisse gratiã, eo q̄ pro me quasi ex zelo iustitiæ & gloriæ meæ

12 Iratus est furor me⁹ in te, et in duos amicos tuos: loquuti fuisse videamini. 12 Ego verò (ne falsa existimatione superbiatis) illud vobis declaro, nō solūm nō approbati à me quæ à vobis dicta actaq; sunt aduersus hūc seruum meū, verū etiam displicere ea mihi adeò vehemēter, vt cōcitata sit ex eis aduersum vos ira mea, lōgeq; amplius in

13 quoniam non estis loquuti coram me rectum,

vestris sim sermonibus offensus quàm in verbis Iob. 13 Licet enim quasi ex zelo iustitiæ meæ vindicandæ pro me videamini loquuti, attamē iudicio meo nō estis vos loquuti rectū & verū, sicut Iob seruus me⁹. Tota enim vestra disputatio & assertio falso innixa est fundamēto, quū dixistis ipsum propter peccata sua grauiā & multa plagam istam fuisse nuisse, arguētes etiam eū vt hypocritã & impiū, iustitię oppressorē & violatorē misericordię: & per hui⁹ falsitatis mediū conati estis meã defensionem iustitiã, perinde quasi ad defensionem eius, opus sit falsitate, aut aliter defendi nō possem ego ab iniustitia, nisi per vestra mendacia, nisi vos pro me falsã loquamini, ad calūniã innocētis, quæ ego vt seruū meum hominē iustum & rectū agnosco, imò in quo ego vt in seruo fidelissimo (cui non est similis in terra) magnificè

14 sicut seruus me⁹ Iob.

glorior. 14 Ipse autē licet leuiter sit loquutus, ex nimia fiducia & simplicitate, non aliud tamen quàm quod rectū & verū est loquutus fuisse cognoscitur, asserens se nō hoc commeruisse suis peccatis, vt sic puniretur, neque tã grauiā vlla scelera in eo inueniri, quæ tantã commeruissent in præsentis seculo vindictã. Sicq; ipse se veritate defendit, vos autem falsitatem cōtra eum cōmenti estis, quū nihil de eo impium testificari possitis ad defensionē meæ iustitiæ. Quare duplici ratione vobis irascitur, furor meus: primū quidē, meo nomine, ob illatã meæ iustitiæ grauē iniuriã, quoniã dū per falsitatem veritas defenditur, iniuriã fit veritati, quasi aliter defendi nō possit, nisi per id quod ei maximè est aduersum.

Deinde,

Deinde, nomine huius serui mei, quem sine ratione & contra veritatem tam durè & immisericorditer tractastis, quū esset in tantis constitutus angustiis, maximeque opus haberet consolatione. 15 Cæterum, si mecum in gratiam redire velitis, ut iā antè à me reprehensus Iob statim curauit redire in gratiam, non ego tam facilè vos suscipiam solo verbo culpam confitentes, quemadmodum illum suscepi: sed quia grauius me offendistis, maiorem à vobis exigo satisfactionē, ita videlicet, ut accipiatis de gregibus vestris septē tauros & septem arietes: ut gemina sit expiatio & duplū sacrificium, vbi gemina est offensio, tum in Deum, tum in proximum. 16 Quos assumentes, venietis ad eum, quē offendistis seruū meū Iob, reconciliationis gratia: quoniā non poterunt mihi acceptæ esse vestræ oblationes, donec illum placatum reddideritis, quem offendistis & exasperastis vestris conuitiis atque calumniis. 17 Atque ita demū reconciliatione facta, offeretis per illū mihi ista in sacrificiū & holocaustum locaustum, pro peccatis vestris. 18 Iob autē seruus meus, qua est simplicitate & benignitate, iniuriarū immemor, memor clemētiæ, intercedet pro vobis, postulās à me pro vobis remissionē peccati vestri, nō minus nūc pro vobis mihi bis recōciliandis sollicitus, quā ante fuerat pro seipso. 19 Ipso autem pro vobis deprecate & offerete sacrificiū, exaudiam ego orationē eius & sacrificiū acceptabo, eiusque medio intercessione vobis indulgebo peccati veniā, & irā meam deponam, ut nō puniamini rigore iustitiæ meæ, ob istā vestram stultitiā, qua & mihi & seruo meo præsumpsistis inferstram stultitiā, qua & mihi & seruo meo præsumpsistis inferre iniuriam. 20 Profectò enim (ut iterū dicam ad certiorē persuasionē) non estis inter disputandum loquuti quod rectū & verū est, sicut seruus meus Iob veritatem loquutus est. Vestra disputatio tota, quantū ad principale negotiū, & quātum ad applicationem ad rem propositam, facta est iniqua & falsitate astruebat: cōtendēs ipsum Iob propter sua peccata afflictum esse, insigniterque impiū esse & hypocritam: quare partem falsam conuincimini asseruisse atque fouisse: Iob autem contrarium asserens rectam & veram partem tenuisse probatur: ut meritò per vos debeat satisfieri, primū quidem mihi, cuius iustitiæ derogastis vestra falsitate: deinde & amico proximo, quē vestris calumniis tam crudeliter lacerastis. 21 Quibus auditis, viri illi tres,

ELVCIDATIO

ergo *Eliphaz tres, Eliphaz, Baldath & Sophar, vt erāt religiosi & timētes Themanites Deum, non excusationes quærunt, nō contra murmurant, & Baldath sed humiliter statim ad vocē domini pœnitentiā agētes, ad Suites, et So* satisfactiōē exactam persoluendam se parantes, pro *consepbar Naa.* quēda peccati veniā, abierunt ad greges, vel ad locū vbi sibi *mathites, & arietes & tauros in numero taxato cōpararent: assumptisq; fecerunt sicut illis venientes ad Iob, humiliter illi reconciliati sunt, postuloquutus sue* lantes ista allata per illū offerri Deo in holocaustū pro *peccat dominus* catis suis; ita se libenter propter vocē domini coram amico *ad eos.* offenso humiliātes, vt peccati sui possent impetrare veniā.

22 *Et suscepit dominus faciem Iob.* 22 Ipso autē viro sancto & sacerdote ac seruo Dei pro illis deprecante & offerēte sacrificiū, pro amicis reconciliatis & peccati sui pœnitentiā agentibus, dominus exaudivit orationē eius, & per eius intercessionē propitius factus est pec-

23 *Dominus quoq; suscipit dominus* 23 Aspiciens quoq; dominus benigno oculo miseracionis, non fictā aut simulatam, sed syncerā ex corde pœnitentiā Iob, quā agebat, tum pro suo peccato, tum pro peccatis amicorū, conuersus est ab iracundia ad placiditatē: primū quidē, ipsi Iob, propter suā pœnitentiā, deinde & amicis per Iob & pœnitentiā humilēm que deprecationem eius, penitus recōciliatus, quum oraret ipse ex vera charitate pro amicis suis ad Deum. Hęc enim supplex & deuota hominis iusti pro iis à quibus grauiter fuerat la-

24 *Et addidit dominus omnia que cunq; fuerant Iob duplia.* 24 Postquā verò iā rix eius irā in placiditatē conuertere. 24 Postquā verò iā multo tēpore in tantis aduersitatibus seruus Dei Iob patienter sese gessisset, nunquā vel cogitationem blasphemix aut murmuracionis in animo suo admittens, postquā longa etiā altercatione ab amicis exercitatus fuisset nec superatus, postquā deinde ad increpationē domini leuitatis suæ egisset pœnitentiā, ac nouissimē pro amicis suis fuisset deprecatus, postquam (inquam) sic modis omnibus satis probatum iam cerneret seruum suū dominus volens eū de miseris illis eripere, adeo copiosa rursū miseracione illum respexit, vt omnia quæcunq; prius amisisse visus fuerat, cumulatius iam ei restitueret: ita vt per augmentū dupla omnia ei concederet

25 *Venerūt autē ad eum oēs fratres sui et vniuersi* 25 Sanato enim, per miraculū diuinæ virtutis, corpore eius, quod sathan pessimo vlcere à vertice capitis ad plantā vsq; pedis percusserrat, & pristina valetudine ac pulchritudine vigorēq; & plenitudine

nitudine omnium membrorū ei redditis, in statum meliorē *ſc̄e ſorores*
 longè quàm ante plagam habuerat, cœperunt eum iterū a- *ſua, & cur-*
 gnoscere vt dominū & principem, omnes qui eum ante in *cti qui noue-*
 plaga deſpexerant: Deo id operante, vt honorē & authori- *rant eū pri.*
 tatē priſtinam reciperet. Venerunt ſcilicet ad eum, domino
 ſic diſponente & corda eorū ad id mouente, omnes qui de
 progenie eius erant cognati & affines, tam viri quàm mu-
 lieres, & vniuerſi per circuitū qui eum ante familiariter no-
 uerant vicini familiares amici & ſubditi, ad offerendū ei ſa-
 lutationes more ſolito, vtq; eum ruruſum ſibi in principē &
 gubernatorē confirmarent, quē plagæ tēpore deſpexerant,
 vel certē neglexerant, quaſi deſperatæ valetudinis hominē,
 qui nunquam ſufficere poſſet vltra iudicis ac principis offi-
 cio. 26 Et vt maioris ei beneuolentiæ ſigna oſtenderent, *26 & come-*
 honorēmq; deſerrēt, inſtaurauerūt in propria ipſius domo *derunt cum*
 læta conuiuia, in quibus illum lautè humanitēq; tractabāt. *eo panem, in*
 27 Oſtendentēſque ſigna magnæ cōpaſſionis, quantum ad *domo eius.*
 miſeriā fortunæ priſtinæ, & ex aduerſo magnæ cōgratula- *27 Et moue-*
 tionis quātū ad redeuntē primi ſtatus ſc̄licitatē, qua ante *ruunt ſuper*
 plagam floruerat, mouerunt capita ſua: vt ſolent qui compa- *eum caput.*
 tiuntur inuicē aut congratulantur, capitis geſtibus ac nuti-
 bus, ſui animi affectū declarare. 28 Neq; ſolū geſtibus *28 & cōſola-*
 ac nutibus, verum etiā verbis & rebus pro virili eū ſtudue- *ti ſunt eū ſu-*
 runt cōſolari, ſuper omni illa miſeria & afflictione, quæ per- *per omni ma-*
 mittētē & diſponente Deo ſecundū occulta cōſilia ſapiētiae *lo quod intia*
 ſua, non propter ipſius ſcelera, venerāt ſuper eum. Et quidē *lerat domin.*
 ad hunc modū corporis ſanitas & authoritatis dignitas, illi *ſuper eum.*
 cœperūt, Deo volente reſtitui. Ceterū, diuitiarū affluētia,
 diuino ſimiliter beneficio & manifeſto miraculo ei eſt reſti-
 tuta, & duplo augmētata. 29 Nemo enim illorū qui ad eū *29 Et dede-*
 viſitandi & ſalutandi gratia audita fama cōualeſcentiæ eius *runt ei vnuf-*
 veniebāt, vacui omnino apparebāt coram eo, ſed adferebāt *quiſq; quem*
 ſecū munus aliquod: partim quidē, ad releuādā notā omni- *vnam, et in-*
 bus eius indigētiam: partim etiā, ad proteſtandū huiuſmodi *aurem au-*
 munere priſtinæ ſubiectionis debitā obedientiā. Dederunt *ream vnām.*
 autē ei dona varia, alius amplius, alius minus, pro ſua quiſq;
 facultate & affectione, alius fortē camelū vnū & pondus
 aliquantū auri vel argenti, alius fortē bouem vnū aut boues
 plures, cū aliquot nūmis: qui tenuiores fortē erāt, vt mini-
 mum quem vnā offerebant, & in aurem aurēā: vt ſic ipſi tam
 ſ. b. lantia

- substantia pecorū quā suppellex ad rem domesticā neces-
 30 Dominus saria, crederet. 30 Dominus autē omnipotēs, vt in hoc ser-
 autē benedi- uo suo sensibili demonstraret exēplo, quemadmodū nunquā
 xit no rissimus derelinquet patiēter se sustinētes, & quātus sit patiētiæ fru-
 Job magis et^o, quāq; finis ei⁹ sit gloriosus, sua benedictione atq; bene-
 quam princi ficētia id effecit, vt posterior eius fortuna longē splendidi-
 pio eius. illustriorq; appareret, q̄ prior illa fuerat, à qua fuerat pba-
 31 Et facta tionis gratia deiectus. 31 Siquidē præter corporis valetu-
 sunt ei qua- dinē & decorē, longē meliori statu maioriq; gratia restitutā,
 tuordecim præter amicorū & familiarū plurimorū affectuosiorē quā
 millia ouū, ante fauorē, adeo insuper illi substantia augmētata est, vt du-
 & sex mil- pla omnia tēporis successu acceperit, cōparatione ad ea que
 li i camelorū, ante plagā, possederat: ita vt pro septem millibus ouū quas
 & mille iu- ante perdiderat, nūc quatuordecim millia reciperet: pro tri-
 ga boum, & bus millibus camelorū, alia sex millia: p quingētis iugis bouū,
 mille asinae. mille: & pro quingentis asinabus, mille itē asinas: diuina be-
 nedictione sic mirabiliter supra naturæ facultatē greges ip-
 32 Et fuerūt sos atque armēta fecundate & multiplicante. 32 Et quo-
 ei septem filii niā sine liberorū posteritate, perfectā nō reputatur tēporis
 & tres filiae. huius prosperitas, ne quicquā ei deesset ad fœlicitatē suam,
 pro perditis ante liberis alios ei reddidit, ex eadē vxore sua,
 septē filios & tres filias. Signanter videlicet in eodē numero
 liberos ei post plagā conferens, quo ante plagam eos habue-
 rat, nō autem numero duplicato, quemadmodū cetera om-
 nia dupla accepit: ad fidei & veritatis catholicę cōfirmatio-
 nem, vt hoc indicio cōprobaret Deus, filios viri sancti, licet
 corporis vita defuncti essent, secundū animam tamē seruari
 apud se & vivere, vt eis simul cōnumeratis etiam in liberis
 numerus inueniretur duplicatus. 33 Filiabus autē suis no-
 33 Et voca- mina imposuit conuenientia, quibus earū peculiaris gratia,
 uit nomen tam corporis exterior, quā interior mētis, declararetur: vni
 vnius diem, nomen imponēs Iamima, id est, dies vel diecula vel diurna,
 & nomen ob vultus scilicet & morum claritatem: alteri ketzia, id est,
 secundæ cas- cassia vel casea, quæ est aromatica species boni odoris &
 siam, & no- gratiæ, ad designandum illius gratiam & quasi suaue olentiā
 men tertiæ non vulgarem: tertiæ autē, kerenh apuch, id est, cornu stibij
 cornustibij. (quo solent facies suas depingere ad maiorem ornatū mu-
 lieres) ad significādā inæstimabilem eius pulchritudinem
 vultusque decorē eximiū, quasi tota esset depicta stibio. Et
 iure quidem his data sunt à patre nomina huiusmodi, tantę
 significa-

significatiua gratiæ. 34. Tam raræ enim & eximæ erant pulchritudinis, vt in vniuersa illa prouincia, siue regione per circuitû, forsitã & in vniuerso orbe, nusquam inueniri possent villæ mulieres, quæ cum illis pulchritudine possent decertare. Neq; dubiû, quin cû ista rara corporis specie, cõiuncta in eis fuerit animi quoq; pudicitia virginalis & morû cõpositio singularis. Sicut autê filia excellētis erant pulchritudinis & pudicitia: sic proculdubio & filij viri erant secundum corpus præcellētis roboris, secundû animã verò sagacis ingenij prudentisque consilij, qui est virorum ornatus, sicut mulierum, species & morum honesta compositio.

35. Tanta autem beneficentia, has filias, vt pulcherrimas, ita honestissimas, pater est prosequutus, vt singulis earû partem hæreditariam distribueret inter filios: volēs nō minus sorores quàm fratres, hæreditaria portione gaudere. Quod quidē peculiariis fuit gratiæ & singularis priuilegij, quû in aliis plerisq; gentibus (vt in gente Iudæorû) filia hæreditatē paternam non accipiant, vbi filij fuerint superstitēs: sed quum filij defuerint, tum demum filia succedunt, partemq; hæreditatis paternæ accipiunt.

36. Neq; verò exiguum fuit tēpus, quo sanctus Iob post tentationem in ista vixit maxima prosperitate, sed annis multis valde, supra centum videlicet quadraginta, postquã ad statû pristinû esset restitutus, floridissimã in omni prosperitate, tam corporis quàm animæ vitam egit, donec longam nepotum seriem oculis suis corporalibus videret, filios scilicet filiorum, non solû vsque ad secundam generationem, quod frequenter satis vsuuenire conspicitur, nec solû vsque ad tertiam, quòd rarius, verum. etiam vsque ad quartam generationem, quod rarissimè solet euenire, pro ea ætate hominum, siue p̄o termino vitæ humanæ, quam eo tempore secundum communem legem agebant homines.

37. Sicque tandem, post annos amplius quàm ducentos (vtpote supra ducentos, circiter quadraginta, aut quadraginta octo) in senectute bona mortuus est, postquàm iustum impleuisset dierum numerum, quibus pro ea mundi ætate viuere solebant aut poterant homines super terram, quum alij viri sanguinû vitam suam frequenter ad dimidium dierum suorum non perducant, & ante tēpus suum cadant propter impietates suas. Sicque manifestissimo isto & per omnia secula memorabili exēplo apertissimè in

34 Nō sunt autē inuētæ mulieres speciosæ, sicut filia Iob in vniuersa terra.

35 Deditq; eis pater suus hæreditatē inter fratres earum.

36 Vixit autem Iob post flagella hæc cētum quadraginta annis. Et vidit filios suos et filios filiorum suorum, vsque ad quartam generationē.

37 Et mortuus est senex, et ple-nus dierum.

mè in hoc viro demonstratum est, quantum apud Deum valeat simplex iustorum innocentia, quantè sit aduersum diabolicas omnes machinationes virtutis vera pietas, quàm denique sit gloriosus fructus & finis desiderabilis illorù qui de manu domini, sicut prospera sic & aduersa libenter suscipiunt, in omnibus & super omnia semper benedicètes optimum maximùmque Deum, cui soli debetur laus omnis & gloria, in secula seculorum, Amen.

AD laudem & gloriam omnipotentis Dei, Patris ingeniti, Filij vnigeniti, & Spiritus sancti paracleti, finem accipiunt Elucidationes paraphrastice in librum Iob, cum annotationibus in aliquot capita: Per fratrem Franciscum Titelmannum Hassellensem, Anno Dominicæ incarnationis, millesimo quingentesimo quarto, post eiusdem libri publicam anno eodem enarrationem, Louanij, in conuentu Fratrum Minorum.

Deo semper & vbique gloria.

VNA, VNI.


Vnde, eò omnia.


ELucidatio paraphrastica patris Francisci Titelmanni in librum Iob, cum annotationibus, erudita est, & ad pietatem ac religionem promouendam plurimùm conducit, nec vllum in lectione eius est peruersi dogmatis periculum, sed cum multo legentium fructu & ædificatione imprimi potest & legi.

Ruardus Tapper Ecclesiæ S. Petri in
Louanio Decanus.

E I N I S.







[Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a signature or title.]

[A large block of extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint text at the bottom left, possibly a date or a short note.]

[Faint text at the bottom right, possibly a signature or a note.]

